Tabula Epistolarum pauli que leguntur per circulum anni : infra vide de sanctis

Dominica prima in adventu ad romanos xiij f. circa finem
Dominica 2a ad romanos xv a. ii statim post principium
Dominica 3a
Dominica xma

Glosa ordinaria super Epistolas Apostolorum.

XL b 6.

Codex Bibliothecae Universitatis Cracoviensis

N. Inw. 318.

Ad Cimelia 1.

AA X 8.

Ego Johannes Andree de Nyssa vicarius ecclesie Wrat. et Altarista
ecclesie sancte Marie in Cracouia. Recognosco presenti scripto manus
mee. quod honestus vir Iohannes Czeyskendorf Ciuis Cracouien.
emit et dedit michi quinque notabilia volumina in pergameno ad tempora
vite mee. videlicet primus in quo sunt epistole beati pauli apostoli cum glosa or
dinaria. Item Biblia. Item Augustinus de ciuitate dei in duobus voluminibus
et Summa virtutum. Qui libri post mortem meam debent restitui vni
ex filiis suis studenti. si saltem aliquis ex eis studio vacabit. alias debet
dari ad locum vbi fuerint vtiles. Hec fuit illius vltima voluntas.
Ego autem Joh. Andree indulgeo vt reddantur filiis qui superfuerint. et non vni
singulari. sed qui et ab aliis facultatem habebit postulandi.

Mutata voluntate in qua decessit deputauit Jo. an. qui supra hunc librum
venerabili domino Magistro Bernardo Mickisch Canonico Wrat. ad vite duntaxat
tempora post eiusdem vero mortem Collegio maiori Studii Cracouien.
voluit assignari

PRincipia rerum requi-
renda sunt prius. ut earum
notitia plenior possit haberi.
Tunc enim demum facilius po-
terit causae ratio declarari,
si eius origo discatur.
Sic ergo epistolarum (scripturae) post evangelium
editarum modum in ratione ostenderimus. poterit
videri verum quod dicimus. Sciendum ergo quod sicut in
veteri testamento post legis mosaicae eruditionem ubi cultus
divinae (mandata) continebantur. prophetica doctrina fuit ne-
cessaria quae residuum populi peccata suppliciorum de-
nuntiatione compesceret. atque eundem populum bonorum re-
promissionibus ad obediendum ac serviendum deo in veteri
commoneret. ita in novo testamento post evangelium in quo christianae
religionis ordo et perfectae sanctitatis doctrina traditur. epistolarum
pauli et aliorum pluralis secuta est doctrina ut ecclesiam
dei contra hereticas praemuniret pravitates et suborientia
vitia resecaret et postfuturas quaestiones excluderet. Hi
sunt panni quibus ad extrahendum ieremiam de lacu funibus
conligati sunt. Epistolarum sicut doctrina legis et prophetiae atque
evangelii consonis testimoniis velut triplici funiculo ecclesiam
ligatam de lacu ignorantiae et infidelitatis peccatorum ad lucem
gratiae et virtutis educunt. Inter omnes vero epistolarum scriptores
paulus in tribus aut pluribus fuit excellentior. scilicet in
operis profunditate. in fidei assertione. et gratiae commendatione
seu spei sublevatione. In operis profunditate quia hoc
opus et ceteris plurimis ad intelligendum difficilius est. In fidei
assertione quia paulus in lege et prophetis peritus ad fidei catho-
licae assertionem congrua auctoritatum legis et prophetiae induxit
testimonia ut essent basis sub columpna. In gratiae commenda-
tione. seu (spei) sublevatione eo quod superbos et arrogantes et de
suis operibus praesumentes. pro commendanda (dei) gratia fortiter pre-
dicit [?] atque acrius dimicavit quae enim (nimirum) in illo evidentior
et latior apparuit quia cum talia opera vehementer ecclesiam dei
persecutus ~~est gratiam et damnationem~~ pro quo summo fuit
pro maledictione consecutus est gratiam et pro damnatione sus-
cepit misericordiam in quo ipso spes nostra plurimum sublevatur. Si-
cut enim cum audivimus david homicidam et adulterum per peniten-
tiam prophetiae recuperasse spiritum. Omnis removetur diffidentia
peccatorum tollitur. ita cum saulum post ecclesiae persecutorem post ea
factum apostolum et praedicatorem audivimus non modicum spem nostram
attollitur. Hinc est quod in ecclesia hae epistolae plus ceteris fre-
quentantur ut psalmi david magis aliis prophetis. ¶ Sciendum
vero est quod quatuordecim scripsit epistolas. decem ad ecclesias. quatuor ad personas.
sub huiusmodi mysterii insinuatione. ut scilicet in hoc opere utriusque
testamenti summam contineri monstraret. Per denarium namque
veteris testamenti signatur. per quaternarium vero novi testamenti nota est. Ideo itaque
decem et quatuor scripsit ut utrique legi se consentire insinuaret.
atque emulorum calumpniam dilueret. ipsum legis dei per moysen
datae destructorem fore calumpniantium eumque in odium iudaeorum
trahentium quos placatos habere volens. decem ad ecclesias scripsit
ut sicut moyses israhelitico populo a pharaonis et egiptiorum ser-
vitute educto decem mandatorum doctrinam tradidit. ita
et apostolus dei ecclesias a diaboli potestate et idolatriae servitu-
te redemptas. decem epistolarum doctrina informaret. Ideo in
decem et quatuor scripsit ut duorum testamentorum concordiam atque conve-
nientiam signaret. quod moyses in duabus tabulis lapideis
simul iunctis quibus legis decalogus inscriptus erat ostendit.
Monas quoque numeri id est christus idem in cenaculum discipulis
pascha celebrans figuravit. Ibi enim lapis reprobatus quem [?]
gessit angulus muta praestans in oculis nostris panem super-
celestem cum typico agno coniunxit finiens vetus et inchoans
novum. Per agnum enim qui in veteri lege sollempnis erat
et panem qui novae legis sacramenti formam duo
testamenta figuravit atque illa duo coniungens praedictorum testamentorum
consonantiam declaravit. Est enim rota in medio rotae sicut
vidit ezechiel. Ex praedictis itaque patet mysterium evidentissima
ratione. qua epistolas quatuordecim scripsit. et distincte decem
ad ecclesias quatuor ad personas direxit. Verum quorundam insania
provocatur dicentium epistolam quae ad hebreos scribitur non
fuisse pauli sed barnabae vel clementis vel tuliani [?]
vel lucae. quos in hunc errorem occasio deducit huiusmodi quod non
salutatio eius nomine intitulata praescribitur. et longe facun-
diore et splendidiore stilo quam ceterae edita est. Quibus suf-
ficienter respondetur hoc modo. quod ideo non est dicenda pauli quod
nomen eius in titulo non habet. ergo nec barnabae nec alicuius praedictorum
cum nullius eorum nomine praetitulata sit. nec ob id quoque pauli non
esse putanda est quod disertius scripta. cum natale sit
unicuique plurale in sua lingua quam in peregrina. Illa enim

hebraice. ceteras vero scripsit grece. Nomen vero suum in hac epistola preponere noluit quia ebreis odiosus erat, eum legis destructorem arbitrantibus. Quo circa de legis ceremoniarum abolitione tractaturus recte nomen suum subticuit ne perscripta nominis invidia utilitatem sequentis excluderet lectionis. Est itaque illa epistola pauli sicut et alie. De ordine quoque epistolarum queri solet quare non eo ordine sint disposite quo ab apostolo edite, quod constat non esse cum epistola que romanis scribitur prima ponatur que tamen ante alias omnes non est scripta. Epistolam enim que ad chorinthios scribitur ante istam scripsisse videtur. Quia hanc de corintho scripsisse evidenter monstratur ex eo quod dicit. Commendo vobis phebem sororem nostram in ministerio ecclesie que est cencris. Cencris enim dicitur locus chorintho vicinus immo portus ipsius corinthi. Ex hoc apparet de corintho scripta et ex hoc quod dicit salutat vos gaius hospes meus de quo scribens corinthiis commemorat dicens. Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizavi nisi crispum et gaium.

aimo

Hec igitur epistola ad intelligendum ceteris difficilior est quia et apostolus videtur perfectior. Primatum obtinuit in corpore epistolarum non quod prius ab apostolo sit scripta sed causa dignitatis romanorum qui tunc temporis universis gentibus imperabant. Interpretantur romani sublimes sive tonantes, quia illo tempore quo apostolus hanc epistolam eis misit, cunctis gentibus dominabantur. Vel quia sublimiores erant omnibus potestatibus et intonabant precepta publica et privata eorumque fama omnium hominum resonabat in ore. Aimo autem ab athenis apostolum scripsisse romanis dicit his verbis. Ab athenis civitate grecorum scripsit apostolus romanis hanc epistolam quos nec ipse nec petrus vel aliquis alius apostolorum vel discipulorum primum instruxit sed quidam iudeorum credentium qui fidem christi ab apostolis percepta venientes romam ubi princeps orbis residebat cui erant ipsi subiecti, quam apud ierosolimam didicerant romanis evangelizaverunt. Attende diligenter quod aimo dicit apostolum ab athenis scripsisse. Origenes vero de corintho.

Ier

Item. Despice quod idem aimo ait petrum romanis primum non predicasse cum ecclesiastica historia sic contineat. Claudii temporibus clementia divine providentie petrum ad urbem romam deducit. Iste adveniens primus in urbe roma evangelii sui clavibus ianuam regni celestis aperuit. Ieronimusque super epistolam ad romanos vero scriptum est ut aliquid vobis impertiar gratie spiritualis ait sic. Romanos petri predicatione fidem tenentes confirmare se velle paulus dicit non quod minus accepissent a petro sed ut duobus apostolis attestantibus atque doctoribus eorum corroboretur fides. Hec itaque auctoritatum conflictus qui videtur duimentes. dicimus petrum primum predicasse romanis quantum ad alios apostolos sed non primum quantum ad omnes credentes. Item dicunt athenis epistole partem vel partem scripsisse corinthi vero perfecisse atque in romanos eam destinasse. Vel potius ideo prima ponitur quia primum gradum erroris destruit scilicet superbiam omnium malorum radicem sicut scriptum est. Initium omnis peccati superbia est que natione celestis sublimium mentes inhabitat sub cinere et cilicio latitans, que romanos adeo occupaverat ut inter se altercantes et se invicem preferentes dissensiones et scismata facerent. Erant enim romani de iudeis et gentibus ad christum conversi. Iudei autem propter sanctos patres a quibus originem ducebant et propter legem quam soli inter ceteras gentes acceperant, gentiles credentes despiciebant dicentes propter observantiam legis quam servaverant meruisse accipere gratiam christi et fidem evangelii, et propter merita operum legis sibi venisse evangelium domini nostri ihesu christi. Atque ex his inflati gentibus se preferebant dicentes. Nos de genere abrahe sumus cui primum facta fuit promissio. nos populus peculiaris dei sumus. nos de egipto forti manu et mirabilibus signis deus eduxit. nos sicco vestigio mare rubrum transire fecit. in deserto manna pavit aquam de petra produxit atque aliis sub silentio relictis nos soli digni fuimus legem dei accipere et eius voluntatem cognoscere. Ad nos quoque specialiter dei filius venit ut ipse in evangelio ait. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. Gentiles autem econtra dicebant. Quanto plura vobis beneficia exhibita memoratis tanto vos deteriores esse ostenditis. Eisdem siquidem pedibus quibus mare transistis ante idola postea saltastis. Que et ipsi manibus fecistis et illo ore quo paulo ante de submersione pharaonis et egiptiorum laudes deo persolvitis ydola adorastis. Preterea manna celitus vobis datum in deserto fastidistis cupientes redire in egiptum ad ollas carnium.

Sepe ꝺ i ıra ꝺm ınııtatıs. Adulterıu ap̄ıı uob lege
ꝫꝑhıs ꝑmıssū occıdıstıs. Nos ıtaqꝫ uob dıgnıores sumꝰ
q̄ ꝺe xp̄o audıuımꝰ ı eū c̄dıdımus. Vn̄ ꝑpha dıcıt
Pꝑls quē non cognouı seruıuıt m̄ ı audıtu obedıuıt m̄.
Vn̄ constat nos non ex ındustrıa s; ex ıgnorantıa delıq̄ısse.
Sı enī ꝑphas ⁊ aptos an̄ habuıssemꝰ ẏdola n̄ coluıssemꝰ.
Quod aūt de gn̄ıs nobılıtate uos ıactatıs sıquıdē talıu gn̄a est
ꝫ̄ hısmael ⁊ esau possēt parıt gları. cū de ısdē parentıbꝰ
sıt natı. Hıs ıtaq alt̄cantıbꝰ aplꝰ se medıū ınt̄posuıt
om̄s ıllorꝫ contentıones hıc ınde dırımens ⁊ q̄sı bonus
concıonator uoce sonora ıllos alloq̄ns ad una oīs
concordıā adducıt ostendens nullos eorꝫ suıs merıtıs esse
saluatos q̄ oms ⁊ ıudeı ⁊ gentıles sub peccō tenebant̄. s; p
grām̄ dı. Alt̄catıoē ıtaqꝫ p̄dıcta scrıbıt romanıs. ꝯ fıtans
ın gentıles ın ıudeos docens eos humılıarı ⁊ oīa attrıbuat
grē dı. ⁊ ostendens oīb gratıs ınuenısse grām̄ fıdeı regnū apı
q̄ ꝑpᵗ ıra ⁊ grā uocatıo ostendıt. q̄ n̄ q̄sı debıta ıustıcıe reddıta
ē s; grā auctoꝛ ꝺonata. Merıto ıtaqꝫ hec pst̄a prıma ponıt̄. q̄
omnıū malorꝫ ut p̄dıctū ē radıcē peremıt.

Assıgnatıs ratıonıbꝰ opıs, ⁊ ordınıs eplarꝫ. explıcato q̄ uīu
⁊ quare aplus romanıs scrıpsıt. supest de matıa ⁊ ıntentıoē
⁊ m̄ tractandı exequı. Generalıs omnıū eplarꝫ matıa
est doctrına euglıı. Intentıo. monēre ad obedıendū euglıce
doctrıne. Pret̄ hec aūt ın sıngulıs ꝑpᵃs ıntentıones ⁊ ma
tıas requırımꝰ. Prıma ıtaqꝫ epla matıā hꝫ romanorꝫ
uıcıa atqꝫ grē dı bona ad que eos hortatur. Intentıo uı
cıa eorꝫ ınp̄pare ⁊ ad ueram pacē ⁊ fr̄nā concordıā sub
manu grē humılıare. Modus tractandı talıs est.
More scrıbentıū eplas salutatıonē p̄mıttıt. ın q̄
trıa facıt. Comendat enī ꝑsonā suā. ⁊ negotıū. ⁊ aucto
rē negocıı. ın quıbus om̄ıbꝰ captat beneuolentıam.
Post salutatıoē uꝰ utrıusqꝫ partıs uıcıa arguıt.
ostendens gentıles a naturalı ratıoē. ⁊ ıudeos a lege
exorbıtasse. Deın plurıbus modıs ostendıt ıustıcıā
⁊ salutē eque utrıqꝫ eē non p legē s; p fıdē xp̄ı ıhu. ut
a lege eos tollat ⁊ ın sola fıde apı eos constıtuat.
Cırca fınē uꝰ moratꝰ subdıtꝰ ınstructıo. atqꝫ ı actıoē
grarꝫ. fınē tenet epla. Premıttıt aūt salutatıonē dıcens;
Gr̄a uo est grā gratıs data. donata n̄ reddıta. Sı enī ē debe
bat̄ an̄q̄ grā hꝫ esset ı reddıta est n̄ grā donata.

P AUL
IHV. XP

Paulus uocatus apts
segregatus in
euglm dei. quod
ante p̄miserat.
p ꝑphas suos in scripturis scīs
de filio suo qui factus est ei ex
semine dauid scdm carnem.
Qui p̄destinatus est filius dei
in uirtute scdm spm̄ scificatiōis
ex resurrectione mortuorꝫ ihu x̄
dn̄i n̄ri. Per quem accepimus grām̄
et aplatum ad obediendū fidei
in omnibus gentibus p nomine
eius in quibus estis ⁊ uos uocati
ihu xp̄i. Omnibus qui sunt
Rome dilectis dei uocatis scīs. grā uob
⁊ pax a deo patre n̄ro ⁊ dn̄o ihu xp̄o.
Primum quidem grās ago dō meo p ihm
xpm̄ p omnibus uobis. quia fides ur̄a
annuntiatur in uniūso mundo. Tes
tis enim michi est deus cui seruio in
spū meo in euuanglio filii eius quod
sine intmissione memoriā ur̄i facio
semp in orationibus meis. obsecrans
si quomodo tandem aliquando p spū
iter habeam in uoluntate dī ueniend
di ad uos. Desidero enim uos uidere.
ut aliquid uobis impertiar grē spūalis
ad confirmandos uos. idē simul c̄solari
in uob p eam que inuicem est fidem
ur̄am atqꝫ meā. Nolo enim uos igno
rare frēs quia sepe ꝑposui uenire ad
uos. ⁊ ꝑhibitus sum usqꝫ adhuc. ut
aliq̄ fructū habeā in uob sicut et in
ceteris gentibus.

P aulus ſeruus ihu xpi
uocatus apls ſegg̃ ī eḋ
& cetā uſq; ibi omib'
qui ſunt rome. Huc
uſq; enim pendet lit̃a
ut pficiatur ſententia
ł ſubintelligitur man
dat ł ſcribit. In hac
aū ſalutatione prius pſonam ſuā cōmendat. ıııı
modis. ſ. a nomine. a conditione. a dignitate. ab officio.
A nomine dicens. Paulus. a conditione. Seruus. a
dignitate. aplc. ab officio ſegregatus in euuglium.
Ex nomine aū laudem ſortitur. ſi uis ipſius nois
ratio impoſitionis animaduitatur. Paulus. enim
ebraice. quietus grece. modicus latine. ſonat. ı. hoc no
m̃ paulus quod eſt ebraicum origine ł inuentioē
non t̃minatione impoſitum eſt aplo xp̃e in nota
geminę uirtutis. ſ. modicitatis ł quietis quarꝫ altā notat
hoc nom̃ generali appellatione apud grecos. ı. quiet̃. altā
apd latinos. ı. modicitatem. Hoc enim nom̃ paulus
cum ſit appellatiuum apud grecos hebreos ł latinos im
poſitum paulo aplo xp̃um fuit qui ut ait beda ſup
actus aploꝝ anno paſſionis ł reſurrectionis xp̃i ad fidē
uenisse pbatur. tcio ū ꝰ. anno p' xp̃i paſſionem apl'a
tū gentium cū barnaba ł pauli uocabulum accepiſſe.
Prius enim uocabat̃ ſaulus a ſaule pſecutore quia
ſicut ille dauid ita iſte eccłam x̃ eſt pſecutus. Quar
todecimo aū anno iuxta condictum aploꝝ ad ma
giſtium gentium eſt pfectus. Huic aū ſententię
de nomine pauli conſentit aug' ſic dicens. Non
ob aliud hoc nom̃ quantū m̃ uidt̃ paulus ſibi deg
ū ut ſe oſtndet paruum tanq̃ minimū aploꝝ.
Ipē p̃mo ſaulus p'ea paulus dictus eſt. non q̃ ſi
iactantia aliqua nom̃ ſ̃ mutauit aplc ſ; ex ſaulo
factus eſt paulus. ı. ex ſupbo modicus. ı. humilis
paulū enī modicū ē. P inūtatū g̃ ſe ēē ſignificat
ex ſaulo quod intp̃t inquietudo. ł teptatio. paulū
ſe dic̃. ı. quietum. Qui enim p' teptatioēs alius ibe
rebat p'ea paſſus eſt. Porro ex more ſcōꝝ aploꝝ id
feciſſe phibet̃ qui ī uirtutib' pficientes mutato no
ıe ſt̃ uocati ut ēēnt ꝫ ipō nomine noui ut cephas
ł filii tonitrui. ł huiuſmoi. Vn̄ ſcā eccła iā ē conſue
tudinē duxit ut quos in cathedra bi petri ſublimat noīa
eis mutet. Vt ſicut ieronimus ait paulus a p'mo ſpolio
qd ſcē eccłę contulit. ſ. a paulo ſergio pconſule. q̃. apd
cyprū quitat ſibi nom̃ ſ̃ impoſuit. ut ſic partic' q̃ partos

ſupauit & germanicus qui germaniā uicē ē dictus. ſic ab eo
principe quē prius ſubiugauit paulus ſit appellat̃. Sꝫ q̃a
nulla talis in diuinis ſcripturis conſuetudo dephenditur
magis placet quod in ura conſuetudine ſreq̃nt̃ reppit̃.
Inuenimus enim in ſcripturis alios binis alios trinis u
ſos eſſe nominibus ł hoc utiq; in utroq; teſtamto ū ſalo
mon qui eccleſiaſtes ł ſdida uocatus eſt ł matheus q̃ ł
leui dictus ē ł alia plura in hunc modū. Sꝫ cum g̃ hāc
conſuetudinē uidetur nob̃ ł paulus duplici uocatus
uocabulo ſicut ſcriptum ē in actib' aploꝝ ſaulus qui ł
paulus ubi euident' oſtendit ſcriptura. non ei tunc
p'mū pauli nomen impoſitū ſꝫ uetiſ appellatioīs id
fuiſſe aſſignat. A ieronimo aū in libro ebraicoꝝ nōīu
paul' mirabit ſiue electus intpretat̃ dt̃. q̃. ł ipē dn̄s uas
electioīs uocauit. ł iā uita q̃ doctrina mirabile fcē.
Seqt̃. Seruus ihu xp̃i. Ecce conditio. Sꝫ q̃rendū ē
cur ſeruus dicatur qui alibi ſēp ſit. Non enim acce
piſtis ſp̃m ſeruitutis ł c̃. Et iterū alibi. Itaq; iā ū eſt
ſeruus ſꝫ lib'. Et dn̄s apl'is ait. Iā ū dicā uos ſeruos. ſꝫ a.
Ad quod dicendum eſt qd duo ſ̃ gn̄a ſeruitutis. Eſt enim
ſeruitus timoris ł pene ſeruilis ł eſt ſeruitus amoris
ł filiationis atq; humilitatis quia ad inſtar filii
qui ſeruit non uult offende' patrē. Si ig̃ id ſcđm
humilitatis ł amoris ſeruitutē dictum putemus ū
errabimus. Non enim p hoc leditur dignitas libtatis.
in paulo quia omni libertate nobilior ē ſeruit̃ xp̃i. Di
cendo g̃. ſeruus. nom̃ humilitatis ponit ut ad ea
puocet ſupbos quibus ſcribebat. Et ne miſera
ſeruitus uideatur non ſimpliciter ait ſeruus. ſꝫ addit
ihu xp̃i. ı. ſaluatoris cui ł uirtoms ſeruire debet.
ei ł cui ſeruire regnare ē. Ihc ū hebraice ſother
grece latine ſaluator dt̃. quod nomen ab angło fuit
impoſitum dī filio eo quod ſaluum faciat p'p'm ap. eoꝝ.
Addit xp̃i. ı. regis ł ſacerdotis. Xp̄c enim grece meſſias
hebraice latine dt̃ unctus. Et in ueti teſtamto reges
& ſacdotes ungebant̃. xp̄c aū unctus ē ū oleo uiſibili
ſꝫ inuiſibili. ı. plenitudine grē ſp̄uat. Vn̄ ī pſalmo.
Vnxit te d's d's t. o. l. Hoc nomen alius olī fuit adiectiuū
ſꝫ ihu factū ē p'p'um. ł eſt hoc ſacramti nom̃. Ser
uū aū ihu xp̃i ſe p'mittens apl's a lege factoꝝ ſe exutū
oſtendit. ł utrūq; nom̃ ponendo. ı. ihu xp̃i. unā dī
ł hominis contra hereticos pſonam ēē teſtat̃. ne aliu
quidē ihm aliū ū xp̃m ſuſpicarem̃ fuiſſe ſꝫ unū
eūndē ſciremus ēē. Sequitur. Vocatus apls.
Ecce dignitas ad quā pmotus eſt. Ecce humili ſcł ē
altus ac ſullis ſupbis quib' ſcribebat dicēr. Ex ſeruo

[margin: beda]
[margin: aug' de ſpu ł littera]
[margin: aug' in pſ. lxxi]
[margin: aug']
[margin: ambr]
[margin: uictor ep̄c capuan]
[margin: ieron]
[margin: ieron]
[margin: aug' ſup p̄ſ]
[margin: ambr]
[margin: ieron]
[margin: ambr]
[margin: ieron]
[margin: aug' ambr]
[margin: hyla in lib. contra hereticos]

et humili fecit me deus apostolum et sublimem. ita et uos humiles
sitis ut exaltemini. Qui enim se humiliat exaltabitur.
Gratiam uero commendans non simpliciter ait apostolus sed ait uocatus
quasi non a se ueniens tamquam sibimet honorem sumeret sed a
deo uocatus est apostolus id est adaptatum eterna electione quod est
secundum propositum et temporali missione qua xii missi
et quare apostoli uocati sunt. Nam sicut grece angeli
latine nuntii uocantur. ita grece apostoli latine missi et
legati appellantur. Vel sic. uocatus apostolus. id est dictus ab hominibus
excellentia et priuilegio nominis sicut excellenter cum
dicitur urbs intelligitur roma. Sequitur. Segregatus in euangelium dei.
Ecce officium. quasi diceret. paulus dico. segregatus. id est a doc
trina scribarum et phariseorum ab usu sinagoge. ubi locum doc
toris habebat. ut potest phariseus separatus in euangelium
predicandum et dicitur hoc contra iudeos a quorum lege
dissimulauit ut christum predicaret. qui quod lex non po
tuit credentes iustificaret. Vel segregatus id est a grege sepa
ratus. scilicet ab aliis apostolis non mente sed corpore. Vnde spiritus sanctus
in actibus apostolorum. Segregate mihi barnabam et paulum ad
in opus ad quod assumpsi illos. ut scilicet predicent nomen
meum in gentibus. Vnde et hic addit in euangelium scilicet predi
candum in gentibus. Destinatus est enim apostolus gentibus
totius orbis predicator. at reliqui singulis prouinciis facti
sunt legati et predicatores. Est autem euangelium bona ad
nuntiatio. eu enim grece latine bonum angelus nun
tium. inde euangelium bonum nuntium uel bona annuntiatio.
ea uero de his que ad fidem catholicam et bonos mores
pertinent. Euangelium dico dei. quasi non ab homine
inuentum. sed diuina inspiratione reuelatum.
Sequitur. Quod ante promiserat. Hic est commendatio
negotii id est euangelii. quod commendat iiii modis a tempore
antiquitate ab auctore a testibus a materia. A tempore
uero antiquitate et ab auctore simul commendat sic dicens.
Quod euangelium ante completionem promiserat deus pater.
Non uenit ut subitum sed longe ante promissum et pre
nuntiatum. Vnde in euangelio iohannis. In hoc uerbum uerum est quia
alius est qui seminat et alius est qui metit. Promise
rat dico per prophetas suos. Vnde ieremias ait. Ecce
dies ueniunt et consummabo testamentum nouum super domum israel.
et super domum iuda et cetera. feriam inquit uobiscum testamentum.
Idem et alii. Suos qui non ex se sed ex deo magni sunt
uero non ex se mandatum loquerentur sed ex deo ueritatem.
Ecce quam uera et magnifica promissio. Nemo enim
rem uilem magnis preconibus nuntiat. Ecce testes.
et ad maiorem confirmationem addit. In scripturis.
quasi non modo promiserat uerbis sed et in scripturis ne daret obliuioni;

Et ad cumulum uero testificationis addit sanctis. non Ambr
ethnicis. Sed que sunt quia uitia dampnant et sacramen
tum uniuersitatis incarnationis filii dei continent. Scrip
turis dico scilicet non de quibuscumque sed de filio quia omnes
ad filium ducunt. De filio dico non adoptiuo sed suo. scilicet
proprio et sibi consubstantiali coeterno coequali. et hec est commendatio
a materia. Sequitur. Qui factus est ei et cetera. Ecce commendatio
auctoris quem commendat iiii modis. ab origine ibi.
ex semine dauid. a uirtute ibi. qui predestinatus est
filius dei in uirtute. et cetera. a gratia ibi. secundum spiritum sanctificationis
et cetera. a liberalitate ibi. per quem accepimus. et cetera. quasi scrip
ture sacre agunt de filio. qui filius factus est ei. scilicet deo patri
id est ad honorem eius factus dico tamen secundum carnem non secundum
diuinitatem. Hoc dicit ne putetur homo tantum. Dicendo Aug.
namque eum factum secundum carnem innuit aliam esse naturam secundum
quam est infectus scilicet diuinam. Eum namque qui erat Amb
dei filius secundum spiritum sanctum id est secundum deum quia deus spiritus est
et sine dubio sanctus est. factum dicit secundum carnem iuxta illud
et uerbum caro factum est. ut iam unus sit dei et hominis filius ihesus christus.
Qui factus est secundum carnem opere spiritus sancti de uirgine id est
natus. ubi occurritur impietati hereticorum qui obtuso Aug. in epistola
corde hoc capitulum intelligentes christum tantum hominem ad romanos
acceperunt diuinitatem uero in eo non intelligunt.
Addendo enim secundum carnem seruauit diuinitati Aug.
suam dignitatem. qua ipse uerbum dicitur per quod facta sunt omnia.
Non est enim factus secundum id quod uerbum dicitur omnia Aug. in eodem
enim per ipsum facta sunt nec hoc cum omnibus posset per quem
facta sunt omnia neque ante omnia factus est ut per eum fierent omnia.
ideoque apostolus cum factum diceret christum addidit secundum carnem
ut secundum uerbum quod est filius dei non factum a deo sed natum
monstraret. Factus est autem sine dubio id quod prius non erat
~~erat~~ uel carnem secundum quod non erat prius et non erat quando non erat.
Factus est autem ut ita dixerim humanatus deus quod est in assump Cas. in ps. lib. iii
tione carnis deus esse non destitit. incommutabiliter manens
assumpto commutabili homine naturam suam non minuens hominis
assumpta natura. Secundum carnem ergo ex semine dauid Amb in lib. iii de ...
factus est. deus a nullo est ex deo natus est. Quod ergo erat factus est. Sed Aug. contra heresi
quid erat. Quid est factus. Verbum erat filius dei erat
filius hominis factus est. Deus erat homo factus est.
Suscepit humanitatem non amisit diuinitatem. Fac
tus est humilis mansit sublimis. Dei ergo filius hominis Aug. de fide ad petrum
factus est filius. Natus secundum diuinitatem natura
ex deo dei filius. et secundum ueritatem nature ex homine hominis filius
ut non adoptione uel appellatione sed uere in utroque nati
uitate filii nomen nascendo haberet et esset uerus deus et uerus
homo unus filius. Pater enim deus semel de sua natura genuit Id. in eodem

Qua ratione Christus dei verus homo plenus.

filium deum, sibi equalem, et eadem qua ipse natura eternus est divinitate coeternum. Sed idem deus filius cum sit deus eternus et verus, pro nobis est homo factus verus et plenus. In eo verus quia veram habet deus ille humanam naturam. In eo plenus quia carnem suscepit humanam et rationalem animam.

Quod Christus bis natus.

Item. Sed non idem unigenitus deus secundo natus dicitur, semel ex patre, semel ex matre. Natus est enim de patre deus verbum. Natus est de matre verbum caro factum. Sed unus idemque est dei filius natus ante secula et natus in seculo.

Idem in eodem.

Item. Deus unigenitus dum conciperetur veritatem carnis accepit de virgine, et cum nasceretur integritatem virginitatis servavit in matre. Itaque causa est qua deus factus est filius virginis, virgo facta est mater unigeniti dei, ut quem pater genuit ex eternitate ipsum virgo conceptum proferret in tempore. Dei ergo filius ut carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animeque rationalis incarnatus est.

Augustinus in libro de trinitate.

Item. In seipso Christus minor factus est formam servi accipiens. Non enim sic accepit formam servi ut amitteret formam dei in qua equalis est patri, ut in forma dei et in forma servi idem ipse sit unigenitus filius.

Quomodo Christus minor seipso.

Est ergo dei filius deo patri natura equalis, habitu minor. In forma enim servi quam accepit minor est patre. In forma dei in qua erat antequam hanc accepisset equalis est patri. In forma dei verbum, in forma servi factus ex muliere. In forma dei hominem fecit, in forma servi factus est homo. Ergo quia qua forma dei accepit formam servi, utrumque deus, utrumque homo.

Augustinus de fide ad Petrum.

Christus tamen est deus eternus et verus, veraciter secundum tempus conceptus et natus ex virgine. Illo scilicet deo secundo natalis hominis filio, qui unus naturaliter est filius dei patris, quo omnium naturarum creator est, et dedicavit virginem candidus ex virgine.

Augustinus in eodem.

Hic autem deus humanam naturam in unitate persone suscepit, qui se humilians per misericordiam incorrupte virginis uterum ex ea nasciturus implevit.

Quod persona naturam non personam accepit.

Formam ergo id est naturam servi in suam accepit deus ille personam. Non enim personam hominis accepit sed naturam.

De concilio toletano viii.

Cumque tota trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius accepit hominem, id est formam servi, in singularitate sive in unitate persone, non in unitate seu singularitate divine nature.

Augustinus in libro de trinitate.
De modo incarnationis.

Si autem adhuc queritur ipsa incarnatio quomodo facta sit, ipsum verbum dei dico carnem factum, id est hominem factum, non tamen in hoc quod factum est conversum atque mutatum, sed carne ut appareret carnalibus congruenter indutum, ita sane factum ut dixit

non tantum verbum dei et hominis caro, sed et rationalis hominis anima. Atque hic totum et deus dicatur propter deum et homo propter hominem.

Augustinus in libro ...

Agnoscamus ergo geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua equalis est patri, et humanam qua minor est patre. Utrumque autem simul non duo sed unus est Christus, ne sit quaternitas non trinitas deus. Ac per hoc est deus anima rationalis et caro.

Augustinus in libro de trinitate.

Tanta est enim unio utriusque nature ut totum dicatur deus, totum homo, et vicissim deus homo, homo deus.

Augustinus

Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur, magis magisque a peccatis abstinendo et bona operando. Difficilia enim sunt hec.

Augustinus de fide ad Petrum.

Ut tamen breviter dicam, non aliud fuit illa dei summi exinanitio forme servilis, id est nature humane susceptio. Utraque ergo est in Christo forma, quia utraque vera plena est in sua substantia.

Iohannes damascenus.

Inconfuse enim et inalterabiliter unite sunt ad invicem nature, neque divina distante a propria simplicitate, neque humana aut conversa in divinitatis naturam aut in non existentiam divisa, neque ex duabus una facta est composita natura.

Augustinus contra maximinum.
Quod illud persone non est partes due nature.

Item. Christus ergo una persona est gemine substantie, nec tamen deus vel homo pars huius persone dici potest. Alioquin filius dei antequam formam servi susciperet non erat totus, et crevit cum homo divinitati eius accessit.

Ambrosius in libro de trinitate.

Item. Sciendum tamen est non semper factum esse ad creationem referri, sic ibi: Domine refugium factus es nobis. Et item: Factus es mihi in salutem. Non utique creationis diffinitio vel editio hic declaratur, sed nobis in refugium vel in salutem esse dicitur quod prius non erat.

Ambrosius in libro quoniam nunc vetus ... quia ab ignorantia ... pueruli ...
Quare factum non natum dicat apostolus.

Sed queritur cum nos salvatorem natum profiteamur, cur apostolus factum eum dicat ex semine David, cum aliud sit fieri aliud sit nasci, qui in alio loco inquit: factum ex muliere. Aliquid ergo significavit hoc dicto. Quia enim non humano semine concepta est caro domini in utero virginis, in corpus effecta sed effectu et virtute sancti spiritus, ideo apostolus dicit factum non natum. Aliud est enim semine admixtionis sanguinis coagulo generari, aliud non per mixtionem sed virtute procreari. Possunt homines generare filios hominis sed non facere.

id.

Item. Et si non intercessit semen hominis in conceptione virginis, tamen quia ex ea carne est formatus que constat ex semine, recte dicitur factus ex semine.

Augustinus de trinitate.
In apostolo sic dicitur factum.

Item. Utrum autem Christus debeat dici creatura vel res creata simpliciter, audiat Augustinum hic ita disserentem.

Augustinus in libro de trinitate.

In principio erat verbum, et verbum caro factum est propter nativitatem incarnationis eius que facta est in tempore ex virgine. Et omnia per ipsum facta sunt.

Idem in eodem.

Neque dicit omnia nisi que facta sunt, id est omnem creaturam. Unde liquido apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt omnia. Et si factus non est, creatura non est.

Ieronimus.

Si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantie est. Omnis enim substantia que deus non est creatura est, et que creatura non est deus est. Sed si filius non eiusdem substantie cuius pater, ergo facta substantia est. Si facta substantia, non omnia per ipsum facta sunt. At omnia per ipsum

facta sunt. Facta ergo substantia non est qui tamen sicut ait apostolus factus est ei, scilicet ad honorem patris, secundum carnem; infectus vero secundum deitatem. Factus dico et specialiter ex semine David, quia Maria fuit ex stirpe David, ex cuius semine formata est caro Christi opere spiritus sancti in utero virginali. Sed attendendum est quare specialiter hic nominat David cum constet quod Christus est promissio Abrahe sicut et David. Sed apostolus volens gratiam commendare maluit dicere de David qui criminosus fuit, non de semine Abrahe qui iustus fuit, ut non pro merito sed gratia natus de eo putetur. Vel ideo ut ex homine rege secundum carnem rex natus ostendatur sicut de deo rege rex ante secula natus est. Deinde a virtute commendans eum subdit: Qui predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Ihesu Christi domini nostri.

Hic primo videndum quid sit predestinatio et de quo sit predestinatio, utrum de eo (vel re, vel quo) quod semper fuit an de eo (vel ea, vel quo) quod ex tempore fuit. Iterum utrum de persona an de natura, vel si de persona est, attendendum est secundum quam naturam sit predestinata. Predestinatio est gratie preparatio qua ab eterno deus homini Christo et cunctis quos prescivit conformes fieri imaginis filii sui bona sine meritis preparavit. Preclarissimum enim lumen predestinationis et gratie est ipse mediator dei et hominum homo Christus Ihesus. Ille enim homo ut a verbo patri coeterno in unitatem persone assumptus filius dei unigenitus esset unde hoc meruit? Quod eius bonum qualecumque precessit ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Faciente ac suscipiente deo verbo ipse homo ex quo esse cepit filius dei unicus esse cepit. Filium dei unicum femina illa gratia plena concepit de spiritu sancto, ex virgine Maria Christus unicus natus est, non carnis cupiditate sed solo dei munere. Libera in illo voluntas erat et tanto magis quanto magis peccare non poterat. Apparet itaque nobis in nostro capite ipse fons gratie a quo in cuncta membra eius gratia diffunditur. Ita enim ab initio fidei sue homo quicumque gratia fit christianus sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus. De ipso spiritu et hic renatus est de quo spiritu ille natus est. Spiritu fit in nobis remissio peccatorum, spiritu factum est in illo ut nullum haberet peccatum. Qui fecit illum hominem sine ullis eius precedentibus meritis nullum quod ei dimitteretur vel originale trahere, ipse fecit eum talem qui non posset voluntate prava peccare. Ipse nullis eorum precedentibus meritis facit credentes in eum quibus dimittat omne peccatum, qui fecit illum talem ut numquam habuerit habiturusque sit voluntatem malam; ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. Illum ergo et nos predestinavit, quia et in illo ut esset caput nostrum et in nobis ut eius corpus essemus non precessura merita nostra sed opera sua futura prescivit. Nec se deus esse facturum profecto ab eterno prescivit. Ipsa est ergo predestinatio sanctorum que in sancto sanctorum maxime claruit, quam negare quis non valet recte intelligentium eloquia veritatis. Humana ergo merita conticescant hic que perierunt per Adam et regnet gratia per Ihesum Christum. Quisquis in capite nostro precedentia merita singularis illius generationis invenerit, ipse in nobis membris eius precedentia merita fidei et regenerationis inquirat. Neque enim Christo retributum est nec nobis per aliquo merito sed gratis tributum. Ille quippe nos fecit credere in Christum qui nobis fecit in quem credimus Christum. Ille facit in hominibus principium fidei qui fecit hominem principem fidei et perfectorem Ihesum. Nullum est ergo alicuius predestinationis exemplum quam ipse mediator. Quisquis ergo fidelis vult eam bene intelligere attendat ipsum atque in illo inveniat et seipsum, qui in eo una natura humana esset suscipiente deo verbo ita sublimata ut qui suscepit et quod suscepit una esset in trinitate persona. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est sed trinitas mansit, assumptione illa ineffabiliter faciente persone unius in deo et homine veritatem. Hoc de ipsa predestinatione sufficiat.

Deinde videamus utrum de eo (vel re) quod semper fuit vel de eo (vel re) quod non semper fuit sit ipsa predestinatio, iterum de persona an de natura. Eundem sane ipsum qui secundum carnem factus est ex semine David predestinatum dicit filium dei in virtute. Vel: Recte quippe dicitur filius dei non predestinatus secundum id quod est verbum dei deus apud deum. Ut quid enim predestinaretur cum iam esset quod erat sine initio et sine termino sempiternus? Illud autem predestinandum erat quod nondum erat ut sic suo tempore fieret quemadmodum ante tempora predestinatum erat ut fieret. Quisquis ergo dei filium predestinatum negat hunc eundem filium hominis negat. Predestinatus est ergo Ihesus ut qui futurus erat secundum carnem filius David esset in virtute filius dei. Vel: In quantum homo factus est dei filius predestinatus esse dicitur. Ecce hic patet predestinationem esse de persona, id est de Christo, non secundum id quod semper fuit sed quod non semper fuit, id est non secundum divinitatem sed secundum humanitatem. Et est sensus, quasi dicat: Christus factus est secundum carnem qui Christus secundum quod homo est predestinatus, id est sola gratia preelectus ad hoc ut ipse homo sit filius dei non utique adoptivus ut nos sed [illegible] in virtute.

Ambro.

Ambr.

Item de.

Aug. in lib. de predestinatione sanctorum

Id in eodem.

Aug. de bono perseverantie.

Idem de predestinatione

Aug. ex tractatu psalmi cxviii.

Aug. de bono perseverantie

Aug. in epistola ad Rom.

Aug. super Iohannem

Aug. in libro ad Prosperum et Hylarium

Id in eodem.

id est in eadem potentia cum patre non per gratiam adoptionis sed per unionem verbi, id est per gratiam qua humana eius natura unita est verbo. Christus ergo nec per adoptionem filius est neque adoptivus filius est. Dicit enim Ambrosius: Volui revolvi divinam scripturam et filium Dei nusquam adoptivum inveni. Sed sicut Christus in quantum Deus est naturaliter habet ut sit naturalis Dei filius, et sic Deus ita in quantum homo per gratiam habet ut sit idem Dei filius naturalis. Unde Hieronymus:

Super epistolam ad Ephesios.

De filio, id est de domino nostro Iesu Christo scriptum est quia semper cum patre fuit et numquam eum ut esset voluntas paterna praecessit. Et ille quidem natura filius est, nos vero adoptione. Ille numquam filius non fuit; nos antequam essemus praedestinati sumus et tunc spiritum adoptionis accepimus quando credidimus in filium Dei. De quo etiam Hylarius dicit:

In libro ii.

Contendunt heretici adimere patri quod pater est, dum volunt filio auferre quod filius est. Adimunt autem cum dicunt quod non de natura sit filius. Non ex natura autem qui non eadem in se habet natura gignentis. Neque enim filius est cui alia ac dissimilis est a patre substantia. Pater autem quomodo erit, si numquam in se substantie atque nature genuit in filio?

N

Dominus dicens clarificat filium, et non solo nomine contestatur se esse filium, sed et proprietate. Nos filii Dei sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus et proprius est filius origine non adoptione, veritate non nuncupatione, nativitate non creatione. Item Beda: Natura filius est quia eadem natura quam ille qui genuit habet. De hoc etiam Augustinus ait super Iohannem: Nos sumus filii gratia, ille natura. Unigenitus autem natura non gratia. An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sane. Augustinus super Iohannem in sermone xx. Idem: Quod unigenitus est equalis patri non est gratie sed nature; quod autem in unitatem persone unigeniti

Augustinus

assumptus est homo gratie est non nature. Queri solet a quibusdam an secundum quod homo Christus sit Deus vel Dei filius. Quod ita esse ita probare conantur: Christus secundum quod homo praedestinatus est ut sit Dei filius; sed illud est quod ut sit praedestinatur. Ergo quia praedestinatur secundum quod homo ut sit filius Dei, et secundum quod homo est filius Dei. Ad

Respo.

quod respondemus dicentes Christum esse id quod praedestinatus est ut sit, sed non est illud secundum id secundum quod praedestinatus est. Est enim praedestinatus ut sit Dei filius, et ipse utique est vere filius Dei, sed praedestinatus est ad hoc secundum quod homo, quia per gratiam hoc accepit secundum quod homo. Ipse tamen secundum quod homo non est illud, nisi forte secundum unitatis persone sit expressivum. Secundum enim aliquando conditionem humane nature vel divine

exprimit, aliquando unitatem persone. Conditionem nature, ut cum dicitur secundum quod homo, id est in quantum homo, vel secundum quod Deus, id est in quantum Deus. Unitatem persone exprimit, ut cum dicitur Christus secundum quod homo dimittit peccata, id est ipse homo Christus qui est una persona. Aliquando secundum notat causam, ut cum dicitur secundum divinitatem iudicabit, id est ex virtute divinitatis. Hec distinctiones suis locis diligenter animadvertende sunt.

Q[uestio]

Queri solet utrum Christus secundum quod homo sit persona. Ad quod dicimus: si secundum causam vel conditionem nature notat, sic quod homo non est persona, quia ex eo quod homo vel in quantum homo persona non est, quasi ex eo quod homo persona est. Ergo vel tertia in trinitate et talia, sed alia non. Ergo tertia in trinitate persona dicitur. Item. Ideo in quantum homo non dicitur persona quia non est in quantum homo personali proprietate discretus a patre et spiritu sancto, quia in quantum homo non est genitus a patre vel filius patris. Filiatio autem proprietas est qua persona filii ab aliis distinguitur. Sed si in quantum homo non est persona tertia in trinitate, quomodo ergo supra dixit Augustinus: qui suscepit et quod suscepit una est in trinitate persona? Hec enim auctoritas innuere videtur quod natura humana cum verbo una sit persona in trinitate. Quod

Q[uestio]

si est, ergo natura humana cum verbo est Deus; ergo aliqua natura cum verbo est Deus que non semper fuit Deus; ergo non tantum natura divina est Deus, sed et alia. Quod quia absurdum videtur et alia plurima que sequuntur inconvenientia, praedicta Augustini verba et illis

Intende.

ubicumque inventa fuerint similia, hoc modo intelligenda nobis videntur: qui suscepit et quod suscepit una est in trinitate persona, id est ita Deus suscepit hominem quod eadem persona que prius erat immutata ~~non erat~~ permansit. Unio enim suscipientis et suscepti unitatem persone non divisit nec variavit, et ita factum est ut illa

Augustinus super Iohannem

persona que erat Deus eadem homo esset. Unde super Iohannem ait: Quando verbum caro factum est, una persona facta est verbum et homo, id est factum est ut eadem que est Deus esset homo. Movet nos quoque quod supra dixit Augustinus: illum hominem assumptum a verbo, cum ille sit persona et persona non sit assumpta. Alibi quoque idem expressius dicit quo magis movemur:

Augustinus in sermone de fide.

Si quis dixerit atque crediderit hominem Iesum Christum a filio Dei assumptum non fuisse, anathema sit. Et ita videtur quod persona sit assumpta, quod quia nefas est dicere aut sentire, praedictarum tamen auctoritatum verba sic intelligi sane possunt ut homo Christus sive homo ille ideo dicatur assumptus a verbo quia anima eius et caro in quibus subsistit homo sunt assumpta a verbo, ut ad ipsius hominis naturam respicias non ad personam cum assumptum dicis.

Q[uestio]

Item. Queri solet utrum homo ille ceperit esse vel semper fuerit. Sic simpliciter

enuntiamus xpm̄ ł dī filium semp fuisse nec ce
aug̃ sup ioh. pisse. De hoc aug̃ ita ait. Habuit aliquando dī fili9
quod non habuit id ipse hō filius quia nondū erat
aug̃ in ioh. hō. Item. Si nos electi quomodo ille clarificatus quia p̄g
mundū eēt nec nos eramus nec ipse mediator dī ⁊ ho
minū hō x̄ ihc. Item. Xpc nr̄ ⁊ si forte homo recens ē.
aug̃ sup psalt. tam̄ ē eternus ds. Alibi aūt legitur quod puer ille cau
stellas ⁊ ipse apcait. Ego principiū qui ⁊ loquor uob.
His itaq; auctoritatibus ī nullo refragantes dicimus
quod hō ille in quantū hō ē eē cep̄ ⁊ q̄ntū ē ubū semp
fuit. In huiusmodi enī locutionibus sūa adiectione de
aug̃ sup ioh. terminationis nich respondi conuenit. Vnde aug̃.
Patet p ipsū in quanto ubū ē ⁊ que futura s̄ fec̄
s; p̄fecto scd̄m id quod hō ē ipm̄ p nobis glarificau.
Ipse g̃ scd̄m quod hō p̄destinatus ē. i. sine meritis
sola gr̄a p̄electus non solum ut eēt caput nr̄m. ⁊
aug̃ de p̄desti ut nec origine trahet nec uoluntati ppetret peccm̄
natione scōz. ⁊ ut ex mortali natura clarificaretur ī īmortalita
tē. s; ut ī eēt filius dī in uirt. i. ī eadē potentia
li ⁊ ī libro de ē pat. ⁊ qd ipse sit filius dī p uidi ex h q concept̄ ē ⁊ nat9
bono p̄seuātie scd̄m spm̄ scificationis. i. quia ex spū scō concept9 ē.
aug̃ ī ambro Considera ū quod non fuit ei spc scs p semine nec
epla ad rom. dicimus illū patrē eē hōis x̄ ne dicantur duo eē patres
s; de spū scō conceptus dicitur. io q: opatione spc. s.
aug̃ p quem omnia scificantur ⁊ di munere fcā ē illa
aug̃ conceptio. P̄batur ē esse filius dī ex resurr m. d. n. i. x.
. i. suoz. i. quia mortuos secum fec̄ resurgē qui fu
ambro erunt ei9 q̄a ad se ptinebant scd̄m illud multa
corpa scōz qui dormierant resur cū eo. Et nota
aug̃ ex tracta quod ppum nom̄ posuit p nomine more hebraico
tu psal. lxvii. que locutio in scripturis est usitatissima. ⁊ in ueti
precipue bus libris creberrima ut fec̄ moyses. sic p̄cep dns
aug̃ in epla moysi. Vt ita ab illo loco. scd̄m spm̄. q. d. xpc p̄ba
ad rom. tus ē eē filius dī scd̄m spm̄ scificationis. i. quia suis
dedit spm̄ scificationis. Scificationis dico incepte
ex resurrectione. i. a remissione peccoz p quā aīa
surgit a uiciis. Est enim duplex resurrectio una
animę
aug̃ ser aīe altera corporis. De resurrectione ait apls ī seqnti.
mone de Surge qui dormis ⁊ exurge a m. ⁊ illuminab. t. x.
fide. Resurrectione dico mortuoz dnī nr̄i ihu xpi. i. eoz
qui mortui fuerant in peccatis quia dnī x̄ quia eos
aug̃ nullus alius curare potuit qualit aliquis curand9
a medico. illius medici dr̄ infirmus. Nota: ꝯ
humana natura hoc accipi quod ait apls. qui p̄d9 ē.
ut ⁊ ipsa uere dicatur p̄destinata. Vnde aug̃.
aug̃ ex tc. Predestinata est ista nāt huāe tanta ⁊ tā excelsa

ę sūma subuectio ut quo attolleretur altius non tantum psal. cxviii.
haberet sicut p nobis ipa diuinitas quousq; se de
poneret humilius non habuit quā suscepta ū
hominis cum infirmitate carnis usq; ad mortē crucis.
De hoc eciā ambro ita ait. Non de ūbo loquitur apls ambro
s; de homine qui non erat antequā fact9 eēt. Huani
tas enim que ū erat aīa illa p̄destinata ē. Scd̄m
hoc sic lege litā. qui xpc ł quod hō p̄destinat9 ē.
. i. ei9 humanitas p̄destinata est ⁊ p̄ordinata. scilicet ambro
fiius ūtus sicut ē. filius dei in uirtute. i. est assūpta
a ūbo existenti in eadē ūptate diuinitatis cū pat
⁊ unita illi in unitate p̄s. Sequitur. Scd̄m s. scificationis
hoc refertur ad illud quod sup dictū est. fact9 ē ex
semine dauid. s. c. ut iungatur g̃ ita. Qui fact9 ambro.
ē ex semine dd scd̄m c. factus dico. scd̄m spm̄ scificationis
. i. scd̄m opationem spc scī qui scōs facit homines
qui ī formauit ⁊ scificauit ipsū hominē ī utero
uirginali ex semine mulieris sn̄ semine uiri.
Sequitur. Ex resurrectione mortuoz. hoc refertur ad illud
quod dixit filius dei. qi d. Et quod ipse est fili9 dī
cui humana natura unita est patet. ex re. m. d. n. i. x.
. i. suoz. i. ex hoc quod secū mortuos resurgē fec.
Et hunc ordinem uboz ⁊ aug̃ ponit. s; dicit aliū
ordinē ctiorem meliorē uidi. Vt ita p̄ legi. ut p̄
destinatus sicut p̄scitus accipiatur ⁊ refertur hoc
ad cognitionē hominū. sicut illud ero alioz ds
. i. cognoscar. Hic est sensus. Qui dī filius qui ambro
latebat in carne quid eēt. Predestinatus ē. i. p̄
scitus ab eterno manifestari filius dī in uirtute
resurgendi. s. cū resurgeret a mortuis. Omis enim id.
ambiguitas ⁊ diffidentia resurrectione ei9 calcata
est ⁊ compssa. Nam in morte ei9 ī discipuli du
bitauerunt. s; in resurrectione uirtus diuinitatis eius id.
emicuit sicut ipse ait. Cū exaltat9 fuero a terra
oīa tr. a. m. id ē tc cognoscar omniū eē dns. Pre
scitus est itaq; manifestari filius dei in uirtute
resurrectionis. i. scd̄m spm̄ scificationis. s. quia ss
dedit spm̄. s. Deinde quā uirtutē dixit exponit sub
dens. ex resurrectione. nec dicit ex resurrectione x ambro
s; mortuoz ihu x dnī nr̄i. quia sua resurrectione
nr̄a generalē fac resurrectionē. Ac si diceret
Manifestatus est dī filius ex resurrect m. d. n. i. x.
. i. quia resurrexit p quod ⁊ nos ī aīa ⁊ corpe re
surgē fec. unde uidetur mortē destruxisse ut nos
redimeret quare dnm̄ nr̄m uocat dicens. ihu xpi
dnī nr̄i. In hoc enī apparet dnus qd mortuus

id. mortem uicit. H enim maior uirtus et uictoria
uidetur in xpo quod ea potestate operatur mortuus
(operaturus) qua fuerat uiuus. Per quem accepimus. hic com
mendat eum a liberalitate. Hic enim ostendit
quod auctor ei contulit. q. d. Talis est xpc. per quem tale
Aug' i epla ad — nos apostoli cum aliis fidelibus. accepimus. i. qui tantum
rom. — dedit. gratiam. s. remissionem peccatorum et pacientiam omni
um laborum per quam remunerabimur in futuro et alia
dona que omnia nobis data sunt gratis et accepimus
nos soli apostoli apostolatum. i. auctoritatem et legationem
Aug' in epla ad rom — predicandi accepit enim apostolus gratiam per se. cum
omnibus fidelibus apostolatum uero non cum omnibus. sed
cum apostolis tantum. Vel congrue non tantum apostolatum dicit
se accepisse ne ingratus existeret gratie qua illi pecca
dimissa sunt ut nemo audeat dicere uita priori sua
ius se ad euangelium esse perductum cum nec ipsi apostoli
qui ceteris supereminent apostolatum accipere potuissent
nisi prius cum ceteris gratiam que peccatores sanat atque
iustificat accepissent. Ideoque optime tenens ordi
Amb — nem causeat. Accepimus gratiam et apostolatum. i. potestatem
apostolatus. Ubi. in omnibus gentibus. quia iudeis, in
quia iudei cohabitatione sunt in gentibus. Ut
Amb — accepimus apostolatum non solum in una gente iu
deorum. sed in omnibus gentibus. Ad quid. Ad obedien
dum fidei. i. ut faciam ego cum aliis apostolis eos obedi
re fidei xpi. Accepimus apostolatum et hoc pro nomine eius. s. xpi
id — i. uicem eius quia eius uicarii sumus. Vt pro nomine eius
dilatando. i. per eius gloriam non nostram sic uos romani
facitis. Deinde ut familiarius amoneat conuertit se
ad eos dicens. In quibus. i. inter quas gentes. et uos.
Aimo — romani. i. iudei et gentiles rome habitantes estis
uocati. per gratiam per interiorem inspirationem. ihesu xpi
i. a ihesu xpo. genitiuus pro ablatiuo more greco. Vt estis
Amb — uocati uocati ut sitis ihesu xpi. quoniam gentium
Aug — salus est. Cum audiunt romani inter ceteros se uocatos
scire possent quod non debent sub lege agere que sine lege suscep
unt ceteres gentes fidem xpi. Ceteri populi uocati sunt sine lege
moysi et hi eam seruare debent. Sequitur. Omnibus qui sunt
rome dilectis dei uocatis sanctis. huc usque pendet litera,
quasi dicat. Paulus talis et tale scribit omnibus qui sunt rome.
Amb — non aliis sed dilectis sanctis. i. dilectis a deo. Quamuis enim roma
nis scribat illis tamen se scribere significat qui in caritate dei
sunt. Qui sunt hii nisi qui de filio dei recte senti
.. Ad — unt. Hii sunt sancti. et uocati dicuntur. et adiunxit quia in
hic significauit apostolus benignitatem dei potius quam meritum
illorum. Non enim ait diligentibus deum. sed dilectis dei. Inter

enim dilexit nos ante omnia merita ut nos eum dilecti
diligeremus. Unde et addit. Vocatis sanctis. ut nemo sibi
tribuat quod uocatus sit. Non enim ita intelligendum est — Amb
quod ait uocatis sanctis tamquam ideo uocati sint quia sancti erant
sed ideo effecti (sancti) sunt quia uocati sunt. Vel uocati quia dilec
ti ut sit sensus. Scribit dilectis dei uocatis sanctis. i. illis quos
dilexit ut ad sanctitatem uocaret quia sancti essent sanctificati per bap — Aimo
tismum. Restat autem ut apostolus salutem dicat et compleat
usitatum epistole principium. ideo subdit. gratia et cetera. Et
hoc quod alii solent dicere salutem ait. Gratia uobis et cetera. Quod — Ad
apostolus scribit romanis in scribendo eos, salutat. sic optan
do dicens gratia sit uobis. i. remissio peccatorum. Est autem — Amb aimo ad
gratia qua iustificatur impius. i. sit iustus qui prius fuerat — Ad in epla ad
impius. uel percipiende huius gratie. in uita nulla precedit — gen. pl.
quia meritis impiorum non gratia sed pena debetur. nec ista
esset gratia si non daretur gratuita sed debita redderetur.
Addit et pax. s. sit uobis. i. reconciliatio ad deum et tran — Amb Aug
quillitas mentis. Sicut enim gratia dei est qua do — Ad in libro
nantur uobis peccata ita pax est qua ex inimicis reco — retractationum
ciliamur deo. Tamen sciamus quod utrumque s. gratiam et pacem id est
generale dei gratia pertinere et sic ita distincta sunt et ut osten
dat unum summum bonum esse a deo. subdit a deo. Hoc. s. gratia
et pax sint uobis a deo patre nostro. i. ab eo qui potest dare
quia deus est uult quia pater. Et ut sine xpo nullam esse — Amb
pacem et gratiam doceret adiecit. et domino ihesu xpo. sine
quo nulla (nobis) sunt bona. Quod autem non adiungit — Ad in epla ad
spiritum sanctum. non mihi alia ratio uidetur. nisi quia ipsum — rom.
donum dei spiritum sanctum intelligimus. Gratia porro et pax
quid aliud est quam donum dei. Vnde nullum hominibus
datur pro qualibet uita peccatis et pax qua reconciliamur
deo nisi in spiritu sancto. et ideo ipsa trinitas pariterque inmutabi
lis unitas in ista salutatione cognoscitur. Unitas appa
ret per hoc quod ait a deo. De hoc eodem ita ait aimo. Spiritum — Aimo
sanctum nominari non posuit quem in donis suis cum prebedit
i. in gratia et pace. Quia enim per eum diuinitus ho
norantur electi ideo in donis suis intelligitur. Pre — Aimo
missa salutatione ante alia de bonis eorum gratias agit.
Gratias uero agere deo est sentire omnia bona a deo data esse — Aug
et pro eo laudare corde uoce et opere. Finita igitur prefatione — Amb
preuenit eos quibus scribit post grauiter increpaturus.
Congaudet enim hic de bono incepto eorum et precipue — id
in hoc gaudere se dicit quia fides illorum in omni loco
currebat. Quamuis enim fidem non accepisset secundum — id
regulam ab auctoribus ueritatis traditam. tamen quia quod
de uno deo audierat interposito nomine xpi ceperant ue
nerari. Congratulatur apostolus sciens illos posse proficere

p quod et caritatem suam quam ad illos ostendit. et hor
tatur ad perfectum ita dicens. Primum quidem. q. d.
quod incepistis perficite bonum quod incepistis
quia adeo bonum est. quod ideo a me alia gratias deo refe
ro. i. habeo. Primumque. i. ante omnia ago gratias deo pro vobis
omnibus quod ipsi faciatis. Hanc omnia se agere dicit
quia fides illorum multis profuit. Nam illi qui crediderant
roborati sunt uidentes principes suos se sibi factos similes
in fide. et qui non crediderant facile potuerunt credere eorum
exemplo. Prompte enim facit inferior quod uiderit
facere a potiore. Vt ita legatur. Ago gratias deo pro se vobis et aliis.
Et tamen pro aliis primum quidem. i. precipue pro vobis de quibus
magna utilitas euenit sicut ante dictum est. Cui ago gratias.
Deo meo. quem scilicet meum facio quod uos romani non fa
citis. Non est hoc ociose accipiendum quod ait deo meo.
non enim ugt ista pertinet esse non scilicet eorum. quorum deus dicitur sicut deus abraham
ysaac et iacob. Cumque omnium unus deus sit per naturam eo
quod creator sit omnium. illis tamen ipse per gratiam deus dicitur esse
qui mutuo fidei iusticie eius cultores esse probantur.
Et quid ago gratias. Non per legem neque per prophetam sed per
ihesum christum mediatorem dei et hominum per quem deus vobis
dedit uobis omnia bona quia ipse est minister be
neficiorum christi. Dein ipse quare precipue tamen omnia
gratias agit ostendit subdens. Quia fides uestra. Quia
cum [hole] multa sint talia in uobis pro quibus gratias agere
debeo [hole]. Erant enim disciplina mirabiles.
et boni [hole] operis cupidi studiosique magis agendi
bene [hole] loquendi. in hoc tamen precipue gratias ago quia
fides uestra. i. sicut perfecta. annuntiatur in universo mundo.
quia roma caput mundi erat. ideo fidei illorum fama
omnium locum peragrabat unde proficerent multi.
Et nota quod non laudat apostolus fidem illorum tamquam
perfectam sed facilitatem. fidi quia in auditu auris
crediderunt et notum quod christum. i. affectum propensius.
quam que christum habebant. Sequitur. Testis enim mihi est deus
cui seruio in spiritu meo in euangelio filii eius quia sine
intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis.
et cetera. Dixit se pullis gratias agere. nunc dicit se pro eis deum
orare in quo et affectum suum circa illos osten
dit ut suadeat illis caritatem ad hoc autem deum tes
tem dat cui seruit dicens. Testis enim mihi deus.
Vt melius sibi credatur quod dicturus est premissa est
hic auctoritas. i. iuramentum quo fit fides dicendis.
nisi forte quis dicat quod non iurauit quia non dixit
per deum sed dixit testis est deus. Ridiculum est putare hoc
si dicas per deum iuras si dicas testis est deus non iuras.

Quid est enim per deum nisi testis est deus. Aut quid
est testis est deus nisi per deum. Ecce dico claritati uestre
qui per lapidem iurat falsum periurus est quia creatorem
deum adhibet testem. Nec facit apostolus qui hic et alibi sepe
iurauit contra domini mandatum qui uolens iusticiam
nostram habundare plusquam scribarum et phariseorum dicit in euangelio.
Ego dico uobis non iurare omnino. Et cetera. Sit ser
mo uester est est non non. Quod amplius est a malo est. Ubi enim
prohibuit dominus quod est malum suasit bonum. quod est
appetendum indulsit quod est necessarium. prohibuit
enim falsum et sine necessitate iurare. suasit enim uerum
loqui indulsit iuramentum quod est necessarium. cum ait
quod amplius est. Iuramentum enim faciendum in necessariis
scilicet cum pigri sunt homines credere quod eis est utile. non est
iuratio bona. i. appetenda non tamen mala. i. prohibita
cum est necessaria licet sit a malo. infirmitatis eorum
quibus aliquid dicitur. Si enim iurare cogis sciat
de necessitate uenire infirmitatis eorum quibus aliquid
persuades que infirmitas utique malum est. unde nos coti
die liberari precamur dicentes. libera nos a malo.
ideo non dixit dominus quod amplius est malum est. tu enim non
facis malum qui bene utitur iuratione ut alteri suade
as quod utile est sed a malo est illius. Et notan
dum quod multum interest qui exigit iurationem si
nouit illum iurare falsum. et non. Qui enim
nescit uero dicere iura michi ut ei fides sit non audeo dicere
non esse peccatum tamen humana temptatio est. Si autem no
uit fecisse et cogit iurare homicida est. Iurat
ergo sine peccato apostolus cum ait testis et cetera. q. d. Quod
habetis domino imputo et recte nam habenda ab eo
oro uobis que quia sine intermissione memoriam uestri facio orans m.
Vel ita dixit se gratias agere modo exponit quomodo gratias agit
scilicet in orationibus et quomodo scilicet sine intermissione. q. d.
pro uobis gratias ago hoc modo quia in orationibus meis que per
me et alios fiunt. semper. habitis uobis in bonis constitutis
ad orandum. facio memoriam. i. deum memorem. Me
mor dicitur deus esse cum dat obliuiscitur cum cessat. et hoc sine
intermissione. Vt facio memoriam uestri sine intermissione.
hoc ideo dicit apostolus. se esse memorem illorum in orationibus ut
seminet in illis caritatem. i. ut eum ament et sic
desiderent audire. Quis enim non amet eum quem
audit memorem sui esse. Quod autem ita sit iuramento
affirmat. Testis. et cetera. q. d. Credendum est ita esse
ut dico. enim. i. quia testis inde michi est deus et non est
tutum mentiri cum nichil ei latet. Cui seruio in
spiritu meo. i. uoluntate. Quia enim deus spiritus est animo debet

illi seruire. Cui seruio non in carne .i. in carnalibus
obseruantiis sed in spiritu meo .i. in spiritualibus .s. in fide spe et caritate.
Amb In quo seruio? In euangelio predicando non in lege
non circumcisione non in eo quod moyses seruus
tradidit sed in eo quod filius unicus docuit. Quantum
enim distat seruus a domino tantum distat euangelium a le-
ge. Euangelium dico filii eius quod .s. filius eius tradidit
non scribendo sed mentibus inspirando. Sequitur.
Obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter
habeam ad uos in uoluntate dei ueniendi. q.d.
pro uobis gratias ago oro ego dico in obsecrans .i. per obsecrationes
.i. per obsecrationes temptans. Obsecratio est per sacra
adiuratio ut per natiuitatem et passionem. Temptans
inquam si quomodo .i. aliquomodo prosperum post aduersa .s. ueni-
endi ad uos. iter dico prosperum quacumque ex causa fa-
cili uel difficili. habeam. tandem. post longa desidia aliquando uel hieme uel estate iter
Amb ueniendi ad uos. iter dico prosperum quod non reputat
apostolus esse nisi ita sit ut perueniat ad illos quibus desi-
derat donum dei predicare. Prosperum enim iter est non
Ier. in cassum laborem itineris subire. Prosperum iter
habeam per spiritum dico in uoluntate dei. .i. secundum uo-
Amb luntatem dei non sicut mali qui reputant prosperita-
tem sibi esse in suo malo perpetrato. Sunt enim qui-
dam qui per dei permissionem non uoluntatem prosperum
Aug iter uidentur accipere sibi ad malum si aliquid scelus
perpetrauerint. hic ergo uoluit intelligi apostolus addens
in uoluntate dei quia non semper prosperitas itineris
dei uoluntate perficitur quia multi in rebus scelestis
prosperis utuntur successibus et exultant in prosperitati-
bus suis sed non est talis prosperitas ex uoluntate dei.
Amb. In eadem Apostolus uero tunc solummodo reputat prosperum si sit in
uoluntate dei. quia tunc utilis erit aduentus apostoli.
Sequitur. Desidero enim uidere uos ut aliquid
impertiar uobis gratie spiritualis ad confirmandum uos;
q.d. ideo obsecro uenire ad uos. enim .i. quia desidero
Amb uidere uos. hiis quos scripto corrigebat et a carnali sen-
su abstrahebat. ideo suam presentiam necessariam dicit
quia ea que scribit et per se possunt accipi. quia
Id. aliter dicta solent ad aliud referri. ab hereticis. Ideo
ergo desiderat eos uidere ut presens doctrinam euangelicam
sensu quo scribit eis tradat. ne sub auctoritate
litterarum eius non auferretur sed confirmaretur error
eorum ideo ut que uerbis suadet non potentia presens sua-
deret uirtute miraculorum. Deinde desiderii sui
causam exponens addit. Vt aliquid. q.d. ad hoc desidero

uos uidere. ut impertiar uobis aliquid gratie .i.
uos participes faciam gratuiti beneficii. dei
.s. doctrine euangelice. Gratie dico non carnalis sed
Amb spiritualis. quia quomodo carnaliter sapitis. Cum
dicit gratie spiritualis carnalem illos sensum asse-
cutos. significat quia sub nomine christi iudei
eis contraria christo tradiderant qui consulens
firmitati humane fide sola addita lege addi-
ta naturali humanum genus saluari decreuit.
Impertiar spiritualem gratiam ad confirmandos uos. quia
aliquid iam habetis. Sequitur. .i. simul consola-
Amb ri in uobis: Vel .i. ut consolemur in uobis secundum
aliam literam. per eam que inuicem est fidem uestram atque
meam. q.d. Desidero uobis impertiri gratiam ad confirma-
tionem que confirmatio adeo est michi grata quod
Amb id. .s. uos confirmari. est. me consolari in uobis. Non ideo
dicit quia non congaudeat fecunditati fidei illorum dolet
tamen de non recta fide. Aliena enim dolebat ui-
cia quasi sua. Addit. simul. q.d. Hec consolatio
mea fiet simul uobiscum quia uos consolabimi-
ni. Modo enim ego sum desolatus sic et uos etsi
non sentitis sed sic consolabimur simul. Vel secundum
aliam literam potest legi sic. eodem sensu manente.
q.d. desidero uenire ad uos ut impertiar uobis
gratiam ad confirmationem .i. ut consolemini in
Amb Deinde per quid fiat consolatio. subdit [illegible] con-
solari dico per eam fidem non utique [illegible] nouam
sed uestram atque meam. que est inuicem .i. communis.
Amb Et hoc enim potest esse consolatio. si unius eiusdem
fidei sumus in christo. Vel per eam fidem uestram atque meam .i.
.i. que per dilectionem operatur. Sequitur. Nolo autem
et non arbitror ignorare uos fratres quia sepe proposui
uenire ad uos et prohibitus sum usque adhuc.
Amb Propositum uotum suum ostendit apostolus quod
illos scire non ambigit per eos fratres qui ab ierosolimis
et confinibus ciuitatibus causa aliqua siue
religionis gratia romam ueniebant. cumque sepe
uellet uenire et prohiberetur sic factum est ut scri-
beret epistolam ne diu in malo detenti difficilius cor-
rigerentur. Quasi quis diceret. Desideras uenire.
cur ergo non uenis. dicit. Quia prohibitus sum cum
hoc proposuerim hoc. Nolo autem et non arbitror
uos ignorare fratres .s. quia sepe proposui. Non so-
lum uolui uenire ad uos et prohibitus sum. ueni-
re ad uos aliquibus impedimentis deo id agente. Amb

sed preteriti culpa nunc tamen fit ut modo dignos uos paratis.
Non ergo ociose se paratum sibi dicit. sed causas more discernit
et hos ut se pararent adhortatus est. ut audientes
gratiam sibi spiritualem ministrandam fore dignos se efficerent
a uitiis carnalibus abstinentes ad percipiendam eam.
Prohibitus sum dico usque adhuc. id est usque in presens. Et hoc
ostenditur id est esse cure deo quo unusquisque apostolorum
uel debeat ire uel non debeat. id est quod dispensatione spiritus sancti
alius quidem sinatur predicare ubi uult alius prohibeatur. Fratres
autem eos uocat non solum quia renati erant sed quia erant
inter eos qui recte sentirent licet pauci. Unde supra dixit
uocatis sanctis. Sequitur. Ut aliquem fructum habe
am in uobis sicut et in ceteris gentibus. quasi dicat. Ideo desidero
uenire ut habeam in uobis aliquem fructum. id est ut
fructificetis uos per meam predicationem. Vel ut aliquem
fructum habeam in uobis. id est ut ego premium per uos
adquiram. Vel utilitatem quam communi cupidum se uenien
di ad hos declarat. ut ibi salutem spiritualis gratie conse
quantur rectam habentes fidei professionem. et hic
fructum habeat apud dominum ministerii sui. Fructum
habeam in uobis dico. sicut et in ceteris gentibus. Exem
plo ceterarum gentium lacessit illos ad fidem rectam.
Promptior enim quis fit ad rem sibi traditam.
si illi multos uideat assentiri. Sequitur.
Grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debi
tor sum ita quod in me promptum est et uobis
qui rome estis euangelizare.

Grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum ita quod in me promptum est et uobis qui rome estis euangelizare.

quasi dicat. ideo uolo habere fructum in omnibus quia debitor sum omnibus euangelizare. grecis ac barbaris. id est omnibus gentibus. grecos proposuit. quia ab eis omnis philosophia mundana exordium sumpsit.
Barbaros uero eos dicit. qui sunt quasi exleges qui
nec hebrei nec greci nec latini sunt debitor sum e
uangelizare. sapientibus et insipientibus. ut
nemo de utroque genere excludatur. Sapientes uero dicit
illos qui mundialibus rationibus eruditi erant.
Insipientes qui illarum rerum imperiti sunt. His omni
bus se debitorem testatur quia missus ad omnes
nulli enim gentium pro specialius debetur hoc predico

quia ad hoc missus fuit ut omnibus predicaret
quia ad hoc accepit doctrinam. ut aliis traderet.
De iudeis autem tacet quia magister gentium erat.
Et sicut aliis ita debeo et uobis qui rome estis. debeo
euangelizare. quia omnibus debitor sum. Quod
tale. sed uobis euangelizare in me promptum est. id est si
ego paratus sum ad hoc. quod alterius culpa remansit.
Quamuis missum se dicat predicare omnibus gen
tibus promptum tamen romanis se asserit euangelizare
apud quos regni romani caput est et sedes. ad membra
eius pertinet si caput inquietum non fuerit. Ideo
romanorum pacem optat. ut non multum se iactet
sathanas. uel ut meliores habeat sui operis fructus.
Sequitur. Non enim erubesco euangelium.
Virtus enim dei est in
salutem omni credenti
iudeo primum et greco

Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti iudeo primum et greco.

quasi dicat. in me promptum est et uenire. quia non erubesco euangelium. sicut illi qui falsa predicant uel qui crucem christi putant
ignominiam. hoc enim dicto tangit eos qui non
recta tradebant uel qui de cruce
confundebantur de qua potius gloriari debent
cum apostolo. Ideo non erubesco euangelium quia ipsum
euangelium est uirtus dei. id est uirtutem dei annuntiat non
infirmitatem sapientiam non insipientiam. Quod enim
est infirmum dei fortius est hominibus et quod stultum
dei est sapientius est hominibus. Vel euangelium est uirtus dei
nobis credentibus non aliis. quia per doctrinam euangelicam
peccatum dimittitur credenti et cum res exigit mira
cula fiunt quibus commendatur doctrina. Quia
enim incredibile uidebatur quod predicabatur ideo
signis et prodigiis ab apostolis factis firmabatur ne dubitarent homines
de his que dicebant qui tanta faciebant. Nulli enim dubium
est uirtuti uerba cedere. Ideoque non se dicit apostolus erubescere de euangelio
dei. Illos autem erubescere significat. quia quod tradiderant
in reprehensionem ueniebat nec quoque uirtutis tes
timonio firmabatur et discordabat a doctrina apostolica.
Euangelium ergo est uirtus dei quia inuitat ad fidem et dat
salutem omni credenti dum peccata dimittit et iustifi
cat ut a secunda morte detineri non ualeat signatus
misterio crucis. Unde subdit. euangelium dico ualens
in salutem omni credenti. quod uero dixit omni determinat

Iudeo primū
et greco. Iusti
cia enim dei in
eo revelatur
ex fide
in
fidem si
cut
scrip
t um
est
iust
aut e
e x
fide
vi
vit

iudeo primū c̄denti (et) greco .i. gentili quod in greco manifestum est. In greco enim gentilem significat. Quamvis aut̄ p̄ponat iudeum causa patrum tamen ipsum simili modo indigē dic̄ dono euangelii xpi. Sic itaq; iudeus non iustificatur nisi ex fide xpi quod ergo op(er)ibus legis lege. Vt ita iudeo primum (et) greco. q.d. euangelium valet in salutem omni c̄denti euangelium dico necessarium iudeo (et) greco .i. gentili s; primum .v. maxime iudeo. Iudei enim hanc euangelii salutem .i. liberationem habebant necessariam valde ut potentes alios seducentes. Iusticia enim dei in eo revelatur ex fide in fidem sicut scriptum est. iustus aut̄ ex fide vivit. q.d. ut euangelium e(st) omni c̄denti in salutem quia est ei in iusticiam que e(st) causa salutis quod clare ostendit in ipso euangelio .i. h(oc) e(st) quod ait. Iusticia enim dei revelatur in eo euangelio. Iusticia dei e(st) qua gratis iustificat impium p(er) fidem sine opibus legis ut alibi dicit aplus. inveniar in illo non habens meam iusticiam que ex lege e(st) s; illam que est ex fide. hec est iusticia dei que in testamento veteri velata in novo revelatur. que ideo iusticia dei dicitur quia impertiendo eam iustos facit. Hanc aut̄ iusticiam in euangelio revelat in ipso effectu .s. dum dat fidem homini. p(er) quam iustificat qui c̄dit deum iustum veracem in p(ro)missis. Revelat(ur) i(n) hanc iusticiam verbo dum in eo d(icitu)r q(ui) c̄diderit (et) baptizatus fuit salvus erit .i. iustus. Vt iusticia dei est quia quod promisit dedit. que iusticia revelatur in eo qui c̄dit se consecutum quod p(ro)miserat deus p(er) p(ro)phetas suos qui enim hoc c̄dit .i. confitetur iustum deum p(ro)bat et testis est iusticia ei(us). .i. loquitur hoc aplus contra iudeos qui negant hunc esse xpm quem p(ro)misit deus. Secundum hoc ita lege. bn dixi omni c̄denti esse in salutem quia in eos qui c̄dit sive iudeus sit sive grecus. re .v. d(ei) .i. iustus apparet deus et verax. In eo u(ero) qui non c̄dit iustus videtur negat enim veracem deum qui non c̄dit eum dedisse quod p(ro)misit. unde subdit. ex fide in fidem. hoc dicit p(ro)pter omnes partes fidei ut omnis. q.d. iusticia revelatur tendens ex fide dei p(ro)mittentis in fidem hominis qui c̄dit ei quia in c̄dente iustus deus apparet. Vt secundum alteram p(ro)missam sententiam sic p(ro)cede. Iusticia dei est ex fide. hec aut̄ iusticia fidei est ei homini qui transit ex fide in fidem. hoc dicit p(ro)pter omnes partes fidei ut omnis qui vult p(er) fidem iustificari universos articulos simboli habeat. ut transeat iudeus (et) quicumq; alius ex fide veteris testamenti ubi unus deus colebatur in fidem novi ubi pater (et) f(ilius) (et) s(piritus) s(anctus) colitur. Ex fide primi adventus in fidem secundi. ut utrumq; c̄dat. Ex fide prime resurrectionis que est in anima in fidem secunde que erit in corporibus. Ex fide p(ro)missionis in fidem redditionis ut c̄dat deum p(ro)misisse ac reddidisse (et) redditurum fore. Ex fide p(re)dicatorum in fidem p(ro)ximorum ut c̄dat quod c̄dunt maiores (et) minores. Ex fide seminantium .i. p(ro)phetarum in fidem metentium .i. aplorum. Transeat (et) iustificandus (et) transeundo fore intelligat de fide verborum (et) spei in fidem rerum (et) speciei. Est enim fides qua c̄duntur ea que non videntur que p(ro)prie d(icitu)r fides s; tamen est fides (et) rerum. q(ua)n(do) n(on) verbis s; rebus ipsis p(re)sentibus c̄di quod erit cum p(er) speciem manifestam se contemplandam scilicet p(re)bebit ipsa dei sapientia. Non ergo esset iusticia fidei nisi esset absconditum quod p(re)dicat c̄deremus (et) c̄dendo ad videndum p(er)veniremus. Dicit ergo iusticiam illi esse qui transit ex fide verborum quibus c̄dimus quod non videmus. in fidem rerum qua c̄dita obtinebimus .s. ex fide in qua ministrat deo in illam u(bi) fruatur deo que tamen imp(ro)p(r)ie d(icitu)r fides. ¶ Et quia de fide mentio fit hic videndum e(st) quid fides sit (et) quot modis accipiatur fides (et) de quibus sit. Accipit(ur) aut̄ fides tribus modis. s(cilicet) p(ro) eo quo c̄ditur (et) p(ro) virtute qua c̄ditur (et) p(ro) eo quod c̄dit(ur). fides e(st) enim qua c̄ditur cum caritate virtus e(st). hec e(st) fundamentum omnium bonorum in qua nemo perit. hec fideles facit vere xpianos. Alia (et) demonum e(st) in nomine tenus xpianorum nam (et) demones c̄dunt (et) contremiscunt. hec e(st) qualitas mentis que dicitur informis quia socia non habet caritatem que e(st) forma omnium virtutum. Pro eo aut̄ quod c̄ditur accipitur fides sic ibi. hec e(st) fides catholica. q(uam) n(isi) q(uisque) f(ideliter) (et) (firmiter) c(rediderit) (et) cet. ita (et) hic accipitur cum ait ex fide in fidem. fidei enim que c̄dit(ur) .v. simboli fidei multe sunt partes que aliquando singillatim posite. Eodem quoq; modo accipitur fides cum dicitur fides catholica que quod universaliter ab omnibus c̄dendum e(st). ¶ Solet aut̄ a quibusdam queri utrum illa informis qualitas mentis que in malo xpiano d(icitu)r fides que c(um) eadem universa que ut xpiani c̄dat accedente caritate remaneat (et) virtus fiat an ipsa eliminetur (et) alia succedat qualitas que virtus sit. de quo potius divinum iudicium implorandum implorandum videtur quam aliquid a nobis diffiniendum. Verum liber tamen sit

Fides est virtus qua creduntur que non videntur. apparentia enim non habent fidem s; agnitionem. fides enim est quod non vides c̄de.

a(ugustinus) in lib(ro) ...
l(ibro) ..
c(ontra) f(austum)
c(ontra) f(austum)
a(ugustinus) in lib(ro)
a(ugustinus) in lib(ro) ad optatum
l(ibro) .. a(ugustinus)
in lib(ro) de sp(irit)u (et) lit(tera)
ad optatum
a(ugustinus) in lib(ro)
a(ugustinus) in lib(ro)
a(ugustinus) in lib(ro)
a(ugustinus) in lib(ro)
a(ugustinus)
in prima visione in apocalipsi
a(ugustinus) in lib(ro) de ...
a(ugustinus) in lib(ro) questionum euangelii
a(ugustinus) in psalmo cviiii
a(ugustinus) in lib(ro) questionum euangelii
p(ro)venit urtus.
a(ugustinus) sup(er) ioh(annem)
a(ugustinus) de v(erbis) d(omini) in omelia quadam

Reuelatur enim ira dei de celo sup omnem impietatem et iniusticiam hominum eorum qui ueritatem dei in iniusticia detinent.

piculo dicit. Est aut fides de bonis et de malis et de pteritis et de psentib et de futuris. Spes
aut de bonis tantum et de futuris. Sequitur. Sicut scriptum est. Conuertit se apls ad
exemplum pphe abacuc ut declaret olim ostensum non iustificari hominem p legem
apd dm sed p fidem. q. d. Ex fide est iusticia uita et ex fide est salus non ex lege. Sic scrip
tum est in abacuc iustus aut ex fide uiuit. Sic expone iustus est ex fide omnis qui
iustus est et ita uiuit non uita ista que psens est sed futura et eterna que est merces fidei.
Merces aut fidei est uidere quod credimus sicut aug. uidere mus. Sciendum aut aliter ee in abacuc
quam hic posuit apls. In abacuc enim ita est iustus aut ex fide sua uiuet. Sed et in aliis
plurimis testimonia que ponit ab hebraice ueritatis translatione qua nc utimur uidentur
discordare quod ideo est quia aliquando sumit a lxx interptibus aliquando sicut loquitur
eos spu quoque pphe sensum sumit tantummodo suis utens ubis suaque dispositione. Sequitur.
Reuelatur enim ira dei de celo sup omnem impietatem et iniusticiam hominum eorum qui ueritatem dei in iniusticia d.
Commendata pietate fidei qua iustificati grati deo esse debemus. contrarium detestando et
impietatem subinfert quod gentiles inflati et leues in idolorum figmenta tamquam deciderunt
ubi non requiescerent sed contracti dissilirent in lapides. Hic enim spaliter agitur. q. d.
Gentiles secdm priorem statum quia iactant bonam naturam recusant turpitudines
p ignorantiam. Econtra aut apls dicit eos et prius habuisse noticiam et pdidisse p
culpam et bonam naturam sibi ipsis a deo relictam in omnia mala pcipitatam. q. d.
Ex fide est iusticia et uita salus quia ex impietate est iniusticia et mors et pena eius. huius reuelatur in euglo dei et hoc est.
Reuelatur enim in euglo ira dei et pena. Quotiens ira dei legitur non pturbatio animi eius est intelligenda sed iudi
cium quo irrogatur pena peccato. Dei dico uenturi de celo ad iudicium. Ira dico processura sup omnem impietatem.
Non dicit sup omnes impios sed quod plus est sup omnem et in hoc sup omnes impietatis et iniusticie partes. Impietas est
in deum peccare. iniquitas in homines. Ut impius pro infideli ponitur et a pietate religionis alienus. sic ydolatra
et iniquus uocatur qui prauitate operis ab equitate discordat. Et est sensus. Vindicta dei de celo uenturi ad iudicium
uiuorum et mortuorum in euglo manifestatur uentura sup omnem impietatem et iniusticiam. Vel ita lege. Ira dei uentura
sup omnem iram reuelatur de celo quod accusat eos quia indicauit eis creatorem et saluatorem. Ex ipsa enim celi fabrica
uariis illis ds ostendit qui in deo tam pulchra astra condidit ut ex his quantus et quam mirabilis creator eorum esset possent
agnoscere et solus adorari. Reum ergo facta apls gentilem p legem nature p quam potuit comphendere fabricam mundi
testificante auctorem solum dm diligendum. sed iniusticia et impietas in eis apparet dum hec uidentes dissimulant
a ueritate non fatentes unum dm. Vnde subdit. eorum qui ueritatem dei in iniusticia d. quasi quis diceret. Cur est eis ira de impietate
cum non cognouerint dm. Ad quod respondet. Merito est ira eis. quia poterant quidem cognoscere dm et in eorum aliqua parte
cognouerunt sed sibi tollunt malentes morari in sua uoluptate. Sic lege literam. hominum dico eorum qui ueritatem dei ignorant
et ueram de deo cognitionem detinent cum sponte se eis offerat. Ipsi dico manentes in iniusticia et in malo opere. Bo
num est quod tenent sed malum est ubi tenent. ueritatem enim tenent sed in iniquitate. Inuenisti enim dm gentilis philosophe et colis
ydolum. inuenisti ueritatem et ipsam detines in iniusticiam et quod p dei opera cognouisti p hominis opera pdidisti. To
tum considerasti rerum ordinem et non uis attendere quod mundus sit opus dei. ydolum opus fabri. Si faber ydolo
sic dedit figuram daret et cor ab ipso idolo faber adoraretur. Quomodo ergo homo faber tuus ds non est si homo ydoli faber est.
Quis est ds tuus qui fecit te. quis est deus fabri. Qui fecit illum. Ecce quomodo detinent ueritatem dei in iniusticia.
Occurrebat aut aplo ut ei diceretur unde illi ueritatem detinent ad quos ds locutus non est nec legem acceperunt sic ppt

quia quod notum est dei manifestum est in illis. deus enim illis reuelauit.

isti respondet et ostendit unde. Quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus enim
illis reuelauit. q. d. uere retinent ueritatem dei quia hoc notum est et quod de eo nosci
bile est manifestum est in illis ductu rationis. q. d. in se habent unde noscere possunt quod
cognoscibile est de deo sed naturalem rationem. Ideo dicit quod de deo noscibile est.
quia multa sunt que de deo p naturam sciri non possunt ut de misterio redemptionis et in
carnationis. Notum dei est hoc quod ex huius mundi dispositione naturali ratione assequi
possumus. Ignotum uero dei est ratio subtracta nature que omnem latet creaturam. Sicut et
misterium humane liberationis et ue manifestum est in illis quod est noscibile de deo

Ambr. — quia non solum ratio naturalis ad hoc profuit, sed et deus illis revelavit, ut manifestavit populo suo per quod eos adiuvit. hoc dicit ne sola natura sufficere videatur. Ut enim deus qui natura invisibilis est, etiam a visibilibus posset sciri,

Ambr. Aug. — opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestavit, ut per certum incertum possit sciri: ille est deus omnium creator, qui fecit hoc quod aliis est impossibile fieri. Hoc philosophi nobiles quesierunt qui interrogantes creaturas de creatore et omnium specie ac dispositione quasi voce respondente ex arte artificem cognoverunt. Unde sequitur: Invisibilia enim

Aug. — ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque eius virtus et divinitas. Ostendit quid de deo et quomodo scire potuerunt. Et quasi si quis quereret quomodo potuit id quod notum est dei manifestum esse in illis qui non acceperunt legem? adducit: Invisibilia enim et cetera. Et notandum quia cum deus unus sit et simplex essentia nec ex diversitate aliqua constet, pluraliter tamen dicit invisibilia, quia pluribus modis per ea que facta sunt cognoscitur, scilicet quod eternus ex perpetuitate creature omnipotens ex magnitudine creature et hoc mundi ex quorum gubernatione virtus eius conspicitur. et ex eo quod omnia replet eius divinitas, id est bonitas intelligitur. Et hoc est quod ait: vere quod dei notum est manifestum est in illis. enim, id est quia invisibilia ipsius, id est ipse natura invisibilis, intellecta non corporea vel imaginaria visione sed tantum intellecta ea visione que dicitur intellectualis. intellecta dico per ea que facta sunt, id est si non per legem scriptam quam non habuerunt, conspiciuntur a creatura

Ambro. — mundi, id est ab homine non solum ab angelis. Homo vero creatura mundi dicitur per excellentiam, quia excellit inter alias creaturas vel quia convenientiam habet cum omni creatura. Est autem localiter in loco ut quodlibet corpus, sentit cum animalibus, intelligit cum angelis. Unde in evangelio dominus ait: Predicate evangelium omni creature, id est homini. Attende quod ait ipsa invisibilia intellecta per ea que sunt facta. quia per celum et terram et alias creaturas quas immensas et perpetuas esse intellexerunt ipsum conditorem incorporalem immensum eternum inter conspexerunt. Viderunt enim summi

Aug. de cognitione dei — philosophi omnes quos ceteris non immerito fama atque gloria platonis, cum nullum corpus esse deum, ideo cuncta corpora transcenderunt querentes deum. Viderunt etiam quicquid mutabile est non esse summum deum, ideo animam omnem mutabilesque spiritus transcenderunt deum viderunt omnem speciem in re quacumque mutabili que naturaliter est omneque universi mundi corpus non posse esse nisi ab illo qui incommutabiliter et simpliciter est, quia non aliud est illi esse aliud vivere, aliud intelligere, aliud beatum esse, sed hoc est illi esse.

scilicet quod id est illi vivere intelligere beatum esse. — Propter hanc incommutabilitatem et simplicitatem intellexerunt eum et omnia ista fecisse et a nullo fieri potuisse. Consideraverunt quicquid est visibile vel corpus esse vel spiritum meliusque aliquid spiritum esse quam corpus speciemque corporis esse sensibilem, spiritus speciem intelligibilem, et intelligibilem speciem sensibili pretulerunt. Sensibilia dicimus que visu tactuque corporis sentiri queunt, intelligibilia que conspectu mentis intelligi. Cum igitur in eorum conspectu et corpus et animus magis minusque speciosa essent, si autem

Sed mirum est quod dicit esse invisibilia et tamen dicit conspiciuntur — omni specie carere possent omnino nulla essent. Viderunt esse aliquid ubi esset prima et incommutabilis species et ideo incomparabilis atque ibi esse rerum principium rectissime crediderunt quod factum non esset ex quo cuncta facta essent atque sic invisibilia dei intellecta per ea que facta sunt conspiciuntur.

Aug. quaestionum theo — sed addendo intellecta determinat modum visionis. Tria enim genera visionis in scripturis sanctis inveniuntur. Est enim visio corporalis, spiritualis, imaginaria et intellectualis. De tertio genere visionis est ista quam hic commemorat apostolus. Hac enim visione videtur deus cum per pietatem fidei et agnitionem morum optime corda mundantur.

Ambr. — Ut ita lege litteram. Vere quod notum est dei manifestum est in illis, quia invisibilia ipsius intellecta conspiciuntur, id est intellectu mentis capiuntur. per ea que facta sunt a creatura mundi, id est a constitutione mundi. Et ut omnino excusari

Ambro Aug. — impietas non possit, addit: Sempiterna quoque virtus, que omnia gubernat, conspicitur

Ambro — per ea que facta sunt, et divinitas, id est bonitas dei que omnia replet, similiter per ea conspicitur. Et sic quidam volunt post hic intelligi trinitas, ut per invisibilia intelligatur pater, per virtutem filius, per divinitatem spiritus sanctus, ut sit sensus: invisibilia ipsius, id est pater, sempiterna quoque virtus eius, id est filius, et divinitas, id est spiritus sanctus, intellecta conspiciuntur per ea que facta sunt a creatura mundi.

Aug. — Secundum hoc videtur quod per ea que facta sunt illius summe trinitatis noticiam habuerunt gentium philosophi. Alibi quoque dicit Augustinus philosophos non pertigisse usque ad noticiam tertie persone, id est spiritus sancti. In illo videlicet loco super exodum ubi magi pharaonis defecerunt in

divinitati — tertio signo non in primo et in secundo, quia gentium philosophi, inquit, de rogatione summo patre et de noys mente eius philosophati sunt, sed in tertio signo defecerunt magi, quia usque ad tertiam personam non valuerunt pervenire philosophi. Quomodo ergo hic dicit quod tres personas per facta intellexerunt et cognoverunt? Ad quod dicimus

Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur.

Sempiterna quoque virtus eius et divinitas ita ut sint inexcusabiles.

hanc distinctionem summe trinitatis quam fides catholica profitetur nullatenus habuisse vel habere potuisse absque doctrine vel interne inspirationis revelatione. Fit enim revelatio tribus modis: per opera, per doctrinam et per inspirationem. Viderunt ergo de longinquo veritatem, sed non appropinquaverunt per humilitatem. Nonnulli tamen tres personas ideo dicuntur intellexisse quod eas distincte veraciter ipsi esse intellexerunt, sed quia illa esse cognoverunt in deo que illis tribus personis in sacra scriptura frequenter solent distincte ac specialiter attribui, scilicet potentia, sapientia, bonitas. Potentia enim patri, sapientia filio, bonitas spiritui sancto sepe attribuitur, cum tamen una eademque sit potentia et bonitas trium et tres illi eadem bonitas, sapientia et potentia sint. Potentiam itaque et sapientiam et bonitatem dei per ea que facta sunt intellexerunt aut intelligere potuerunt. Sicut enim ex motibus et administratione corporis animam quam non vides intelligis, sic ex administratione totius mundi et regimine omnium creatorem intellexerunt. Ita ut sint inexcusabiles. Illos quippe scriptura inexcusabiles dicit quos non latet veritas et in eis perseverat iniquitas. Unde non sunt inexcusabiles. De hoc scilicet quia cum per naturalem rationem in creature revelationem cognovissent deum usque adeo ut faterentur unum principium a quo omnia initium creata sunt non sicut deum glorificaverunt bene vivendo scilicet colendo aut id est vel gratias non egerunt de cognitione, sed sibi attribuerunt in quo vani et falsi fuerunt. Unde subdit: Sed evanuerunt in cogitationibus, putantes se aliquid esse cum nichil sit quod de vanitate erat. Cogitationibus dico suis que scilicet a seipsis sunt non a deo, et ideo scilicet quia non glorificaverunt deum. Cor id est ratio eorum que abscondita esse obscuratum est a tumore superbie obumbrante ita ut sit insipiens id est paulatim usque ad insipientiam cor eorum deductum est. Nebula enim erroris contexit cor illorum quia cum creatorem ex creaturis cognovissent non sicut deum glorificassent amplius obscurati sunt. Unde obscuratum est cor eorum. Ecce ex hac superbia dicentes enim ore et corde se esse sapientes a se non a deo stulti facti sunt in deum. Ecce illa duo que dixerat hic assignat scilicet quomodo evanuerunt quod ostendit ibi: dicentes se esse sapientes, ubi culpam monstrat et quomodo obscuratum est cor eorum ibi: stulti facti sunt, quod est vindicta. Sapientes enim in naturis rerum stulti facti sunt in deo. Investigabant enim ratione phisica perscrutantes cursus siderum et qualitates elementorum. Deum autem horum spernebant, ideo stulti facti sunt. Sicut hec laudanda sunt quanto magis creator illorum. Videntur ergo quo veniendum esset sed ingrati ei qui illis prestitit ut viderent sibi voluerunt tribuere quod videbant et facti superbi amiserunt quod videbant, elisi sunt quia superbierunt. Superbia caput peccati est de quo dicitur: Initium omnis peccati superbia. Superbierunt autem dicentes se esse sapientes non debebant sibi arrogare quod deus donaverat nec se iactare ex eo quod non a seipsis sed ab illo habebant quod utique illi credendo fuit non ad hoc tenendum quod videre poterant ab illo sanarentur qui dederat ut viderent si hoc facerent humilitatem servarent et possent purgari atque illi beatissime contemplationi coherere. Quia autem superbia erat eis obumbravit eos cecitas. Quod enim curiositate invenerunt per superbiam perdiderunt. Quod enim deus dederat gratis tulit ingratis et conversi sunt a veritate ad ydola et symulachra et ad cultum demoniorum adoraverunt creaturam contempto creatore. Unde subdit: Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis. Ecce quomodo obcecatum est cor eorum ut videntes maiestatem invisibilis dei que ex creaturis agnoscitur non in homines sed quod peius est et inexcusabile creatum in similitudinem hominum immutarent ut forma corruptibilis deus ab eis vocaretur. Hoc est simulacrum hominis ut quos vivos hoc nomine donare non audeant mortuorum imagines in gloriam dei recipiant. Quanta hebetudo quanta est stulticia horum apud quos plus potest imago quam veritas et potiores sunt mortui quam vivi. A vivo enim deo recedentes mortuis favent. De quorum numero ipsi sunt sicut et ubi sapientie Salomonis dicitur: mortuus mortuum fingit operibus iniquius lege litterae quasi diceret: Non solum sensu et cogitatione peccaverunt sed et opere. Et quia gloriam incorruptibilis dei id est culturam deo debitam quia incorruptibilis est mutaverunt quantum ad se pertinuit in similitudinem imaginis corruptibilis hominis id est in imaginem eius cui erat assimulata et postea in similitudinem imaginis volucrum. Ecce maior hebetudo in quadrupedum et deinde serpentium. Hec dixit ad cumulum hebetudinis ostendendum. Sic enim dei maiestatem in gloriam minuerunt ut horum que minima et prava sunt similitudini dei honorificentiam darent. Hic ergo dampnat simulacra impiorum in quibus alii solem alii terram alii homines mortuos et huiusmodi plura venerabantur. Ideo autem dicit: In similitudinem hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium quia horum simulacra diversis temporibus a romanis colebantur. Mos enim fuit ab antiquis romanis

Quia cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium.

Ideo revelavit eis deus per opera, veritatem scilicet non per doctrinam et per inspirationem.
Ambrosius ad Valentinianum
monachum. Augustinus
Ambrosius.
Augustinus.
Ambrosius
Augustinus
Augustinus
Ambrosius
Augustinus super Iohannem.
Augustinus de spiritu et littera
Augustinus in sermone de monte. Augustinus de verbis domini. Augustinus super Iohannem.
Ambrosius
Ambrosius
Ambrosius
Ambrosius

Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in inmundiciam ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.

adorare simulacra hominum ut romuli iouis et aliorum et maxime ab aduentu enee in italiam uolucrum autem et quadrupedum et serpentum simulacra coluerunt ex quo alexandria ab augusto superata est et rome subiugata. Sequitur. **Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in inmunditiam ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.** Hic iterum uindictam dei contra eos ostendit. Quia enim ad iniuriam dei creatoris figmenta et similitudines rerum deificauerunt tra-diti sunt illudendi desideriis cordis non ut illa gererent que nolebant sed ut illa perficerent que desiderabant. Tradere autem est permittere non incitare aut nimium ire. Precedentibus quippe culparum causis iuste et merito deseruntur a deo. Hii qui ueritatem dei in iniquitate detinent et creatoris gloriam creature attribuunt et per hoc deseruntur et traduntur desideriis. Ista uero peccata quia de superbia sunt non solum peccata sed et supplicia sunt. Omne quippe peccatum quod tamen penitendo citius non tegitur aut peccatum est et causa peccati aut peccatum et pena peccati. Peccatum namque quod penitendo non diluitur suo pondere mox ad aliud trahit. Unde fit non solum peccatum sit sed et causa peccati. Ex illo quippe culpa subsequens oritur. Peccatum uero quod ex peccato oritur non solum peccatum sed et pena peccati est merito quia iusto iudicio deus cor peccantis obnubilat ut precedentis peccati merito et in alia cadat. Quem enim liberare noluit deserendo percussit. et hoc est quod ait. propter quod. scilicet propter ydolatriam. uel quia cultum et religionem dei imaginibus tradiderunt. deus tradidit illos. id est subtrahendo gratiam tradi permisit nichil enim absque eius permissione fit in malis. Ista utique obscuratio in uindicta et pena iam fuit et tamen per hanc penam. id est per cordis cecitatem que fit deserente luce sapientie in plura et grauia peccata collapsi sunt. Tradidit dico prius in desideria cordis. cordis dico quod erat eorum. id est ad eos sibi ipsis relictum a quibus sic paratum erat non a deo. Et postea tradidit illos in inmunditiam. id est in actum inmunditie ut ipso actu operentur turpitudinem tantam ut afficiant corpora sua et cetera quantum ad naturam. id est ut corpora naturaliter repugnantia ~~quod~~ quedam uitio aptiora facerent. Et ostenditur hic ut uindicta qua traditi sunt non modo in desideria praua sed et in inmundas actiones et contumeliosas quibus afficiunt id est inficiunt corpora sua. Ipsi dico habentes hoc in semetipsis. id est non aliunde sed a se ipsis. Non enim hic hostis a deo sed dicitur his tradi quia desertus a deo cedit his atque consentit uincitur capitur trahitur possidetur. A quo enim quis uictus est huic et seruus addictus est et fit peccatum consequens precedentis pena peccati. Ut ita afficiant corpora ipsi dico agentes contumelias in semetipsis. id est in suo sexu. masculi cum masculis femine cum feminis. Diligenter animaduertendum est quod hic et subsequenter ait. tradidit deus. quia homini malitiam non facit. intemptator enim malorum est. Quamuis dicat dominus homines adultera non cogit sed dignos deserit tamen deserere uerissime dicitur. Deserit autem deus non apponendo gratiam uel appositam subtrahendo. Manifestum enim deum operari in cordibus hominum ad inclinandas uoluntates eorum quocumque uoluerit siue ad bona pro misericordia sua siue ad mala pro meritis eorum. Iudicio utique suo aliquando aperto aliquando occulto semper autem iusto. Et nota quod dicitur deus operari in corde hominis ad inclinandam uoluntatem eius ad malum quod non ita est intelligendum quasi deus malitiam impertiatur sed quia sicut apponit gratiam unde inclinatur hominis uoluntas ad bonum ita subtrahit quibusdam qua subtracta incuruatur eorum uoluntas ad malum. Sequitur. **Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium et coluerunt et seruierunt creature potius quam creatori qui est benedictus in secula amen.** Hic exequitur latius per partes culpam eorum et penam ut comparet inuicem et est hic repetitio predictorum. Ostendit enim per partes commutasse gloriam dei. scilicet quod deum putauerunt non erat et coluerunt et seruierunt creature potius quam creatori. et exequitur subsequenter partes inmunditie. scilicet quod femine in feminas masculi in masculos turpitudinem operabantur in quibus comparat penam culpe ut sicut contra naturam creantem peccauerunt ita in natura propria punirentur. Unde concludit in sequenti sic et mercedem erroris quam oportuit et cetera quasi diceret. illi afficiunt. id est deturpant corpora sua. qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium. id est id quod de deo uerum est. dederunt ydolo. scilicet quod sit deus et dicit hic ueritatem dei quod supra uocauit gloriam dei. Ueritas quippe est gloria dei. Ueritatem dei tenere est unum deum colere. Ueritatem in mendacium commutare est creature seruire preter creatorem. Uera enim religio in unius diuini constat seruitio. Ipsa namque ueritas uerus est deus. Ipsa enim una ueritas est naturaliter una uerit

Aug.
Amb.
Aug. in sermo. ... neq...
Aug. in moralib.
Ambro.
Aug. de nat. et gra.
Aug. contra Iulianum heretic.
Aug.
Aug. de gra. et lib. arb.
Aug.
Aug.
Amb.
Fulgentius ad donatum

benedictus in secula amen.

Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femine eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desideriis suis in invicem masculi in masculos turpitudinem

divinitas ita non possunt duo veri dii veraciter dici sicut ipsa una veritas illorum non potest dividi. Verumtamen quia divinum colere utroque deo servire non est utique veritatem dei in mendacium commutare. Ille autem veritatem dei commutat in mendacium qui deo non vero estimat serviendum. Commutaverunt ergo veritatem dei in mendacium nomen dei qui est verus dederunt his qui non sunt dii. Lapidibus et lignis atque metallis auferentes quod sunt dant quod non sunt. Veritas dei est, fit mendacium ut quando lapides dicunt esse deum. non enim negant deum sed serviunt creature potius quam creatori. Hoc est mutare verum in falsum. Ut enim viderentur digne hec colere dei nomen et honorem his imposuerunt. Veritas quippe creatoris a deo est sed non est deus quod illi in mendacium convertunt creaturas tamquam creatorem colentes. Sed ne quis dicat non colo simulacra sed res eorum ut solem et lunam et huiusmodi. addit et coluerunt creaturam diligenter adorando eam et servierunt actibus creature. Nec damnat eaque in simulacris intelligebant. Servierunt dico creature potius quam creatori quasi illud esset melius. qui tamen licet ab illis privetur suo honore est benedictus. id est super omnia exaltatus. Et hoc in secula id est sine fine amen. quasi diceret hoc est verum quod deo vero benedictio est in secula. Deus autem gentium a tempore impietas dat honorem ideo quod illi dicunt est falsitas. Sequitur. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Item hic vindicta repetitur. quasi diceret et quia ita peccaverunt in naturam creantem propterea tradidit illos deus id est tradi permisit. hic item vindicta repetitur sicut ante repetitur culpam in passiones ignominie. id est voluptates carnis que et si delectent sunt passiones nature non nominande. Ignominia enim dicitur quasi sine nomine dignitatis unde dicitur ignominiosus quia desinit habere dignitatis nomen dum in aliquo crimine deprehenditur. Tradidit ergo deus propter illos in passiones ignominie. id est in ardorem libidinis quod est passio et nec nominanda. Postea tradidit in ipsum actum libidinis id est vere. nam femine eorum immutaverunt naturalem usum viri legitimi in eum usum qui est contra naturam inter se agentes. Naturalis usus est ut vir et mulier in uno concubitu coeant. contra naturam vero ut masculus masculum polluat mulier mulierem. Si quis vero relicta coniuge aliam cognovit turpitudinem operatur et peccat sed non contra naturam. Qui vero cum ipsa coniuge alio membro quam decet dormierit contra naturam operatur. Sequitur. Similiter autem et masculi relicto naturali usu femine et cetera. Ecce peccatum voluntatis. Desideriis dico suis que scilicet a se sunt non a deo. Hec irato deo propter idolatriam humano generi evenisse testatur apostolus ut femina feminam et masculus masculum turpi desiderio ad usum appeteret indebitum. Quid est enim mutare naturalem usum in eum qui est contra naturam nisi sublato usu concesso aliter uti quam concessum est. cum illa pars corporis non habeat huiusmodi usum datum a natura. Que enim habet homo concessa illicita in alium ordinem conversa taliter facta quamvis concessa sunt peccatum sunt. Si autem putas o Iuliane apostolum ex hoc laudasse libidinem quia usum femine dixit naturalem omnem profecto usum femine laudare compellis. ac per hoc et ea que committunt cum feminis stupra laudabis quia illic utique usus est naturalis quamvis dampnandus quia legitimus non est. Unde et filii non legitimi sed naturales vocantur qui inde nascuntur. Non ergo concupiscentiam carnis in illo verbo laudavit apostolus sed naturalem usum appellavit illum usum unde nascendo natura humana potest subsistere. Nec dixit usum coniugalem sed naturalem eum volens intelligi qui fit in membris ad hoc creatis ut per ea possit sexus uterque ad generandum misceri. Ac per hoc cum eisdem membris et meretrici aliquis miscetur naturalis est usus non tamen laudabilis sed culpabilis. Ab ea vero parte corporis que non ad generandum est instituta si et coniuge quis utatur contra naturam est et flagitiosum. Sequitur. Masculi in masculos. quasi diceret Non tantum exarserunt sed et masculi fuerunt operantes actu turpitudinem in masculos. ita fuerunt recipientes mercedem et cetera. scilicet id est penam erroris suo. quam oportuit. scilicet que peccato sunt congrua. id est receperunt vindictam dignam culpa. Quantum enim ydolatria primum et gravissimum delictum est tanta compensatio eius horrenda et perfida passio est quam receperunt in semetipsis. scilicet in natura sua vindicantes deum. id est vindictam dei sustinentes. in suo sexu. scilicet deformitatem operantes. Et nota quod dixit oportuisse eos istam mercedem recipere. Hic utique vides causam propter quam traditi sunt sine ulla ambiguitate monstratam. Dixit enim quod malum ante fecissent et pro ea adiunxit. Propterea tradidit

amb

amb de unico baptismo

amb

amb

amb

amb

augustinus de Iuliano

amb

amb

amb de Iuliano

et cetera

operantes et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probaverunt deum habere in noticiam tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant ea que non conveniunt repletos omni iniquitate malitia fornicatione avaritia nequitia plenos invidia homicidiis contentione dolo malignitate susurrones detractores deo odibiles contumeliosos superbos elatos inventores malorum parentibus non obedientes insipientes incompositos sine affectione absque federe sine misericordia.

Qui cum cognovissent iusticiam dei non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt

Augustinus contra adversarium legis et prophetarum. — ...rum precedentium est et pena peccati et ipsa peccatum est. Iudicio enim iustissimo dei relinquens sive deserendo sive alio modo explicabili vel inexplicabili, passiones ignominie, ut criminibus suis vindicarentur, id est supplicia peccantium non tantum sunt tormenta sed et iniciorum incitamenta.

Augustinus in psalmo. — Sed istas penas pauci vident. Propterea eas maxime commemorat apostolus et enuntiat multa que peccata sunt et pene peccati. Inter primum enim peccatum apostasie et ultimam penam ignis eternam media que sunt et peccata sunt et pene peccati. Sequitur. Et sicut tamen non probaverunt deum in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum.

Ambrosius. — Excecat quia nondum resipiscunt, et alia cadunt per eandem culpa. Et hoc autem quod dicit sicut, penam peccato assimilat ut sicut peccaverunt insensuali arbitrantes deum nescire mala sua sic puniti sunt in reprobo sensu. Et hoc est: et sicut probaverunt, id est putaverunt deum non habere in noticia peccata hominum ita tradidit illos etc. Vel ita ut legatur ibi quia non sicut hoc modo: quia non probaverunt deum habere in noticia suam, id est quia non cognoverunt deum quod ratio probabat eis. Vel quia probaverunt id est putaverunt deum non habere in mala, id est deum nescire vel negligere mala hominum. Ideo tradidit illos deus in reprobum sensum, ut nichil intelligant nisi quod a probitate remotum est. Quos sua cecitas a veritatis lumine funditus excludit.

Origenes. — Tradidit dico ut faciant opere ea que non conveniunt rationi, illos dico repletos omni iniquitate quasi non parum habentes. Deinde enumerat iniquitatis partes ut apertius eos accuset. Illos dico repletos malicia. Malitia est quando quis dampnum molitur alicui. Fornicatione. Fornicatio est omnis usus carnalis commixtionis preter legitimum concubitum. Avaritia. Avaritia est multa acquirere nec superflua pauperibus erogare. Nequitia. Nequitia est temeritas qua quis audet quod nequit. Vel nequitia est intemperantia sui. Illos dico plenos invidia id est dolore alieni boni.

Augustinus. — Invidus enim dicitur qui alterius felicitate torquetur: et sic inducitur in duplicem passionem cum aut quod ipse est alium esse non vult aut alium videns esse meliorem dolet se non esse consimilem. Homicidiis pluraliter dicit quia sunt homicidia actus et voluntatis. Contentione. Contentio est impugnatio veritatis per confidentiam clamoris. Dolo. Dolus est quando aliud simulatur et aliud agitur. Malignitate. Malignitas est mala voluntas cum ultra non potest vel de beneficiis gratias non referre. Susurrones inter amicos discordias seminantes. Detractores qui aliorum bona negant vel minuunt. Et ne levia putentur susurratio et detractio que vilibus sunt addit de eis: deo odibiles. Contumeliosos qui dictis vel factis contumelias et turpia inferunt. Superbos in honoribus elatos. Elati sunt qui nolunt pati priorem vel parem. Inventores malorum qui nova genera malorum cotidie inveniunt verbo vel opere. Parentibus carnalibus vel spiritualibus non obedientes scilicet servi in dominatores. Insipientes scilicet non discernentes inter bonum et malum. Incompositos habitu et incessu. Incompositio corporis indicat qualitatem mentis. Sine affectione, id est sine dilectione parentum. Absque federe id est societate. Sine misericordia quia non compatiuntur miseris. Sequitur.

Qui cum iusticiam etc. Iterum hic ostendit eos ulterius cadere dicens: Qui tales cum cognovissent prius disceptatione iusticiam dei, id est iustum deum, non tamen intellexerunt hoc scilicet quoniam qui talia agunt digni sunt morte eterna. Ne putarent

morte. Non solum
qui faciunt, sed
et qui consenti-
unt facientibus.
Propter quod in-
excusabilis es o
homo omnis qui
iudicas. In quo
enim iudicas a-
lium te ipsum
condempnas.
eadem enim a-
gis que iudicas.
Scimus enim
quoniam iudicium
dei est secundum veri-
tatem in eos qui
talia agunt.
Estimas autem
hoc o homo omnis
qui iudicas eos
qui talia agunt

his predictis penis tantum affligi quibus delectantur addit his ultimam mortem eternam. Et non solum
qui faciunt ea sunt digni morte sed et qui consentiunt facientibus. ut nullus excusetur. Consentire *aug.*
est tacere cum possis arguere vel errorem adulando fovere. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis
qui iudicas. In quo enim iudicas alterum te ipsum condempnas eadem enim agis que iudicas. Supra contra gentiles
locutus est superbiam eorum et turpitudinem iniquas propter ea tradi sunt detestans. Hic autem communiter *ambrosius aug.*
de gentibus et iudeis agit qui se invicem iudicabant et non tamen a malis cessabant quasi dicat. Quia omnis *ambrosius*
faciens et consentiens dignus est morte propter quod inexcusabilis es o homo scilicet carnalis omnis scilicet tam
iudeus quam gentilis qui iudicas alium id est dampnas. in quo ostendit se esse quod non est id est iustus.
Iudeus iudicabat gentilem secundum priorem statum et gentilis iudeum. uterque homo non spiritualis id est car- *II*
nalis non spiritualis et uterque inexcusabilis. Sicut enim iudeus iudicat gentilem de ydolatria
et ipse ydolatra, sic gentilis iudeum de legis prevaricatione et ipse prevaricator legis naturalis est.
Ideo quia uterque inexcusabilis est. Vel specialiter pluraliter propter iudeos hoc dicit et si nondum eos nominatim exprimit
qui in lege gloriantur et agunt ea que dampnat in aliis sicut in sequenti ostenditur. Et quia non dum
nominatim eos exprimit ideo in sequenti nominat. Et quia non solum qui in lege peccaverunt
peribunt sed et qui sine lege peccaverunt ideo de gentibus ibidem addidit dicens. Ira in omnem animam
hominis operantis malum iudei primum et greci. et gloria omni operanti bonum iudeo primum et greco quasi dicat. Apostolus quasi dicat. scilicet
quia gentiles predicta facientes sunt inexcusabiles multo magis o homo omnis qui iudicas id est o
iudee qui per legem instructus alios dampnas inexcusabilis es. quia non te observas ab his in *ambrosius*
quibus alios reprehendis. Quod autem inexcusabiles sint probat sive specialiter de iudeis sive communiter
de iudeis et gentibus quasi dicat vere inexcusabilis es tu qui iudicas. In quo enim iudicas alium te ipsum condempnas.
id est tu ipse testis es dampnationis tue dum alium iudicas. Et hoc. Enim id est quia eadem agis
que iudicas id est in aliis reprehendis. Sequitur. Scimus enim tamen autem quoniam iudicium dei est secundum
veritatem in eos qui talia agunt. Inanem excusationem gentium vel iudeorum sua auctoritate de-
struit hic apostolus. Tollet enim inexcusationem peccati sui dicendo iudeus. Et sic ad ago quia
iudico me tamen iudeum defendit genus et lex. Et e contra gentilis. Me gentilem defendit
ignorantia. Contra quod apostolus ait. Scimus etc. ostendens iudeos non excusari per legem
vel gentiles nec illos per ignorantiam. Ignorantia enim in eis qui intelligere noluerunt peccatum *aug.*
est et in eis qui non potuerunt pena peccati est quasi dicat. Vos ita opinamini sed nos scimus
quoniam iudicium dei est etc. ~~id est contra eos qui talia agunt sive iudei~~ vel si est ibi enim tale
gerit vere inexcusabilis es quia scimus quoniam iudicium dei est vere id est scilicet equitati veri non secundum perso- *ambrosius*
narum acceptionem. Leo. id est contra eos qui talia agunt sive iudei sive gentiles sint id est *ambrosius*
in illos qui illa faciunt que in aliis reprehendunt. Homines in iudicio attendunt
personas potentium divitum propinquorum. sed dei iudicium in hoc est verum quod ve-
rax est non attendit personam sed vite meritum. Humanum quippe iudicium multis *Iohannes d*
modis corrumpitur amore odio timore sepe iudicium integritatem violatur et quasi
iustitie regulam in illum medium inclinatur. Iudicium vero dei est secundum veritatem
quia unicuique hoc reddet secundum mensuram boni vel mali. Veritas quippe iudicium hoc *aug.*
postulat ut malus mala bonus recipiat bona. sed illud in hoc loco videtur ostendi *Nota*
quod solius dei sit secundum veritatem iudicium quia corda hominum nosse solius dei est
et mentis secreta dinoscere. Sunt enim quedam que committuntur opere quidem ma-
lo animo autem non malo ut si quis ubi causa hominem non voluntate occidit. Alia
vero fiunt opere quidem bono sed animo non bono ut si quis misericordie opus non pro mandato dei
sed ut laudetur ab hominibus faciat. Sequitur. Estimas o homo omnis qui
iudicas eos qui talia agunt et facis ea quoniam tu effugies iudicium dei quasi dicat. Nos apostoli
ita scimus sed tu o homo scilicet carnalis non spiritualis omnis qui iudicas eos qui talia agunt qualia supra memoravimus
et tamen facis ea. Existimas id est opinaris hoc scilicet quia tu effugies quoque in iudicium dei. an hoc facis quia contemnis est

et facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An divitias bonitatis eius et pacientie et longanimitatis contempnis? Ignoras quod benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam et cor inpenitens thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera eius.

et est hic increpatio cum ironia. Irascitur enim eis apostolus quia impunitatem sibi promittunt alios iudicantes. Et cum hoc capitulum generaliter agat contra iudeos et gentiles
amb — potest et specialiter accipi contra superstitiosum quemlibet prelatum ecclesie qui per ypocrisis examen fallit intuentium ut cum puniendus sit honore dignus appareat. Similiter et de iudeo
qui simulat quod non est. Et ideo congrue ait iudicas quasi aliorum doctor non te accusas sed
amb — alios in punitatem sperans quia hec potestas data est tibi et non est in mundo ad presens
qui te iudicet sed et si desit ad presens qui te iudicet effugies tamen iudicium dei quod in mundo
evasisti in futuro non poteris. Et quia ille diceret cur ergo non punit dicit apostolus. Quia bo
or. aug — nus deus expectat, quod tu ignoras et contempnis et hoc est tu contempnis divitias bonitatis,
id est copiosam bonitatem eius. Copiosa est bonitas dei que multa tempora peccantibus multa bona
ministrat blandiens ut ad penitentiam attrahat. Et contempnis divitias pacientie, id est
copiosam pacientiam dei que tot et tanta peccantes sustinet nec cito eos punit. Subdit.
Et contempnis divitias longanimitatis, id est copiosam longanimitatem dei que non ad ho
aug — ram est sed longa per multa expectans tempora. Hec nunc exhibet deus quia nondum est tempus iudicii
or — et an hoc facis quasi minimum est. Videtur autem longanimitas que alibi sustentatio dicitur a
pacientia differre quia qui infirmitate magis quam proposito delinquunt sustentari per lon
ganimitatem dicuntur. Qui vero pertinaci mente exultant in delictis suis ferri pacienter dicendi sunt.
aug — Pacientia ergo dei est qua per superbiam et pertinaci mente peccantes non statim punit. Longanimitas est
qua per infirmitatem et non deliberati animi malicia peccantes diu portat expectans ad pe
aug — nitentiam. Hic autem contempnit quia non sic utitur ad penitentiam ut deus intendit sed ad im
aug — punitatem utitur. Quem ut sollicitum faciat atque apertius redarguat addit ignoras quia contemp
nis dei bonitatem et ignoras quoniam benignitas dei adducit te quantum in se est ad penitentiam. Ecce
amb — deum nescis misericordem et an hoc facis quia minimum est. Severe loquitur quia mala mens non
revocatur ad vitam nisi timore. Et attende in his tribus versibus tres peccatorum gradus adnotatos.
Peccas enim o homo dum tibi inpunitatem promittis quod ibi notatur. Existimas autem et cetera.
Item gravius peccas quia contempnis bonum dei unde ibi An divitias et cetera. Et gravissime peccas quia
ignoras te contempnere unde ibi ignoras et cetera. Et an hoc facis increpatio est quasi minimum est. — aug
Sequitur. Secundum duritiam autem tuam et inpenitens cor thesaurizas tibi iram. quasi diceret. Benignitas dei te
adducit ad penitentiam sed tu non adduceris immo thesaurizas tibi iram, id est accumulas tibi vindic
tam et hoc secundum duritiam et cor inpenitens, id est quantum durus es et in malo tuo pertinax de quo
nec corde penites. Sunt enim quidam quibus mala que agunt displicent et ducti penitentia
cordis quatinus eis datur ex eis exire laborant de quibus non loquitur hic. Sunt alii quibus
placent mala et de misericordia dei nimis presumentes et pacientia abutentes in eis pertinaciter perdurant.
aug — In quo illius offendunt pacientiam et suam cumulant sarcinam dum peccando. Et sunt alii
quibus displicent sua mala sed quoniam ea gravia esse intelligunt putant sibi iam non posse ignosci
sicut Caym qui dixit maior est iniquitas mea quam ut veniam merear et hac desperatione subrepit eis ut quecumque
aug — libuerit tamquam dampnationi destinati sine penitentia faciant. Illi ergo deum nimia
aug sup iohem — spe non iustum autumant isti vero desperatione deum non bonum existimant. Ex utroque ergo
periclitabuntur sperando et desperando. Contrariis rebus contrariis affectionibus laborantes
aug de ui. ba. — periberunt. Ista enim duo occidunt animas scilicet desperatio et perversa spes. His duobus fit blasphemia
in spiritum sanctum unde in euangelio dicitur. Qui peccaverit et blasphemiam verbum dixerit in spiritum sanctum non remittetur ei neque hic neque in futuro;
De quo in hoc sensu epistola canonica ait. Est peccatum ad mortem non pro eo dico ut quis oret. Pec
catum ad mortem in spiritum sanctum committitur duobus modis scilicet per obstinationem et desperationem. Obstinatio enim est induratio
in malicie mentis pertinatia per quam fit homo inpenitens et hec inpenitentia est blasphemia in spiritum sanctum. Desperatio est qua quis
penitus diffidit de dei bonitate ut ei umquam dimittat peccata in spiritum sanctum quia spiritus sanctus amor est patris et filii atque benignitas qua tanta
aug de ui. d. — est finis non est. Vere ergo in spiritum sanctum delinquunt qui suam malitiam dei bonitatem excedere putant. Tolle tibi turbulentissimo

iniquitatum mari portum diuine indulgentie quo se recipiant fluctuantes atq; ipsa desperatione addunt peccata
peccatis dicentes ueniam nullam esse et sup peccatores necessaria dampnatio debetur. Qui et pertinacia malo inherent
in spiritum sanctum .i. contra dei bonitatem peccant. que eos pacientissime sustinens. plurimis donat bonis atq; ad correc
tionem et penitentiam undiq; uocat. Vocat enim beneficiis creature. uocat impartiendo tempus uiuendi. uocat per flagella
correctionis uocat per internam consolationis sed obsecra ne longitudine misericordie dei utendo thesaurizes tibi iram. Non tamen sic uideatur
deus misericors ut non uideatur iustus nec ita iustus ut misereri non uelit. Ad hoc enim patitur homines ut conuertantur et non sit quem dampnet.

Solet hic queri quare peccatum in spiritum irremissibile dicatur de quo diuersi uarie sentiunt. Alii enim dicunt ideo dici irremissibile
quia taliter peccantes penitere non possunt. habentes corda indurata uelut lapides. sic de dia
bolo dicitur induratum est cor eius tamquam lapis. Alii uero dicunt ideo dici irremissibile quia taliter peccantes numquam
penitent. cum tamen possint et ideo numquam eis remittitur. Utriq; uero in assertionem sue opinionis auctoritates in medium conferunt.
Augustinus namq; ait. Ista impenitentia et cor impenitens quamdiu quisq; in hac carne uiuit. non potest iudicari. De nullo enim
desperandum est quamdiu pacientia dei ad penitentiam adducit. Paganus hodie iudeus infidelis hodie hereticus est hodie scisma
ticus est hodie quid si cras amplectatur catholicam pacem et sequatur catholicam ueritatem. Quid si isti quos in quocumq;
genere erroris notas et tamquam desperatissimos dampnas antequam finiant istam uitam agunt penitentiam et inueniunt ueram uitam in futuro.
Noli ergo ante tempus quicquam iudicare. Item. Prebendo enim pacientiam deus dat locum penitentie nolens aliquem perire et dignum
morte facere et adhuc dampnare. Sup matheum autem econtra dicitur. Tanta est labes illius peccati ut deprecandi humilita
tem subire non possit. et si peccatum suum mala conscientia agnoscere et enuntiare cogatur. Sup marcum quoque
dicitur quod taliter peccans digne penitere non potest. Aduertentes ergo utriusq; auctoritatum attestationem sine preiudicio
alicuius illarum partium dicimus. ideo irremissibile nobis uideri dici et quia numquam peniteant et quia penitere non tamen obstina
ti et desperati licet quidam uix raroq; atq; difficulter peniteant. Unde augustinus ait sup illum locum psalmi conuertam in profundis maris
eos qui erant desperatissimi. Unde uobis cauete non ait dico ut non quis oret sed non dico ut quis oret. Et quod dicitur
tales non posse penitere et humilitatem precandi subire. intelligendum est non posse nisi uix et difficulter et raro.
Unde augustinus. Quasi inuitus in reos iudicat dominus qui in uita non in morte a principio constituit homines. Ipse enim sibi
infert mortem qui medentis dominum contempsit consilium. Gregorius. Dum tempus est prauitatem suam unusquisq; deserat dei
pacientiam pertimescat ne quem nunc tranquillum despicit iratum postmodum euadere nequaquam possit. Tales apostolus
deterrens ait. Thesaurizas tibi iram .i. accumulas tibi uindictam. Perspicuum est enim iram in deum non cadere
sed clementissimum nostri iudicis ad uindictam prouocari. Iram dico exercendam in die ire et reuelationis iusti iudicii dei. Tempus
iudicii appellat diem ire et reuelationis. Diem uocat non pro tempore sed quia omnia tunc erunt aperta que modo sunt occul
ta. Ire quantum ad peccatores qui tunc punientur. reuelationis. quia tunc reuelabitur quod a nobis modo nescitur.
ut confiteantur et inuiti iustum iudicium dei quod modo futurum negant. Bene dicit iusti iudicii quia ipse est qui
reddet unicuiq; secundum opera sua. Reddet enim deus tunc unicuiq; secundum opera eius qui modo et quos libet non reddit secundum opera.
cum et quoque iniquos modo larga est bonitas. In futuro autem reddet mala pro malis quoniam iustus est et bona pro malis quoniam
bonus est et bona pro bonis quoniam bonus et iustus est. tamen mala pro bonis non reddet quoniam iniustus non est. Reddet ergo
mala pro malis .s. penam pro iniusticia ut in reprobis. et bona pro malis .s. gratiam pro iniusticia ut in paruulis. et bona pro bonis gratiam pro gratia
ut in adultis qui bene operando uitam meruerunt. Sed forte aliquis queret quomodo ad sua opera reddat et iterum retribuat
cum pro temporali opere peccati perpetuo puniat. Ad quod sic respondetur. Ad districti iudicis iusticiam pertinet ut
numquam careant supplicio quorum mens in hac uita numquam uoluit carere peccato et nullus detur iniquo terminus ultionis
qui quamdiu ualuit habere noluit terminum criminis. Postremo queritur utrum mala uoluntas atq; conscientia reproborum in
gehenna punitorum sit peccatum et tantum pena et si peccatum est utrum per illud mereantur penam. Ad quod dicimus post hanc
uitam non esse tempus merendi sed recipiendi. Nullus enim meretur nisi dum in corpore est sicut in consequentibus
expressius locis legitur. Ideo quidam concedunt illam malam uoluntatem que est in reprobis post hanc uitam peccatum quod esse. idest
culpam simul et penam sed per eam nichil mereri sic bona uoluntas in electis bonum est et gloriosa remuneratio sed per eam
nichil merentur. Alii uero dicunt illam malam uoluntatem tantum penam esse et non culpam. Si enim inquiunt culpa est
et puniri non meretur impunita remanet et ita nullum peccatum impunitum relinquit deus cum auctoritas dicat nul
lum malum impunitum et nullum bonum irremuneratum. Ad quod alii respondent illud accipiendum fore de commissis uite
presentis nec tamen illud impunitum concedunt quia mala illa uoluntas non tantum culpa uerum et pena est. Deinde exequitur apostolus quomodo

Aug
Aug
Aug de uerbis domini
Questio
Aug de uerbis domini
Catt inde
Aug contra iulianum
hereticum. Gao
Aug de uerbis domini
Gg
Jer
Amb
Aug ad ualentinum
Gaudentium. Ao
Ao
Gg
Gao
Oppositio

reddat singulis secundum opera sic dicens. His quidem qui sunt boni operis secundum pacientiam

amb. dei. id est qui bene usi pacientia dei operantur bona reddet gloriam quia fulgebunt ut sol in regno patris sui.

Et honorem quod adoptati erunt filii dei erunt. et incorruptionem quia quod habebunt permanebit sine fine. Hoc ideo adiecit ut alia gloria et alter honor ille intelligeretur quam qui in presenti

amb. habetur. In presenti enim honor et gloria frequenter amittitur quia corruptibilis est et quod datur et quod dat et qui accipit. In futuro autem incorruptibilis datur honor et gloria. His qui sunt

amb. secundum pacientiam boni operis querentibus vitam eternam. id est qui in hac intentione bona operati sunt ut habeant vitam eternam non ut videantur ab hominibus sicut ypocrite faciunt.

His autem qui sunt ex contentione. id est qui contendunt inter se ut vos romani facitis. vel qui contendunt cum deo nolentes penitere cum ipse multis modis ad penitentiam vocet.

amb. et qui non acquiescunt veritati cum eis dicitur. credunt autem iniquitati. id est impunitati diffidentes de iudicio futuro. His inquam talibus erit post iudicium ira. id est pena materialis et spiritualis. In ipso die iudicii erit eis indignatio quia sibi ipsis indignabuntur. Et initio autem iudicii post carnis absolutionem erit eis tribulatio et angustia cum anima sola. post iudicium autem erit ira et indignatio. ut dictum est. Vel ita ut duo sequentia sint expositio duorum precedentium. quasi dicat. illis talibus erit ira dei. id est videbitur deus iratus.

amb. in quo tamen omnis tranquillitas et nulla est perturbatio. Nam dei natura ab his passionibus

amb. immunis est. Et ne videatur irasci et non iudicare subdit indignatio. quam addens superiorem iniuriam suam dominum iudicaturum significat. Unde predicta exponens subdit. tribulatio et angustia. et appellatur tribulatio quod prius ira. et angustia quod prius indignatio. Sequitur. In omnem animam hominis operantis malum iudeo primum et greci. Quod superius indistincte dixerat dicendo his qui sunt et cetera. hic universaliter dicit ut includat iudeum et gentilem. quasi hec pena veniet in omnem animam tam iudei quam gentilis operantis malum.

augustinus
amb. In hoc opere non solum facta significat. sed et perfidie professionem. De incredulo enim agit. et ideo in animam dixit ut spiritualem penam intelligas quia anima incredulitate perfidia arcabitur spirituali pena. In omnem animam dico iudei primum. id est maxime quia in scriptam legem habuit. et greci. id est gentilis. Iudeum semper anteponit prerogativa patrum.

amb. ut aut coronetur primus aut damnetur gravius qui credens propter abraham honorificentior est diffidens autem peius tractandus est quia donum promissum patribus refutavit. Gloria autem et honor et pax. Id est quod supra incorruptio erit omni operanti bonum iudeo primum tempore operanti. Vel primum id est maxime operanti bonum quia melius instructus melius operatur et greco. id est gentili. Sequitur. Non est enim personarum et cetera. quasi ideo coequo iudeum et gentilem in pena et gloria enim. id est quia non est acceptio personarum apud deum. id est quia deus iudicat non secundum personas sed secundum merita et utrosque pro modo peccati dampnat.

amb. Non enim prerogativa generis legis ut suscipiat causa patrum diffidentem aut abiciat a se propter indignantem parentum credentem sed unumquemque pro suo merito aut remuneratur aut condempnat. Et vere enim. id est quia quicumque peccaverunt sine lege. scilicet scripta. id est gentiles

amb. peribunt. id est dampnabuntur sine lege. id est non per legis prevaricationem. Nisi de lege scripta diceret quomodo diceret sine lege peccare cum omnes subditi sint legi naturali. sed de lege moysi

aug. dicit cui iudei obnoxii sunt. dicebat enim apostolus hic de illa lege quam deus dedit populo israel per moysen. Ideo ergo eos sine lege dixit. id est gentiles quia non acceperant legem quam se accepisse gloriabantur iudei. Unde ait. Qui enim sine lege peccaverunt. scilicet scripta que per moysen data est. sine lege peribunt. Et quicumque in lege. id est legem scriptam habentes peccaverunt. id est iudei. iudicabuntur per legem.

aug. contra valentinum. id est et per legis prevaricationem in quo aggravat eos. Quibus ergo noverunt divina mandata aufertur ab eis excusatio quam solent habere homines de ignorantia. sed nec ipsi sine pena erunt qui legem dei nesciunt. Et licet gravius sit peccare hominem scientem quam nescientem non tamen ideo est fugiendum ad ignorantiam

His quidem qui secundum pacientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem querentibus vitam eternam. His autem qui ex contentione et qui non adquiescunt veritati credunt autem iniquitati. Ira et indignatio tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum iudei primum et greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum iudeo primum et greco.

Non est enim personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccaverunt per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt observant eiusmodi legem

tenebras ut in eis quisque excusationem requirat. Aliud est enim nescisse aliud scire noluisse.
Ignorantia quippe que non est eorum qui scire nolunt sed qui tamquam simpliciter nesciunt neminem sic ex-
cusat ut sempiterno igne non ardeat sed fortasse ut mitius ardeat si propterea non credit quia non
audivit quod crederet. Itaque inexcusabilis est omnis peccator vel reatu originis vel addita-
mento proprie voluntatis, sive qui novit sive qui non novit, sive qui iudicat sive qui non iudicat,
quia et ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt peccatum est, in eis vero qui non potuerunt pena peccati.
Ergo in utrisque iam non est excusatio sed iusta debetur dampnatio. Unde ait de utrisque: Quicumque sine lege pec-
caverunt peribunt, et qui in lege pec. iu. Quod autem ait iudicabuntur non ita est intelligendum ut qui per ignem sal-
vi fiant ut quidam dicunt sed prorsus peribunt. Nonnulli enim catholici tractatores in his apostoli
verbis parum attendendo aliter quam se res habet sapuerunt ut dicerent illos perire qui sine lege pec-
caverunt, hos autem qui in lege peccaverunt iudicari tantum non perire, tamquam per penas purgatorias ignis credant
esse purgandi sicut ille de quo dictum est: Ille autem salvus erit sic tamen quasi per ignem. Sed hoc in eo fun-
damenti bene intelligitur de quo ibi ait apostolus. Hoc autem de iudeis ait apostolus qui sine fundamento Christo sunt.
Quis autem christianus dicat non perire iudeum si non credat in Christum sed tantum iudicari, cum ipse dicat ipse quod
tolerabilius erit Sodome in iudicio quam iudeis in Christum non credentibus qui tanta in eis mirabi-
lia fecit. Et iterum dicit quod excusationem non habent de peccato suo infidelitatis quia venit et locutus est eis;
De quo habent excusationem illi quibus nec per se nec per suos locutus est, qui tamen non effugient
dampnationem quia qui sine le. pec. s. l. p. leviora tamen passuri. Cui enim plus committitur plus ab
eo exigitur. Et servus sciens voluntatem domini et non faciens secundum eam multis vapulabit. Non
enim. Id est quasi aliquis diceret: Dicis eos qui in lege peccaverunt per legem iudicari sed tamen
lex sola salvat. Ait: Non, quia non facit iustos, et hoc est vere in lege habentes iudicabuntur.
Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, etsi apud homines, id est non per auditum legis solo
aliqui iusti sunt apud deum sed factores legis, id est illi qui legem opere implent, scilicet qui credunt in Christum
quem lex promisit, quicumque sint, quod quidem est per gratiam, iustificabuntur, id est iusti habebuntur,
iusti deputabuntur apud deum et homines. Vel ita factores le. iu., id est iustificentur ad hoc ut sint factores.
Non enim ita est intelligendum ut dicat eos qui ante erant factores legis postea iustificari
sed potius sicut sciamus aliter non esse factores legis nisi iustificentur, ut non iustificatio
factoribus accedat sed ut factoribus iustificatio precedat, ut si diceretur homines creabuntur
non posset intelligi eos creari qui ante erant homines sed ipsa creatione fieri ut sint homines.
Sic ergo intelligendum est hic: fac. le. iu., id est gratia iustificat eos ut adimpleant legem, quod non faciunt
ut iustificentur sed iustificantur ut faciant. In aliis tamen quibusdam aliter invenitur ut cum dicitur
facientes bonum honorabuntur, id est homines liberabuntur. Intelligitur ergo honor accedere
iam bonis et liberatio illis qui iam erant homines. Sed non ita hic accipiendum est sed potius sic
supradictum est. Sequitur: Cum enim gentes que legem non habent na. ea que le. sunt
faciunt eiusmodi le. non ha. ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Videbatur superius gentilem
dampnari si male operaretur et salvari si bene operaretur, sed cum legem non habeat qui nesciat
quid sit bonum quidve malum, videretur sibi neutrum debere imputari. Contra quod
apostolus ait: Et si non habeat scriptam legem habet tamen naturalem qua intelligit et sibi conscius
est quid sit bonum et quid sit malum. Lex enim naturalis est iniuriam nemini inferre, nichil
alienum rapere, a fraude et periurio abstinere, alieno coniugio non insidiari, et cetera talia.
Et ut breviter dicatur nolle alius facere quod tibi non vis fieri. Quod evangelice concordat
doctrine. Augustinus: Non videtur alios hic significasse sub nomine gentium quam eos qui
ad evangelium pertinent. Nec moveat quod naturaliter dixit que legis sunt facere, non spiritu
dei, non fide, non gratia. Hoc enim agit spiritus gratie ut imaginem dei in qua naturaliter
facti sumus instauret in nobis. Vitium quippe contra naturam est quod utique sanat
gratia. Non ergo usque adeo in anima humana imago dei terrenorum affectuum labe

De ignorantia peccantium.

Ag.

Ag. in psalmo cxxvii.

Amb.

Ag. de spiritu et littera

Ag.

Rem.

Ylarius

Ag.

Ag. de spiritu et littera

Ag. in eod.

delecta est ut nulla in ea liniamenta remanserit non solo deletum est quod ibi per imaginem dei cum crearetur impressum est. Animo vicio sanato per gratiam naturaliter fiunt ea que legis sunt non quod per naturam nomen ut dictum est negata sit gratia sed potius per gratiam reparata natura qua gratia in interiori homine renovato lex iusticie scribitur quam
au. deleverat culpa. Hoc enim illic scribitur per renovationem quod deletum erat per vetustatem. Id est talis si legem scriptam moysi non habeat credendus est bene vel male operari et merito saluari vel dampnari. Bene operari dico et saluari quod tamen non est nisi per gratiam et fide que renovat naturalem imaginem dei in homine sopitam sed qua renovatio est male operatur quis et dampnatur accusante eum conscientia quasi dicat. Vere factores iustificabuntur quia et gentes et hoc est. Cum enim gentes que legem scriptam moysi non habent naturaliter faciunt ea que legis sunt.
aug. id est naturali ratione illuminata per gratiam discernunt facienda vitanda quod facit
amb. lex. Ut faciunt ea que legis sunt. scilicet credere in deum et in christum quamvis eiusmodi legem non habent. id est scriptam ipsi sibi sunt lex. id est valent sibi legem. qui ostendunt iudicio suo opum
amb. opus legis scriptum in cordibus suis. id est firmiter fixum rationi eorum. dum illa operalaudant que lex iubet illa dampnant que lex prohibet. Vel opus legis est fides quam illi habent in cordibus suis. id est intimo affectu ubi fides per dilectionem operatur. quia ex eo cum quis exhibet deo naturali iudicio ostendit semetipsum legem sibi esse quia quod mandat lex facit. ut credat in christum. Sequitur testimonium reddente illis conscientia ipsorum inter se in vicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium. quasi dicat. Opus legis habent scriptum in cordibus unde ipsi testes erunt sibi. in futuro boni vel mali. id est scientes merito dampnari vel saluari et hoc est naturaliter faciunt ea que legis sunt.
amb. Conscientia ipsorum reddet testimonium salutis vel dampnationis et si aliis non videatur et non solum conscientia operum sed etiam conscientia cogitationum malarum et bonarum. id est cogitationum in vicem accusantium eos. et dicitur hoc de non credentibus. aut etiam defendentium. hoc dicitur de credentibus. Non credentes enim accusabunt cogitationes male. credentes vero defendent bone. et hoc inter se quia ille eos accusabunt iste hos defendent. Et sunt hic genitivi pro ablativis more grecorum qui ablativis carent. Unde in libris
amb. aug. quorundam pro ablativos scriptum reperitur sic. Et inter se cogitationibus in vicem accusantibus aut etiam defendentibus. Reddet autem testimonium conscientia in die iudicii futuri cum iudicabit deus occulta hominum. id est ea que modo occulta sunt. iudicabit dico
aug. attende per ihesum christum quod totum est certum. secundum evangelium meum. Sciendum autem quod in illa die cogitationes accusabunt animam vel defendent non utique ille cogitationes que tunc erunt sed iste que nunc sunt in nobis quarum nota quedam et signa relinquentur in corde nostro. velut in cera que nunc in occulto nunc pectoris posita in illa die revelari dicuntur per per ihesum christum. quia pater neminem iudicat sed omne iudicium dedit filio et hoc secundum evangelium pauli. quod paulus annuntiat. Sequitur. Si autem tu iudeus cognominaris. etc. Ut tu autem iudeus cognominaris. Alia litera hic iudeos spiritualiter aggreditur quasi accusans eos de peccatis eo quod plura haberent auxilia quasi dicat. Gentilis habet tantum
amb. naturalem legem. tu autem iudee plura habes quia cognominaris iudeus a iuda pa
au. triarcha quasi ex cognatione hoc nomen tribuentur. Et requiescis in lege. Non vagaris erroribus certus quid debeas observare. sicut vagantur illi qui sunt sine lege. et gloriaris in deo. id est de cognitione dei et nosti voluntatem eius. de redemptione
amb. humani generis quam tibi per prophetas nuntiavit. et probas utiliora. id est de utilibus utiliora scis eligere. quia es instructus per legem et confidis te ipsum ducem esse cecorum. id est non intelligentium. Et confidis te esse lumen eorum qui in tenebris sunt. id est confidis quod tu illuminare potes eos qui in tenebris sunt. Cecos in tenebris existentes dicit gentiles

non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum et inter se in vicem cogitationum et accusantium aut et defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per ihesum christum dominum nostrum. Si autem tu iudeus cognominaris et requiescis

in lege et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem confidis teipsum ducem esse cecorum lumen eorum qui in tenebris sunt eruditorem insipientium magistrum infantium habentem formam scientie et veritatis in lege. Qui ergo alium doces teipsum non doces. Qui predicas

quia ratione privati ceci sunt et si quid sciunt tamen in tenebris sunt. Et confidis te esse eruditorem insipientium vel iudeorum nondum perfectorum vel magistrum infantium vel iudeorum qui et de lege adhuc discere nesciunt. Et confidis te esse habentem formam vel perfectionem scientie in lege. Et non tantum scientie sed et veritatis ut aliis exemplum scientie legis sis et veritatis. Non sine causa utrumque posuit scilicet scientie et veritatis. Quidam enim dicunt sciam vel intellectum alicuius verbi habet et ita sentiunt sicut auctor ipse sensit non tamen habent inde veritatem quia nesciunt quomodo sit verum vel non est esse verum sed iudeus iactat se habere sensum legis et scire verum esse illum sensum legis ita ut aliis habere volentibus sit exemplar. Et cum omnia habeas o iudee. qui ergo alium doces cur teipsum non doces. Vel si supra in littera est. sed hic legeris ita quasi dicat vel illa habes vel sed ista omnia habes. qui ergo alium d. c. t. n. d. Et qui predicas non furandum sicut lex dicit cur furaris sensum scilicet de Christo in lege. Et qui dicis non esse mechandum mecharis vel veritatem Christi de lege tollis et mendacium ponis cur hoc facis. Et qui abhominaris ydola sacrilegium facis cultum dei dando ydolis quod sepe fecerunt iudei. Vel sacrilegium facis Christum negando o cur hoc facis. Et tu qui in lege gloriaris per prevaricationem legis quia sensum legis qui est de incarnatione et nativitate divinitate Christi pervertis deum inhonoras vel quasi causa es quare alii inhonorent. Et vere nomen enim dei hodie blasphematur per vos inter gentes dum testimonium quod pater dedit filio suo non recipitis in quo patri detrahitur quia in Christo pater blasphematur sicut ipse ait qui me recipit non me solum recipit sed eum qui me misit. Et ideo inter gentes blasphematur nomen dei per iudeos quia credentibus gentibus iudei sua dicta inntebantur Christum non esse dicendum deum. Et nota quia verbis ezechielis prophete utitur apostolus sed sensus quia ezechiel ad iudeos sui temporis hoc dicebat. nomen dei blasphematur per vos inter gentes. Quia olim gentes non animadvertebant iudeos sibi traditos pro noxiis suis sed ydolis suis dabant gloriam de victoria quasi deum iudeorum vicissent in iudeis. Et quod aliunde hec verba sumpserit apostolus sicut ostendit dicens. scriptum est. in ezechiele de contemporaneis suis. Sequitur. Circumcisio et cetera. Ostendit supra legem non iuvare eos ad optinendam iusticiam vite. modo ostendit circumcisionem non iuvare quasi dicat. Et cum iudei sint tales o iudee. circumcisio quidem prodest vel qua es degener abraham. si tamen legem observes vel spiritualiter custodias ut credas quem lex premisit ut deponas omnia turpia ut cor circumcidas. Est etiam quasi ad vitam spiritualiter et alia sacramenta legis intelligenti quia obediendo deo fiat ei signum veritatis ut pie gaudeat vel spiritualis suavitatis ulterioris contemplans in Christum credat. Prodest et iudeo ipso littera legis sectanti deum sub timore dei custodienti. Queritur autem quomodo predicat circumcisionem prodesse cum in sequentibus dicat. si circumcidamini Christus nichil vobis proderit. Ad quod respondemus hoc dici secundum statum diversorum temporum. Nam secundum statum veteris legis olim profuit circumcisio sed non profuit ad salutem sine spiritualis legis observantia ubi vivificat. tempore autem gratie postquam exhibita est veritas non modo non prodest sed et obest. Unde in sequenti dicit si circumcidamini et cetera. Sequitur. Origenes
Ambrosius
Ambrosius
Ambrosius
Ambrosius
Ambrosius
Ambrosius
Augustinus
Ambrosius

non furandum furaris. Qui doces non mechandum mecharis. Qui abhominaris ydola sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris per prevaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes sic scriptum est. Circumcisio quidem prodest

Si autem quasi si tunc prodest circumcisio si legem observes. Si autem prevaricator legis es vel si non imples quod circumcisio exigit scilicet ut

si legem obserues. Si autem
preuaricator legis sis, cir-
cumcisio tua preputium
facta est. Si igitur preputium
iusticias legis custodiat,
nonne preputium illius in
circumcisionem reputa-
bitur? Et iudicabit quod
ex natura est preputium
legem consummans te qui per
literam et circumcisionem pre-
putium preuaricator legis es.
Non enim qui in mani-
festo iudeus est, neque que in
manifesto et in carne est
circumcisio, sed qui in abscondi-
to iudeus est, et circumcisio
cordis in spiritu non litera,
cuius laus non ex hominibus
sed ex deo est. Quid ergo ampli-
us iudeo aut que utilitas
circumcisionis? Multum
per omnem modum.

contradicas in christum circumcisio tua carnalis facta est preputium, id est non plus
ualet quam preputium. Deinde a contrariis instruens subdit: Si igitur et cetera,
quasi dicat: Et quia circumcisio tua o iudee fit preputium si legem preuaricaris, ergo et preputium,
id est gentilis quilibet, si custodiat iusticias legis, id est mandatum per quod homo
Amb — iustificatur, scilicet fidem christi, quem lex ad iustificationem uenturam cecinit,
quam ipsa dare non potuit, nonne preputium illius reputabitur in circumcisionem,
ut sit filius Abrahe qui est pater fidei? quasi nemo potest negare hoc.
Ambro. Amb — Et preputium, id est gentilis, consummans, id est perficiens legem quod est ex natura,
id est naturaliter perficiens legem credendo in christum in lege promissum, nonne
iudicabit te o iudee qui quamuis doctus sis per literam, id est per scriptam legem
et circumcisionem, que est signum depositionis uiciorum, tamen preuaricator
Amo — legis es, id est nonne comparatione sui te dampnabilem ostendet, qui non per naturam
neque per legem neque per circumcisionem nouisti quod ille nouit per naturam,
Orig — id est christum. Quasi dampnabit utique, ita patet quod lex non iuuat. Vi-
detur quod in presenti loco preputium dicit gentes que in preputio carnis ad
fidem peruenerunt, quas legem per spiritualem seruantes comparat iudeis
et prefert, qui per literam et circumcisionem carnis preuaricatores sunt legis,
quos iudicando salubriter dicit. Sequitur: Non enim et cetera, quasi dicat: Bene dixi quod si
iudeus gentilis et gentilis iudeus sicut dictum est. Non enim uere
iudeus est qui in manifesto tantum iudeus est, scilicet nomine et natione,
qui labiis confitetur, corde est remotus. Iudeus enim interpretatur confitens.
Qui enim uere credit et recte confitetur, uere iudeus est. Neque illa
est uera circumcisio que in manifesto est, scilicet que manufacta est in
carne in abolitione cutis, sed ille est uere iudeus qui est iudeus in
abscondito cordis, id est qui est uere confitens. Et illa est uera circumci-
sio que est circumcisio, id est mundatio cordis, ipsa dico facta in spiritu, id est
per spiritum sanctum, non litera, id est non lapideis cultris ut litera legis in figura
docebat. Cuius circumcisionis laus, id est quam circumcisionem uere laudabit,
Orig — non ex hominibus est sed ex deo, id est ex gratia dei. Circumcisio enim cordis
Aug — est que purificat animam uiciorum maculas abscidit. Vel aliter: talis
Aug de spiritu et litera — circumcisio non ex hominibus est sed ex deo, quia illicita concupiscentia
amputatur, quod non fit litera docente et minante, sed spiritu adiuuante
Aug in expositionibus — et subsequente. Vel ita: Cuius laus, scilicet illius qui in occulto est iudeus
in epistola ad Rom. Ambro — et circumcisus, non est ex hominibus iudeis qui terrena sapuit, ut in
Aug — carne glorantur, sed ex deo est. Laudat enim deus credentem non carne
Amb — circumcisum. Iudeorum laus ex hominibus est qui si faciunt quod
lex iubet, sine spiritu faciunt timore pene, non amore iusticie, qui sunt in
carne iudei in corde pagani. Ita non est coram deo quod apparet
coram homine. Quicumque in spiritu gloriatur, huius laus a deo est. Spiritui enim
Amb III — credit per quod placet deo, et ille uere beatus est qui in conspectu dei
iustus est. Sequitur: Quid ergo amplius est iudeo aut que utilitas circumcisionis?
Multum per omnem modum. Huc usque demonstrauit apostolus quod non est apud
deum acceptio personarum et eo usque uenit ut diceret quod iudeus carnalis fit
gentilis et gentilis spiritualis fit uere iudeus. Vnde quasi iudeus obiciat quod uidetur sibi posse obici ut soluat, scilicet que dignitas sit iudeo.
secundum priorem statum maior quam gentili, quasi dicat: Quando iudeus fit gentilis
et econuerso, ergo quid amplius secundum priorem statum est iudeo de lege et de

Primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt?

legalibus observantiis qui dicitur populus peculiaris dei quam gentalis qui dicitur carnis immundus. Aut que est utilitas circumcisionis. id est quid consecutus est de circumcisione. Ad hoc respondet.

Valuit quidem olim sed non ideo digniores sunt in fide. Et hoc est quod ait: multum plus est iudeo secundum priorem statum quam gentili. ideo per omnem modum. Omnis modus est vel in administratione temporalium vel in reseratione spiritualium in quo utroque multa iudeis deus fecit que non gentibus. ita secundum priorem statum digniores fuerunt. Sequitur.

Primum quidem. Pretermittens apostolus de minoribus id est de temporalibus exemplum ponit de precipuis id est de spiritualibus scilicet de eloquiis dei. quasi diceret ut alia minora de temporalibus pretermittam hoc primum id est precipuum quod pono scilicet de eloquiis quod factum est iudeis. scilicet quia eloquia dei id est lex et prophete sunt credita illis ut amicis per que intelligerent de futura redemptione que promissa erat per Christum. Quamquam enim multa singula referet apostolus que ad honorificentiam pertineant seminis Abrahe hoc solum tantum apostolus memorat quod maxime laudis eorum est ut legem per quam addiscerent rectum a pravo distinguere digni iudicarentur accipere. et ideo plus est iudeis secundum statum priorem quam gentibus. Sed dicet non ideo plus factum est eis quia non crediderunt eloquiis ut Christum promissum redemptorem reciperent quidam eorum. Ad quod respondet dicens. Quid enim. quasi id est si non crediderunt quidam non ideo tantum minus profuit credentibus. Quid enim obfuit credentibus si quidam illorum non crediderunt. Non ideo minus factum est credentibus. Nam et si quidam non crediderunt non ideo fides evacuata est et hoc est. Numquid incredulitas illorum evacuavit id est inexpletam fecit fidem dei. Absit quod evacuata sit.

Numquid incredulitas illorum fidem dei evacuavit? Absit.

Fidem dei dicit vel quod quidam iudeorum crediderunt deo vel exhibitionem eius boni quod homini promiserat. Quorundam autem infidelitas non effecit ut quidam ad fidem non accederent vel ut deus promissionem suam credentibus non impleret. id est non effecit quin aliqui iudeorum sint fideles deo credendo in Christum vel deus non sit fidelis in promissis illis qui credunt. Non enim quia aliqui credere noluerunt ideo prejudicabitur ceteris iudeis ne digni iudicantur accipere quod promisit deus fidelibus quippe cum sic facta sit promissio ut credentibus proficeret. Ut autem firmaret apostolus quod supra dixit scilicet quia deus in promissione sua fidelis est subdit. Est autem deus verax etc. Quasi incredulitas illorum non evacuavit fidem sed potius deus verax id est implens promissa. omnis autem homo mendax. ex se et iudeus ita dignus est promissione. hoc ideo dicit ne dignior videatur iudeus in novo statu quam gentilis. Hanc prophete auctoritate monstrat. deum esse veracem quod pertinet ad superiorem confirmationem et hominem esse mendacem quod pertinet ad hominis indignitatem. Hoc autem scilicet omnis homo mendax addit apostolus ut appareat promissionem dei factam esse et completam non propter aliqua hominis dignitatem sed propter misericordiam dei ut gratia detur indignis et commendabilior sit gratia dei. Deus autem dicitur verax id est invariabilis tam in essentia quam in promissione. homo mendax dicitur id est nec habens verum esse nature in qua conditur et per peccata diffluens. Hominis est enim fallere quem temporalia nature imbecillitas faciunt esse mutabilem. Natura enim que fallitur non absurde dicitur mendax deus autem apud quem nichil futurum immutabilis perseverat. Vel omnis homo est mendax scilicet qui non credit quod promisit deus qui negat deum implesse promissa. Hoc facit maxime iudeus qui diffidens de promissis dei mendax est et deum mendacem pronuntiat quando promissis eius non credit que uidet deus credat promissa. Et est sensus utriusque sententie talis. Omnis homo contradicens promissionibus dei mendax est. Vel omnis homo in quantum a se ipso est mendax est id est labilis in essentia et per peccata diffluens. Quod autem deus verax sit prophetico exemplo confirmat subdens.

Sicut scriptum est quasi diceret deus est verax sicut scriptum est in David. Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. quasi diceret David ego peccavi et malum feci in adulterio in homicidio ut tu o deus mittendo filium de stirpe mea sicut promisisti iustificeris in sermonibus qui sunt de promissione filii id est iustus esse ex sola iustitia non ex meis meritis complesse cum promisisti. Vincas implendo promissa cum iudicaris a pravis non debere implere promissa propter mea peccata id est non mittere filium de stirpe mea. David enim postquam factus est adulter et homicida uxorem Urie accipiendo et illum gladio filiorum Ammon occidendo dicebant multi vacua efficeretur promissio dei que facta est David. scilicet quod ex semine eius Christus nasciturus sit quia non nasceretur de homicida et adultero sed falsus erit quod deus pollicetur.

Sicut scriptum est: Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris.

Amb

Aug

Aug

Amb

Amb

Amb

Amb

Amb

Amb

Aug

Amb

Aug

Aug

Aug

Aug

Amb asserebat. Deus autem verax est quia misit apostolum de semine David sicut promisit. et sic vincit cum iudicatur. Qui dat
quod daturus negatur. Cumque dat quod iudicatur non daturus vincit ostendens se veracem illum autem mendacem qui non
credit verbis eius. id est hic. ut. consecutivum non affectivum vel causativum. vel ita ut sit ut causativum et respi-
cit ad illud quod David premiserat a peccato meo munda me. q.d. Vos munda. ut iustificeris. id est iustus id est verax comproberis in sermonibus tuis.
Aimo qui sunt de venia ingemiscentis. Dixisti enim. Quacumque hora peccator ingemuerit omnium iniquitatum eius non recordabor
Aimo amplius. Et vincas indulgentiam peccati mei dando, cum iudicaris. ab hominibus non veniam non dare. Dicebant enim quidam
David adeo graviter deliquisse quod peccator veniam non posset habere quos deus mendaces ostendit et se veracem exhibuit qui ei
Orig Amb eum indulsit. Vel ita respicit ad illud quod dixerat tibi soli peccavi. q.d. Tibi tantum dico me peccasse quem vides quod
homines non vident qui tu adeo iustus es ut dum ego et omnes peccamus tu solus iustificeris. id est iustus appareas. et in
Aug omnibus sermonibus tuis. vel in omnibus promissis tuis et vincas. id est superes omnes iusticia cum iudicaris. id est cum aliis iudicio compa-
raris. Tante enim misericordie est deus. ut velit se cum homine comparari. Unde per ysayam ait. Iudicate inter me et vineam meam.
Orig Superat enim deus in iudicio homini comparatus. Invenitur enim dedisse homini omnes affectus omnesque actus motus quibus ad virtutem
uti possit per gratiam. Insuper et rationis inseruit quo agnosceret quid deberet agere et cavere. His autem acceptis homo
neglexit iter virtutis incedere cui ex deo nichil defuit. Ipse vero invenitur defuisse his que adeo data sunt, merito ergo dicitur talem
Orig in iudicio deus vincere iustificare in verbis suis. Vel ita. Tibi soli peccavi quia adeo iustus es ut iustificeris. id est verax probaris
Aug in omnibus sermonibus tuis. Solus enim inter homines per omnia verum dicere potuit homo deus. Et adeo iustus es. ut
Aug vincas. id est superes omnes homines in iusticia cum iudicaris vel quando quasi iniuste iudicaris a iudeis. Iustus enim iudex a pec-
catoribus iudicatus est iniuste. et in eo tamen. id est in iusticia vicit omnes homines. Huic itaque nullum peccatum habenti
dicit David tibi soli peccavi quia adeo iustus es ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Tu es enim qui superas
Aug omnes iudices in iusticia qui solus iuste iudicans iniuste iudicaris. Vel aliis non mutatis illud ita predicitur
vincas cum iudicaris. q.d. talis es ut iustificeris in sermonibus tuis ut vincas cum iudicaris. id est quando iudicaris a pylato
Aug et a iudeis. Vicit enim homo deus quando iudicatus est quia propter illam humilitatem dedit ei nomen quod est super omne nomen.
Hic tamen sensus non pertinet ad superius argumentum. id est ad suum propositi demonstrationem. scilicet ad probandum quod deus sit verax
Amb sed est additum ex habundanti. Sequitur. Si autem iniquitas nostra. Ostenditur
hic sensus quod ex verbis David prophete quibus ipse dixit peccavi ut iustificeris. iniuste trahebatur a
Aimo carnalibus causam divine iustificationis nostra peccata fore intelligentibus. Erant enim quidam
qui dicebant deum velle nos peccare. ideo ut comparatione nostri iustus appareret et
dum peccatum nobis dimitteret quod misericors sit patefaceret. Dicebant etiam eum
velle nos mentiri. ut ipse solus verax inveniretur quod si ita esset iniuste ab illo
Aimo Amb dampnaremur. Contra illos tales loquitur hic apostolus quia non est hic sensus in verbis
prophete sed malivolorum hominum prava interpretatione extorquetur asserentium quod
peccata hominum mali actus dei iustificationem perficiant et per mala nostra iustus appareat.
et iniusticia nostra iustum illum ostendat. Dixit enim supra quod verax est deus et omnis homo
mendax et quod indignis dat bona in quo apparet commendabilior eius gratia et iusticia. Unde
carnalis dicens deum uti malis quasi instrumento ad gloriam suam eo rem deducit ut
Amb dicat iniquum deum qui peccata punit que sibi prosunt. Si enim iniusticia nostra
eum perficit sine dubio iniquus est si dampnat peccantem. Quod removet hic apostolus dicens.
S i autem. q.d. Deus est verax et omnis homo est mendax cui indigno deus dat bona in quo
apparet commendabilior eius gratia et iusticia. Si autem hoc est. et ita iniquitas nostra com-
Aimo mendat iusticiam dei. id est laudabilem facit iusticiam et veritatem dei quid dicemus. vel ex
Aimo hoc quid sequi videtur quod iniquus est deus qui propter peccata infert iram. id est vindictam
Fulgentius et condempnationem. Iram namque hoc loco apostolus pro condempnatione posuit quia
Aimo illius rei deus ultor est cuius auctor non est. id est iniquitatis quam quia deus punit non facit. Et est sensus. Si nostra
iniquitas deum laudabilem facit quanto amplius peccamus tanto ei placet; et quod stultissimi dicunt et eo
amplius iusticia eius et veritas esse et apparet. iniquus est deus. inferendo vindictam pro malis que vult ut
faciamus. Si enim vult ut peccemus ut quidam stultorum dicunt ergo qui dampnat hominem peccatorem iniquus est;

**Si autem iniqui-
tas nostra ius-
ticiam dei com-
mendat quid
dicemus? Num-
quid iniquus
est deus qui infert
iram? Secundum
hominem dico. Absit;**

S; nunquid deus iniquus est qui infert iram. Videtur utique hoc a quibusdam s; absit. ut sit iniquus deus i. quod nostra iniquitas illum commendet. Si enim commendaret illum ipse non vindicaret quia iustus est. Et quia hoc verum non est quod deus sit iniquus & quod nostra iniquitas deum commendet addit apostolus. Secundum hominem dico. i. secundum intelligentiam carnalis hominis quasi hoc quod carnalium est quod constat i. errare & falli & fallere. Nam deus immutabilis perseverat nec potest non amare que fecit. non enim vult nos peccare & quia iustus est. ideo infert iram peccanti. Cum ergo peccatorum iusta pena redditur non est iniquitas s; iusticia apud deum. Quomodo enim ex hoc iste videbitur deus quasi adversari iusticie. Inducit enim iram hominibus pro eo quod in semetipsis locum iusticie dederunt. Non ergo iniustus videbitur deus quia ipsa iusticia cum irascitur adversus iniusticiam cum eum non decet esse propicium s; puenit irati in homines qui se iniusticie cui deus irascitur prebuerunt. Non est ergo deus iniquus.

Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum. Si enim in mendacio meo veritas dei habundavit in gloriam ipsius quid adhuc & ego tamquam peccator iudicor. Et non sicut blasphemamur & sicut aiunt nos quidam dicere. faciamus mala ut veniant bona quorum dampnatio iusta est;

Alioquin. i. nisi hoc est q. non iniquus est deus quomodo iudicabit deus hunc mundum quasi non potest esse iste iudex quomodo enim iudicabit si iniquus est. quasi male bonis s. dans mala & malis bona. Sequitur. Si enim veritas dei &c. Interiecta remotione iniquitatis dei. i. interposita demonstratione qua ostenditur quod deus non est iniquus. Unde apparet verba prophete non eo quo dictum est sensu accipienda redit apostolus ad probationem carnalis intendens probare quod si deus punit malos iniquus est. q. d. Vere si iniquitas nostra iusticiam dei commendat iniquus est deus qui punit enim i. quia si in meo mendacio. i. per meum peccatum. veritas. i. iusticia dei habundavit i. crevit in gloriam ipsius. i. si ex peccato meo gloriosior est. quid adhuc a. cur etiam nunc non solum in futuro iudicor ego tamquam peccator quod non sum. Manifestum est non quia si ad gloriam dei proficit mendacium hominum ut ille solus verus appareat. peccatores non sunt dicendi qui peccant quia non voluntate s; impulsi esse videbuntur peccare quod absit. Et accipitur hic veritas quod supra iusticia & mendacium quod supra iniquitas & est sensus. Si deus meo mendacio. i. peccato verior apparet. quare me iudicat tamquam peccatorem i. in presenti non modo in futuro. Vel quid iudicor tamquam peccator i. adhuc. i. post conversionem postquam dedit bona indigno. unde gloriosus apparet. Ante conversionem enim cum male meterer ex meis non erat gloriosior i. est suis. Ac si diceret. Quod ante remissionem videri poterat post videri non debet. s. quod ego peccator iudicandus sim quia nunc certum est quod dimittendi veritas non habundasset in gloriam nisi peccassem. Sequitur. Et non sicut. Item aliud falsum infert apostolus ex eo quod dixerat. s. si veritas dei ex meo mendacio habundavit in gloriam. q. d. Et si istud est. s. quod veritas dei in peccato habundet in gloriam eius. s. non faciamus nos mala ut veniant bona. i. ut crescat gloria dei iusticia. Sicut blasphemamur nos apostoli. & sicut aiunt quidam nos dicere. i. sicut imponitur nobis apostolis blasphemando a quibusdam hoc sentire & dixisse & predicare quod est blasphemia. quod imponitur nobis dixisse; hoc. s. faciamus mala ut veniant bona. Quidam enim perversi homines non intelligentes ad reprehendendum proclives cum audirent a paulo & ab aliis apostolis predicari ubi habundavit delictum superhabundavit gratia. dixerunt apostolos predicare faciamus mala ut veniant bona i. dicebant. Quanto amplius maiora mala commiserimus tanto maiora bona percipiemus i. maiorem gratiam quia deus vult ut peccemus ut habeat quod dimittat & ipse misericors appareat. Vel ita potest continuari hec littera cum precedentibus. s. si enim. ut prius iungatur cum precedenti littera quomodo autem. q. d. quomodo iudicabit deus hunc mundum si est iniquus. quasi non recte quod in parte ostendit quia nec modo iuste iudicaret me quasi peccatorem quod ego non sum. Et vere non. sicut quidam &c. Sententia verborum non mutatur a prima expositione. Sequitur. Quorum dampnatio &c. qui quidam ita imponunt nobis quorum talium dampnatio iusta est. & ideo non est credendum eis;

Amb. Aug. Amb.
Amb. Aug. Amb.
Aug.
Amb. Nota
Amb. Aug. de natura boni. Orig.
In trade.
Amb.
Aug.
Aug. Aug.
Aug.
Aug.

or̃ Sequitur. Quid ergo. Apostolus velut arbiter quidam medius inter eos
qui ex circumcisione crediderant et eos qui ex gentibus venerant tam
amb iudeos quam grecos reos esse supra ostendit ubi scilicet demonstravit perso-
narum acceptionem apud deum non esse. ubi etiam quesivit quod querendum
esse putavit. scilicet quid amplius sit iudeo quam greco secundum priorem statum et respon-
dit multum et in quo maxime demonstravit. modo querit utrum
in hoc statu gratie plus sit iudeo quam gentili et respondet non. immo pares
sunt in hac gratia evangelii. quasi dicat. quia plus fecit deus iudeo in priori statu.
et quod bona eis implevit non est aliquo eorum merito. Quid ergo. di-
ambro cemus. Precellimus eos. scilicet gentiles in hac gratia. Nequaquam. quia non est
personarum acceptio apud deum sed in omni gente qui timet deum acceptus est illi.
Vere non sumus nos iudei digniores gentibus in hac gratia. Causa-
ti enim sumus. id est rationibus ostendimus superius. omnes. scilicet iudeos
ambro et grecos sub peccato esse. ante hanc gratiam quia iudei prevaricando
legem naturalem et scriptam et gentiles naturalem inventi sunt
peccatores sicut supra ostensum est. et ideo nullus precellit alterum in
aug statu gratie. Hic ubi apostolus dirimit contentionem utrimque conponit.
aug que inter gentiles et iudeos orta erat cum illi tamquam ex meritis
operum legis redditum sibi evangelium premium arbitrarentur. illi contra
aug iudeis se preferre gestiebant tamquam interfectoribus domini. Deinde prophe-
ticum testimonium subdit quo ostendit iudeos reos de quibus
aug minus videbatur quia sub lege dei vivere videbantur. dicens. sicut scriptum est
quia omnes sunt sub peccato sicut scriptum est. de iudeis de quibus minus
videbatur. quia non est iustus quisquam. scilicet qui non venit ad christum. Iohannes ita
quia non est intelligens. id est quia non intelligit christum esse deum. Et quod non
non intelligit ex culpa sua est. quia non est requirens deum. id est quia
non requirit deum. Ex operibus enim poterant querere et invenire
quod ipse erat deus. Non requirit dico sed potius declinat ab eo.
amb et hoc est. Omnes declinaverunt. Neminem enim dubium quia omnes
non querentes deum declinant ab eo et inclinantur ad malum et
simul. scilicet cum ipsa declinatione inutiles facti sunt quia et alios decli-
nare fecerunt. Adeo declinaverunt quia non est aliquis de illis
aug qui faciat bonum non est utique usque ad unum. id est nec etiam unus. Vel non est qui faciat bonum non est usque ad unum.
scilicet preter unum christum quia nullus nisi ipse bonum facit. Ipse enim tantum facit
bonum in se et in suis. Sepulchrum. quasi dicat. ita declinaverunt ut diximus
et ita alii fuerunt inutiles quod guttur eorum est sepulchrum patens.
id est fetor verborum et opinio eorum corrumpit alios. et hiat recipere mortuos.
amb Nam malis mancipari bonos si posset sicut devorare vellet ut sicut
sepulchrum patet ad recipienda cadavera ita et ad usum bonos
guttura illorum ubi non audent aperte malis persequi linguis suis i-
mat dolo agebant. id est bona dicentes sed malum corde cogitantes quia
venenum aspidum. id est odium insanabile erat sub labiis eorum. id est sub corde eorum.
amb Quia huiusmodi hominum verba muscipula sunt ad hoc enim locuntur
ut decipiant ut sicut per labia serpentis peremptorium venenum
infunditur. ita per labia eorum dolus et captio. Quorum scilicet os est plenum
ambro habundanter. maledictione. id est ut maledicat ut demonium habens [illegible]. et amaritudine. id est amaris nimis.

Quid ergo. Precellimus eos. Nequaquam. Causati enim sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam non est intelligens non est requirens deum. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

ẽ pedes. i. affectus eorum sunt ueloces ad effundendum sanguinem. et cetera. Sic eorum quasi homicide sunt ex deliberatione
ad bonum segnes ad parricidium sunt ueloces. Sed unde erit eis hec pena. quia C**ontricio et infelicitas** i. tem-
poralis pena. et infelicitas. i. eterna dampnatio erit in uiis eorum. i. in operibus eorum.
i. pro actionibus suis malis ueniet eis contritio et infelicitas. Talia enim faci-
unt unde conterentur in hoc seculo per titum et uespasianum. et in futuro erunt infelices
puniti anima et corpore. Et hoc ideo quia uiam pacis. i. christum non cognouerunt.
Dum enim uiciorum bellis semper urgentur uiam pacis ignorant. i. christum per
quem pax multa diligentibus nomen domini. Nec saltim timor dei eos reflexit a
malo. quia non est timor dei ante oculos eorum. non habent dei timorem qui est
initium sapientie. De his dicit iheremias. Tunc omnes surrexerunt in prophetam
domini uolentes occidere eum. Et subiecit. Omnis autem populus non permisit illos. Sed
contrarium uidetur quod omnis insurrexisse dicit et omnem populum non permisisse. Omnis
quos dicit insurrexisse. scilicet malos et omnem populum non permisisse scilicet bonos. Et hic enim ubi quod dicit
omnes declinauerunt totam penitus plebem significat sed alteram partem plebis. Sepe
enim duo populi sunt in una plebe. hic est enim populus quem increpat dominus dicens sub
nomine iherusalem. Iherusalem iherusalem que occidis prophetas. Et item. Generatio mala
et adultera. De quorum et ysayas dicit. Ve genti peccatrici semini nequam et cetera. Sequitur.
S**cimus autem** et cetera. Ostendit iudeos ante gratiam fuisse sub peccato auctoritate scripturarum
quas dedit. Sed ne iudei auctoritati sue uba inniterentur ad alia detorquerent ait. Scimus et cetera.
quasi dicat. Hoc dauid dicit. nos autem scimus quoniam quecumque supple loquitur lex loquitur
his qui in lege sunt. supple et de his qui in lege sunt. Lex appellatur aliquando generaliter
hoc uetus testamentum aliquando pro parte ueteris testamenti accipitur sicut ibi.
Aperuit dominus discipulis sensum ut intelligerent scripturas que de eo scripta erant
in lege et prophetis et psalmis. Nonnumquam uero psalmi lex uocantur sicut dominus ait
in lege uestra scriptum est ego dixi dii estis. Et alibi. Ut impleatur sermo
qui in lege eorum scriptus est quia odio habuerunt me gratis. ita et hic psalmi dicuntur lex. i. nomine
legis intelliguntur quia informant. Vult ergo ostendere apostolus ea que superius dixit
de psalmo pertinere ad iudeos. quorum superbia confringenda erat dixit. Scimus
quoniam quecumque lex loquitur in isto loco. i. psalmi. his loquitur qui in lege sunt. i. iu-
deis legem habentibus. Ut ita omne os iudeorum obstruatur. a sua gloria. et
omnis mundus. i. omnis homo. scilicet non tantum gentilis sine lege reus de impietate.
sed et iudeus reus de legis transgressione fiat subditus deo totum ei tribuens
quia omnes peccatores sunt inuenti et gratia sunt saluati. non meritis. Sequitur.
Q**uia ex operibus** et cetera. Hic incipit agere plenius de lege ut ostendat iusticiam
non esse ex ea. Quasi. Dico ut omnis mundus subditus sit deo quod debet.
quia certum est quod ex operibus legis non iustificabitur coram illo. i. scilicet deo et si coram
hominibus. omnis enim caro. i. homo et carnaliter uiuens. Vero illi qui cum mererent
sub lege christo crediderunt non quia iusti erant sed ut iustificarentur uenerunt
ad gratiam fidei. Destruitur autem hic superbia gloriantium de operibus legis ne gratia fidei
uideretur non necessaria. si et opera legis iustificare crederentur. Opera autem
legis dicuntur que cum lege instituta et terminata sunt ut erant cerimonialia
et figuratiua. que numquam ualuerunt conscientiam mundare et si cum caritate et deuotione fierent. Si uero queritur
quare illa facta cum caritate non iustificarent sicut nunc opera bona que facimus in caritate iustificant. respon-
demus quia illa non fuerunt instituta in iustificationem sed in futurorum significationem et peccati infirmi-
tatis ostensionem. Et ideo ergo nemo iustificabitur coram illo. scilicet deo qui intima uidet sed utrum ex amore
iusticie quid agatur. uel timore pene quod non uident homines. Hic uero queritur. Numquid moyses et alii

Contricio & infelicitas in uiis eorum, et uiam pacis non cognouerunt. Non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quecumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus deo. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.

Amb.
Aug.
Aug.
Aug.
Amb.
Amb.
Aug.
Aug.
Aug. de spiritu et littera.
Aug.
Aug. de spiritu et littera. et cetera
Aug.
Ro.
Aug.
Ro. Aug.

boni ex lege non fuerunt iustificati. Ad quod dicitur. Fuerunt quidem iusti, sed non ex operibus legis. Unde Petrus ait.
Quid temptatis imponere nobis iugum etc. Sicut ergo nos salvamur modo per fidem Christi sic et illi salvabantur. Ergo
Aimo — non ex operibus. Quia lex non venerat peccata tollere sed ostendere et punire. Decretum ergo
dei per sacramentum misterii dei quod in Christo est hominem iustificari non per legem
quia lex non iustificat apud deum sed fides. De lege autem loquimur secundum cerimonialia
ut dictum est non secundum moralia que utique iustificant et in evangelio consummantur.
Aug. de gratia et libero arbitrio — Sequitur. Per legem enim. quasi diceret. vere ex lege non est iusticia quia per legem
tantum est cognitio peccati non consumptio. Si ergo cognoscitur non cavetur prevaricatio est. ita ira et pena debetur. Cavere autem non potest homo peccatum si non ad
iuvet gratia ut cognitum caveatur. ita sine dubio lex iram operatur. sicut in
sequenti dicitur quod ideo dicitur quia ira dei maior est in prevaricatore qui per legem
noscit peccatum et tamen facit. Quod autem dicit per legem peccatum cognosci non ideo
hic dicit quod peccata ante legem prorsus nescirentur cum ioseph accusatus de
Aimo — crimine missus sit in carcerem et fratres eius dixerunt. Merito hec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum.
Sed dicuntur peccata cognosci per legem quia quedam cognita sunt peccata
que ante ignorabantur esse peccata et quedam graviora per legem cognita sunt
quam ante putarentur et communiter omnia non impune futura apud deum per le
gem cognita sunt. Sequitur. Nunc autem. vel in hac quia ex operibus legis non fuit
Aimo — olim iusticia. Nunc autem id est in hac gratia que est nunc id est in adventu Christi in tempore
Aug. Amb. — gratie iusticia dei non hominis data est sine lege id est sine legis auxilio. Et non
solum data est sed et manifestata est non dubie sed miraculis scilicet domino cooperante
Aimo — et sermonem confirmante sequentibus signis. Iusticia autem dei dicitur hic
Aug. — non qua ipse iustus est qui essentialiter iusticia est sed qua induit impium quem mis
ericorditer de infideli facit fidelem. Et ut homines consecuti credant addit. Iusticia
Amb. — dico testificata id est testimonium habens a lege et prophetis. quia lex eam multis sacra
Aug. contra pelagianos — mentis figuravit. Eo ipso et lex perhibet testimonium iusticie dei quia ex eo
nemo iustificatur. Cum enim lex non iustificat impium de prevaricatione
convictum mittit ad iustificantem deum atque ita perhibet testimonium iusticie dei.
dum iubendo et minando et neminem iustificando satis indicat dono dei
hominem iustificari. Et prophete hoc perhibent testimonium id prenuntiando quod Christi
Amb. — implevit adventus. Prenuntiaverunt enim Christum qui factus est nobis sapientia et
iusticia et sanctificatio et redemptio. Idcirco autem dei iusticia dicitur que magis proprie
videtur dicenda nostra quia de promissione originem habet et cum promissum
dei redditur iusticia dei dicitur. Iusticia enim est quia exsolutum est quod promissum est
et cum suscepit confugientes ad se iusticia dei dicitur quia non suscipere iniquitas est. Sequitur.
Aimo / Aug. de spiritu et littera — Iusticia autem. quasi diceret. Dixi iusticiam esse a deo. hec autem iusticia dei est id est hic iustificatio qua
iustificamur a deo. est per fidem Ihesu Christi id est per fidem qua creditur in Christum iustificatorem impiorum que fides impetrat quod lex imperat. Sicut autem ista fides Christi dicta est
non qua credit Christus sic illa iusticia dei est non qua iustus est deus. Utrumque vero nostrum est sed
ideo dei et Christi dicitur quia eius nobis largitate donatur. Iusticia ergo dei sine lege est sed non sine lege
manifestata. Quomodo enim per legem testificata si sine lege manifestata. Sed iusti
cia dei sine lege est quam deus per spiritum gratie credenti confert sine adiutorio legis id est non adiutus
lege sed non sine lege ostendit quod per legem ostendit homini infirmitatem suam ut ad eius misericordiam per fidem
confugiens sanaretur. Loquitur de sapientia eius dicitur quod legem et misericordiam in lingua portet. Legem scilicet qua
reos ostendat superbos misericordiam ut qua iustificet humiliatos humiliatos. Ergo iusticia est per fidem Christi. hec autem
Aimo Amb. Aug. — iusticia venit in omnes et magis proprie dicatur super omnes quia celitus data est scilicet super

Per legem enim
cognitio pecca(ti).
Nunc autem
sine lege iusti
cia iusticia dei
manifestata
est testificata
a lege et prophetis.
Iusticia autem
dei per fidem Ihesu
Christi in omnes
et super omnes
qui credunt in eum.
Non est enim
distinctio. Omnes
enim peccaverunt
et egent gloria dei
iustificati gratis
per gratiam ipsius
per redemptionem
que est in Christo
Ihesu quem

proposuit ds̄ propiciatorē
ipsi⁹
p fidem i sanguine ad
ostensionē iusticie sue pp̄t
remissionē precedentiū de
lictorum i sanguine sustin
tatioē di ad ostensionē
iusticie ei⁹ i hoc tēpore ut sit
ipē iust⁹ i iustificans qui
ex fide est ihu xpi.

omnes iu
deos et gen
tiles quē
dam i eū
uere i omīs
Non est ri
distinctio
iude i gen
tilis. Omīs
enim pec
cauerūt tam
iudei quam
gentiles. pec
cauerunt t
in se ipsius
t in adam
quia sine
peccato nō
sunt t quod originali attraxerunt t quod malis
moribus addiderunt. Peccatum enim primi hōis
non solum ipsum s; omne nocuit genus humanū
quia ex eo dampnationem simul i culpam susceperūt.
Peccauerunt ergo omnes cum ex uno peccatore oms nascant
peccatores. Et egent adhuc cotidie gla di. i. iusticia
non sua que io dicitur gla di quia p hoc ds̄ glosus
apparet. Omnes ergo peccatores inuenit gra xp̄i q̄ sol⁹
sine peccō uenit. Et omnes egent gla di. ut ipse liber
qui pot non tiq liberatore indiges. Hec ergo gra xpi
sine qua nec infantes nec grandes salui fieri possūt
non meritis redditur s; gratis datur pp̄t quod i gra
nominatur. Uniuersa enim massa penas debet et si
omnibus debitum dampnationis supplicium redde
retur nō iniuste pcul dubio redderetur. Qui ergo inde p
gram̄ liberantur non uasa meritorum suorum s; uasa
misericordie recte nominantur. Quisq; ergo agat gras
misericordie di quos uoluit liberantis quia recte nul
lus posset culpare iusticiā uniuersos si uellet dāpnan
tis. Omnes enī peccauerūt i e g d i. i. indulgentia
i uenia peccorum. unde glosus apparet ds̄. Et quia omīs
peccauerūt ergo iustificati sunt gratis. i. sine meritis
precedentibus. p gram̄ ipsius. i. p gratuita dona.
Gra quippe di donū di est. Donum autē maximum
ipē spc scs. Non ergo iustificati sunt p legem. non p
propriam uoluntatem s; p gram̄ xp̄i. non quod sine uolun
tate nr̄a fiat s; uoluntas nr̄a ostenditur infirma
p legē ut sanet gra uoluntatē i sana uoluntas

impleat legem non constituta sub lege. nec indigens
lege. Ipsa est ergo gra qua iustificatur impius. i. fit iustus
qui prius erat impius. ut ob percipiendū huius gre merita
nulla precedunt quia meritis impii non gra s; pena
debetur nec ista esset gra si non daretur gratuita. Da
tur autē gratuita quia nichil boni ante feceramus unde h
mereremur. quia nichil precesserat in meritis nr̄is nisi
unde dampnari debemus. Non inuenit ergo merita
bonorum s; merita suppliciorum. Et iustificati sunt gratis
quia nichil operati erant. s; p gram̄ ipsius. quia fide
iustificati sunt. i p̄cipue p redemptionem que est nobis.
in xp̄o ihū. nusquā alibi. i. p peccatum eum p nobis dat⁹
a xp̄o ihū de quo petrus ait. Quia non corruptibili
argento t auro redempti estis s; precioso sanguine f. d.
Nempe ut iustificarentur homines diuina gra hu
tas de maria nata est ut posset p illis iustificandis
offerre sacrificium passionis i crucis. Nisi enim
a nobis sumeret carnem mortalē xp̄s mori nō posset;
Notandum uero quare recte dicatur redemisse nos
non emisse. Ipsius enim ante p naturā fueramus
s; nr̄is delictis alienati sumus. Si ergo ad peccata
non redeamus fructuosa erit nobis redemptio xp̄i
quem apud mē ds̄ pater proposuit. i. longe ante posuit.
i predix. Uel proposuit. i. palam omnibus posuit
propiciatorem. i. misericordem i reconciliatorem
i h; p fidē in sanguine. i. p fidē passionis sine qua
nemo placet deo. Uel p fidem in sanguine ipsius
. i. et p fidem i p passionem. Et simul iungit quia
neutrū sine altero ualet. Dico quod proposuit eum
propiciatorem. ad hoc utiq; s. ad ostensionē iusticie sue.
. i. ut ostenderet se ueracem in promissis. t ut nos a peccatis
liberaret sicut ante promiserat. quod cum impleuit
iustum se ostendit que ostensio necessaria fuit. non
solum p remissionē presentium s; i p remissionē
precedentium delictorum. t eorum que precesserunt xp̄i ad
uentum. Delictorum dico existentium in sustentatio
ne di. i. deo. t. paciente i non puniente tunc. Sustenta
cio enim dei est ubi peccator non statim punitur
ut peccat s; p pacientiam dei adducitur ad pe
nitentiam. Quiddam ergo sublime dicit aplc. t. quod ds̄
posuit filium propiciatorem humano generi p fidē
in sanguine ipsius. i. p fidem i effusionem sang
uinis sui ut p hoc ostenderet iusticiam suā. dum eis
remitteret precedentia delicta que pessimis tiran
nis seruiendo contraxerant. eo tempore quo
sustinebat i paciebatur. Ds̄ h. ti. quia diu sustinuit ds̄

Aug in lib ad simpl.
Aug in pso xviii.
Amb
Aug in pso xxx iii.
Iohs diacon⁹
Iohs
Amb
Amb
Amb
Amb
Amb
Orig
Orig
Amb
Aug de n. gra
Aug in libro hiponosticon.
Aug
Aug in pso xxx.
Aug de n. gra
Aug
Amb.
Aug
Aug
Aug. Aug de
ubi des. Aug
de spu i lita.

et supportat peccata hominum quod nisi esset, in primo homine finis hominis per iudicium fuisset. Ad quid autem tunc pateretur et sustineret ostendit subdens. Ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore. Iusticia hic accipitur qua iustificat deus credentes in christum et ipse est qui iustificat peccatores. id est salus. Ad hoc paciebatur delicta ut ostenderet in hoc tempore christi iusticiam suam que iustos facit. scilicet quod ipse iustificat et salvat. quod nullo alio tempore fieri potuit. nisi quod deus dedit quod olim promiserat dandum. Et ita apparet remissionem delictorum. non tantum presentium hominum sed et hominum precedentium adventum christi. Delictorum dico existentium in sustinentia dei. Illi enim iusti qui precesserunt christi adventum in inferno tenebantur usque ad eius passionem ubi nec penis opprimebantur nec tamen deum videbant quod erat eis pena. hoc autem erat eis pro peccato primi hominis sive pro peccato originali propter quod obelus erat aditus regni celorum qui per christi passionem est reseratus. Unde zacharias. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Super quem locum dicit iheronimus. In resurrectione christi iusti qui pro peccato ade vincti in inferno tenebantur resurrexerunt. Solet autem queri utrum antiquis iustis qui in inferno tenebantur peccata essent remissa per fidem et penitentiam quam eos fuere habuisse constat. et si remissa erant omnia qua de causa apud inferos tenebantur. Ad quod dicimus quod omnia erant eis remissa per fidem et penitentiam. sed omnimodo remissionis effectum consecuti non fuerant. Est enim duplex remissionis effectus. scilicet carere pena et frui gloria. Aliud habuerunt ante christi mortem quia penam actualem non sentiebant. Aliud vero non. quia deum non videbant. sed post mortem data est eis gloria divine visionis a qua differebantur deo sustentante eorum delicta. Ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore. id est ut ostenderet in tempore mortis christi iusticiam suam qua coronat sperantes in se. Sequitur. Ut sit ipse. qui ita iusticiam ostendit ut ipse sit. id est esse appareat iustus in promissis dando. scilicet quod promisit. Aliter non posset [illegible] et sit iustificans. id est iustum faciens eum qui est ex fide ihesu christi. non ex lege. id est qui credit in christum. Sequitur. Ubi est etc.

Ubi est ergo gloriatio tua. Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non sed per legem fidei.

Reddita ratione ad eos loquitur qui agunt sub lege ostendens quod sine causa glorientur blandientes se de lege et de genere abrahe videntes non iustificari hominem apud deum nisi per fidem. q. d. Quia ex fide sine lege est iusticia ergo o iudee ubi est gloriatio tua. quasi non potes gloriari. Nam illa viciosa gloriatio tua de superbia veniens exclusa est. id est sublata est. Et per quam legem sit exclusa. Interrogat iudeum ut consideret per quam legem exclusa sit superba gloriatio. Numquid per legem factorum. id est per legem moysi que carnalia mandabat. Non sed per legem fidei. quasi attende per quid exclusa est non per laborem operum sed per facultatem fidei. Ubi ita agit de gloriatione bona quod quia ex fide est iusticia. Ubi est ergo o iudee gloriatio tua. id est quid est in quo debes gloriari. Exclusa est gloriatio tua. Gloriationem laudabilem dicit que in domino est eamque exclusam dicit ut emineret expressam non ut abscederet pulsam. Unde et exclusores dicuntur quidam artifices argentarii in qua significatione et accipitur illud in psalmo. Ut excludantur qui probati sunt argento. id est ut emineant hii qui probati sunt eloquio domini. ita et hic dicitur exclusa est. id est manifestata est. et expressa gloriatio tua. id est manifestum in quo debes gloriari. scilicet non in lege factorum sed in lege fidei. Et hoc est quod subdit. per quam legem est debes gloriari. per legem factorum. Non sed per legem fidei. Sed cur autem quare lex moysi dicatur lex factorum et non lex evangelii dicatur lex operum. sed fidei sed iusticie sed spei. quod operepretium est considerare si tamen valemus advertere atque discernere. Magna enim refert. Lex enim evangelii et si non habet opera veterum sacramentorum circumcisionis scilicet atque ceterorum habet tamen opera in sacramentis suis huic tempori congruis et habet opera in moralibus preceptis. Quare ergo ipsa non dicitur lex factorum. Ad quod breviter dicendum quod lex que dicitur operum minando imperabat sed gratiam faciendi non prestabat. Lex autem que dicitur fidei opera quidem mandat sed credendo impetrat ut fiant et illa opera secuntur iusticiam. Non enim ex ipsis iusticia est sed ipsa sunt ex iusticia. Ideo que non iusticiam operum sed opera iusticie demonstrans. Itaque lex non operum sed iusticie et fidei et gratie dicitur gratiam

Arbitramur enim hominē iustificari p fidem sine opib; legis. An iudeorum deus tantum? Nonne et gentium? Immo et gentium.

Quoniam quidem unus deus qui iustificat circumcisionem ex fide et preputium p fidem. Legē ergo destruimus p fidem? Absit. S; legem statuimus.

Quid ergo dicemus

p̄ficiendi. opa p̄stat ⁊ iustos fac̄ p fidē. lex aūt opum ubi iubebant̄ opa s; n̄
dabatur gr̄a. Et legem opum dicit ds̄ homini fac quod iubeo. lex fidei dic̄ ho
deo da quod iubes. Io enim iubet lex ut admoneat quid faciat fides. ut cui iube
tur si non pot̄ sciat quid petat. si aūt continuo p̄ obedient̄ fac̄ deb; ⁊ scire q̄ donant̄
posuit. Sequitur. Arbitramur enim. quod lex fidei iustificet ab auctoritate
sua ostendit. quasi uere p fidem iusticia est. nos enim apli scilicet arbitramur. i. s.
hominem quemcumque ⁊ gentilem. iustificari p fidem sine o. l. carnalibus. i.
sine circumcisione aut neomeniis aut ueneratione sabbi. Et sine op. leg.
quibuslib; ⁊ moralib; s; hoc intelligendum est de opibus p̄cedentibus fidē non
sequentib; sine quibus inanis est fides ut ait iacobus fides sine opib; m. ē. ⁊ ip̄e
paulus ait si habuero omnem fidē karitatē aūt n̄ hab. nich sum. Hinc ergo apls fidē
p̄dicans gentibus ut ostenderet non merito bonorum opum peruenir ad fidē s; fi
dem sequi bona opa dicit hominem iustificari p fidem sine opib; leg. Non q̄
c̄dens post p dilectionem debeat opari ut abraham uoluit filium imolare. Se
cuntur enim opera iustificatum non p̄cedunt iustificandum s; sola fide sine op
ibus p̄cedentibus fit homo iustus ut non magis sint iusti qui opera legis tamo
re fecerant cum n̄ fides p dilectionem opetur in corde ⁊ si foris n̄ exit in ope
Nam fides que p dilectionē opatur ⁊ si non sit in quo exterius opetur in corde
tamen seruens fruensque seruatur ⁊ non meritis p̄orum opum ad iusticiam fidei
uenitur in quo iudei se p̄extollebant bona opa ⁊ ante fidem inania sunt. ita
enim michi uidentur esse ut magne uires ⁊ cursus celerrimus p̄ter uiā. Nemo
ergo computet uere bona opa sua ante fidem. Ubi fides non erat bonum opus
non erat. bonum enim opus intentio facit intentionē fides dirigit. Non ual
de attendas quid homo faciat s; quid cum facit attendat q̄ lacertos optime gubnationis
dirigat. Sequitur. An iudeorum. q. d. Arbitramur quemcumque hominem iustifi
cari p fidem quod c̄dendum est quia ⁊ gentium creator ē ⁊ hoc est quod ait. An iu
deorum ds̄ tantum ⁊ creator. ut eorum tantum p hoc c̄dendus sit iustificator.
Nonne et gentium. creator est ut iudeorum. Immo et gentium creator ē. ut iudeorum
ut eorum c̄datur ita iustificator ut iudeorum ⁊ utrorumque. ⁊ p̄e
Quoniam quidem unus ds̄ ē ⁊ creator est omnium. q̄ carnalis modis possit p̄bari hoc uni
pono ⁊ cum sit unus omnium ds̄ iustificat omnes equaliter p eandem causam. ⁊ p fidē
⁊ hoc est dico unus deus est qui iustificat circumcisionē. i. iudeos. ex fide. ⁊
iustificauit preputium. i. inmundos gentiles p fidē. Non ad aliquam diffe
rentiam dictum est hoc tamquam aliud sit ex fide ⁊ aliud p fidē s; ad uarietatē
locutionis. Idem enim est quod dicit ex fide ⁊ p fidē quia apls sepe mutat
p̄positiones in eodem sensu. Et quia dicimus omnes iustificari p fidē. ergo legem
destruimus p fidem. Absit. Non enim destruitur lex cum impleta s; sp̄m ~~cessat~~
cessat s; literam. Unde subdit. Sed statuimus. i. confirmamus legē et hic
gratia fidei est p quam impletur lex que sine fide infirma esset. Firmatur status legis quia mistica ⁊ cerimonia
lia spiritualiter implentur ⁊ quod minus in moralibus continebat in euglō additur. ⁊ quod p̄mittebat futurum
fides aduenisse testatur. Mystica ergo ⁊ p̄mittentia in euglō impleta sunt secundum spiritualē intelligentiā. Litera u
o occidens tollitur. moralia aūt in quib; minus continebat ⁊ s; litam in euglō
mat. Sequitur. Quid ergo dicemus. Quod supius dixerat iustificari hominem p fidē
ostendit p abraham. in quo omnes confidunt qui p fidem adepti s; iusticiam ⁊
p̄missionem ⁊ paternitatem. quasi ⁊ quia nemo iustus est sine fide. Ergo nec abra
ham. quid enim dicemus abraham patrem nostrum quem s. imitari debemus

Aug de sp̄u ⁊ litt
Amb
Aug ⁊ sermo e q̄da
Aug in libro lxxxiii. q̄st.
Aug de fide et op
ib e o
Aug ⁊ sermo e q̄da
Nota de fide ⁊ opibus
Aug ⁊ p̄s xxxi.
Amb
Aug de sp̄u ⁊ lit.
Amb
Amb
Amb
Amb
IIII

inuenisse secundum carnem. i. ex operibus legis dicemus quod fuit iustus ex eis. Non
quia si abraham iustificatus est ex operibus legis i. si ex carnali obseruatione
uere est iustus quod utique impossibile est. sequitur et aliud impossibile. scilicet
quod ipse habet gloriam eternam que ex iusticia sequitur. sed a se habet eam non
secundum deum. i. non a deo. Vt ita. Videtur sepe apostolus ostendere quod due quedam
sunt iustificationes quarum unam ex operibus nominat aliam uero ex fide. Et illam quidem
que ex operibus est dicit habere gloriam sed apud homines non apud deum. Illam uero que ex fide
est dicit habere gloriam apud deum qui inspicit corda hominum. i. scit qui credit in occulto
et non in re. Si igitur abraham ex op. le. iu. e. ipse gloriam habet de hac iustificatione scilicet apud
homines non secundum deum quia hec iustificatio est in opinione hominum. non apud deum quia
non uera est. Aduertat dominus talem gloriam. i. illud potius teneamus qui gloriatur in domino glorietur.
Multi enim gloriantur de operibus cum sint mali sicut ille phariseus gloriabatur qui
cum publicano in templum ascenderat. i. opera sua iactabat dicens. Non sum sicut
ceteri hominum et cetera. Si igitur ex operibus iustificatus est abraham non habet gloriam apud deum.
quia qui fecerit inquit legem uiuet in ea. i. non morietur hic ut reus, tamen non inde meri-
tum habebit ex hoc apud deum. sed fidei causa. Abraham autem gloriam habet apud deum. Non igitur
ex operibus iustificatus est. i. si hoc est tamen ex fide iustus est quod probat subdens.

Quid enim scriptura dicit in genesi. quasi attende quid dicat. i. unde iustus sit.
Ecce addit. credidit abraham deo dicenti in semine tuo benedicentur omnes gentes. et alia huiusmodi
et ipsum credere reputatum est illi ad iusticiam. i. fuit ei sufficiens causa iusticie ad
salutem. i. est alius sed tamen ei qui operatur. i. qui habet tempus operandi. merces non imputatur
i. non dabitur secundum gratiam fidei tantum sed secundum debitum operationis sue. Ei uero qui
non operatur. i. qui non habet tempus operandi sicut abraham habuit. credenti autem in eum
qui iustificat impium. i. sic credit in eum qui gratis peccata impio dimittat. fides
eius sola, reputabitur ad iusticiam. i. sufficit ad iusticiam. quam opera non
meruerunt. i. ita sufficit ad salutem. Attende quod ait credenti in eum non ei.
Non enim continuo qui credit ei credit in eum. Aliud enim est credere ei. aliud credere
in eum. aliud credere illum. Nam et demones credebant ei sed non credebant in eum
et nos credimus paulo credimus et petro sed non in paulum et in petrum. Credere illi
credere uera esse que loquitur quod et mali faciunt. credere illum esse credere quod ipse sit deus
quod et mali faciunt. Aliud est credere in eum. Credendo amare credendo
diligere credendo in eum ire et eius membris incorporari. Hec est fides quam
a nobis exigit deus. et non inuenit quid exigat nisi donauerit quod inueniat.

Ad hanc fidem iustificatur impius. i. fit de impio pius ut deinde ipsa fides
incipiat per dilectionem operari. Ea ipsa quippe sola bona opera dicenda sunt que fiunt
per dilectionem dei. hec autem necesse est ut antecedat fides ut inde ista non ab istis
illa incipiant. quia nullus operatur bonum nisi prius credat in deum. Non igitur dico apte
mercedem reddi secundum meritum operis tamquam opera que deus remuneratur ex nobis sint immo
ex gratia dei sunt. Nam deus per gratiam dedit peccatoribus fidem per quam iustificarentur. ut per fidem
iuste uiuerent et bonum operarentur. Quod et bonum operamur iam accepta gratia non nobis sed illi
tribuendum est qui per gratiam nos iustificauit. Nam si debitam autem gratiam mercedem uellet
reddere penam redderet peccatoribus debitam. Non igitur et blandiaris de uiribus cum et reddi
mercedem secundum debitum operis audis. tamquam non sit in opere gratia retribuentis sicut in fide
gratia est iustificantis. Vix enim michi suadeo ullum opus dici ex debito re-
munerationem dei deposcere. cum et hoc ipsum quod agere aliquid possumus
et cogitare et proloqui ipsius dono et largitione faciamus.

inuenisse abraham
patrem nostrum secundum
carnem. Si enim
abraham ex operibus
legis iustificatus
est habet gloriam
sed non apud deum.
Quid enim scrip-
tura dicit. Cre-
didit abraham
deo et reputatum
est illi ad iusticiam.
Ei autem qui operatur
merces non im-
putatur secundum
gratiam sed secundum
debitum. Ei uero
qui non operatur
credenti autem in
eum qui iustificat
impium repu-
tatur fides eius
ad iusticiam.

Marginal notes: amb. — ax — aug. in psalmo xxx. — ambrosio — aug. — amb. — aug. — ambrosio — amb. — aug. super iohannem — Beda — Beda — aug. — aug. in psalmo lxxi. — aug. in expositionibus epistole ad romanos — ac

Secundum propositum gratie dei. Sicut et david dicit beatitudinem hominis cui deus accepto fert iusticiam sine operibus.

Sequitur. Secundum propositum, quasi dicit: sine operibus precedentibus iustificat impium. id est hoc secundum propositum gratie dei. vel secundum gratiam dei propositam omnibus credentibus. vel secundum quod deus longe ante proposuit. vel ita ab illo loco. Ei autem qui operatur. usque ibi: dicebat quod datur ex fide gratia illos qui nullo precedentium operum legis vel quorumlibet. Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. quod si est iam non est gratia. si enim gratia est gratis datur. Quid est gratis datur. Nichil boni fecisti datur et remissio peccatorum. Attenduntur opera tua et inveniunt omnia mala. Si aliis operibus quid debebetur nisi dampnatio. Bonus quidem debetur. et merces scilicet regnum celorum. quasi dicit: abraham ex fide est iustus sed ei qui operatur illa carnalia legis opera vel aliqua bona ut gratiam fidei iustificationis mereatur sed merces est ei non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. vel non est ex gratia sed ex debito meriti sui. Ei vero qui non operatur. credenti autem in eum qui iustificat. id est illi qui non facit hoc carnalia legis opera sed tamen credit in apostolum ut gentilis facit vel qui non facit gli(?) bene bona opera ante fidem sed tantum credit. fides eius reputabitur ad iusticiam. id est sufficit ad iusticiam ita ut attribuit aliis quos dixit de abraham scilicet quod sit iustus ex operibus habet gloriam sed non apud deum sed habet gloriam abraham apud deum quia ex fide iustus est. Dico quod ex fide est iusticia et hoc secundum propositum gratie dei. Sic enim decrevit deus ut cessante onere legis fides iustificet. Hoc autem munit exemplo prophete david subdens. Sicut, id est qui dico quod ex gratia est iusticia et salus. Sicut et david dicit beatitudinem. hoc in futuro esse illius hominis cui deus accepto. id est acceptabili tempore hoc est tempore adventus christi. vel adverbialiter dixit accepto quasi acceptabiliter. id est gratis fert. id est quasi impotenti accedere infert iusticiam. id est remissionem et opera bona. et hoc sine operibus precedentibus. Sequitur. Beati, et cetera. Exposito sensu verborum prophete vult ponere ipsa verba que david dicit in sui(?) tempore verbis. Beati sunt illi. quorum iniquitates sine opere et labore penitentie remisse sunt, a deo per baptismum ut iam non dominetur peccatum in mortali corpore et cetera.

Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.

Sicut. Intelligitur hic per iniquitates originale peccatum scilicet fomes peccati qui dicitur concupiscentia vel concupiscibilitas sive lex membrorum sive languor nature et aliis nominibus. Illa autem concupiscibilitas vel concupiscentia que dicitur fomes peccati ante baptismum culpa est et pena. post baptismum autem pena est et non culpa. scilicet que parvulum habilem concupiscere sed non actu cupiscere facit adultum vero concupiscere que licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum. hoc est enim non habere peccatum non esse reum peccati. Quomodo autem alia peccata preteunt actu et remanent reatu ut homicidium et similia e contrario fit ita prope ut concupiscentia id est concupiscibilitas preteat reatu et maneat actu. De hac ita ait augustinus. Manet quippe in corpore mortis huius carnalis concupiscentia cuius viciosis desideriis nos non obedire precipimur que tamen concupiscentia cotidie minuitur in proficientibus et continentibus. Item. Quia dum sibi invicem miscentur vir et mulier miscentur sine libidine non est parentum concubitus ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus. id est peccatum in parvulos non transmittit propagatio sed libido. nec fecunditas nature humane facit homines cum peccato nasci sed feditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima dampnatione peccati. Ideo beatus david apertum originale peccatum quo naturaliter obstricti filii sunt ire dicit. In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Ecce ex his liquet concupiscibilitatem esse peccatum originale. Originale autem dicitur quia ex viciosa origine nostre conditione trahitur. Non enim quia ab adam descendimus per carnis propaginem ideo originali peccato tenemur cum christus ab eo descenderit qui omni peccato caruit sed quia viciosa lege concipiendi ex peccato primi hominis accedenti concepti sumus. id est carnis concupiscentia ideo peccati rei sumus quod originale dicitur. Ecce breviter assignatum est quid sit originale peccatum et quare dicatur originale et quare imputetur imputetur posteris et quomodo in baptismo remittatur ut scilicet non remaneat post baptismum culpa sed pena illud quod remanet iam non dominetur si ipsa valet homo in gratia baptismi. Ideo caute ait tecta. Vide auctoritatem et cetera.

Ambrosius.

Sed attende

Ambrosius

Ambrosius Ambrosius

Ambrosius Ambrosius

Ambrosius

Ambrosius

Augustinus de nuptiis et concupiscentia. Augustinus.

Augustinus de nuptiis et concupiscentia. Que cum tamen plures nascentur obligati reatu originali peccato. Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo non ut non sit sed ut non imputetur.

nasci

id est mitigatur et quantum ad culpam delentur sed non quantum ad penam. Et quorum peccata actualia tecta sunt in baptismo. Peccata dicit que sunt in actu que ita in baptismo tecta sunt ut ultra non videantur a deo ad penam.

N / dicit augustinus — quia hoc est dominum videre peccata quod punire peccata. Et quia nullus est sine peccato vel originali vel veniali

ambrosius — subdit. Beatus vir cui non imputavit dominus ad penam peccatum vel originale quod aliunde est vel veniale. Vel aliter. tres gradus delictorum fecit. Videtur enim tripartita ratio in his dictis propter delictorum varietatem. Primus gradus iniquitas id est impietas est. scilicet cum creator non agnoscitur id est infidelitas. Secundus gradus est in operibus gravium peccatorum. Tertius levium. Remittere vero et tegere et non imputare unius rationis et sensus sunt verba. quia et cum tegit remittit et cum remittit non imputat. sed ad laudem gratie dei pluribus loquitur. Sequitur.

B — Beatitudo hec et cetera. Ex verbis prophete probavit beatitudinem esse ex gratia per fidem. nunc querit in quibus sit an in iudeis tantum an et in gentibus. quasi cum constet quod beatitudo ex gratia sit per fidem modo queratur in quibus sit. Beatitudo ergo hec tantum manet in circumcisione hoc est in iudeis an et in preputio id est in gentibus? id est numquid beatitudo abrahe filiis solis concessa est an et his qui ex gentibus sunt? Deinde

ambrosius — huius questionis rationem aperit subdens. Dicimus enim et cetera quasi hoc ideo quero quia dicimus ex sensu legis loquentes quia fides reputata est abrahe ad iusticiam non circumcisio id est nobis legem intelligentibus constat de abraham quod iustus est per fidem et cum hoc constet. quomodo ergo reputata est id est in quo statu. cum esset in circumcisione an et in preputio? id est postquam est circumcisus vel tamquam esset circumcisus. Et sicut in eo videbitur sic in aliis credi potest. Deinde solvit utrique simul respondens questioni. Non in circumcisione tantum id est in iudeis est hec beatitudo sed et in preputio id est in gentibus. Sed multo magis non in circumcisione tantum id est tempore circumcisionis reputata est fides abrahe ad iusticiam sed et in preputio id est in tempore preputii. Sequitur.

E — Et signum accepit et cetera. Respondet apostolus his que obici recte poterant. scilicet cum ante circumcisionem per fidem iustus esset.

Beatus vir cui non imputavit dominus peccatum. Beatitudo ergo hec in circumcisione manet an in preputio? Dicimus enim quia reputata est abrahe fides ad iusticiam. Quomodo ergo reputata est? In circumcisione an in preputio? Non in circumcisione sed in preputio. Et signum accepit circumcisionis signaculum iusticie fidei que est in preputio ut sit pater omnium credentium per preputium ut reputetur et illis ad iusticiam et sit pater circumcisionis.

quare fuit circumcisus. et quasi quis diceret cum ante circumcisionem iustus esset abraham cur ergo circumcisus? Respondet. Non sine causa et non superflue sed accepit signum circumcisionis

dicit augustinus — id est accepit circumcisionem in signum. scilicet non qua fieret sed qua iustus ostenderetur qui accepit circumcisionem que circumcisio signum est iusticie iam habite. Non ergo

Remigius — circumcisio aliquid magne dignitatis habebat sed signum erat tantum. Circumcisio vero exterior dicitur signum interioris circumcisionis tale signum quod sit signaculum id est huius similitudinem signate rei ut sicut carne libidinis homo in circumcisione spoliatur sic in anima spolietur omnibus sordibus prime nativitatis. Et quia nondum dixerat cuius rei signum sit subdit. iusticie fidei quasi accepit circumcisionem in signum huius rei scilicet iusticie fidei id est iusticie que est ex fide. Vel ita alio modo. Alia ratione dicitur

Origenes — signaculum quasi accepit circumcisionem in signum quod signum est signaculum id est celans quoddam misterium quod celaretur inimicis id est infidelibus et servaretur amicis id est fidelibus.

ad similitudinem sigilli quod imprimitur ut quod
occultum uolumus esse omnibus non pateat. Hoc
autem misterium quod circumcisio quasi celatum continet. scilicet quod sicut in octaua die circumciditur homo
sic in octaua etate post finem .vii. dierum seculi auferetur omnis uetustas culpe scilicet et pene. Hic uidendum est in quo primo instituta fuerit circumcisio
et quare et quid conferret et quare mutata fuit tempore
gratie succedente baptismo. Abrahe circumcisio primo mandata est ut sub lege mandati esset et sic probaretur an compleret. Vel non sicut in adam mandatum accepit ne de
ligno manducaret ad probationem obedientie. Et sic
precepta fuit circumcisio abrahe ita et semini eius. id est
ebreis ex eo nascituris. et fiebat octaua die lapideo cultro
in carne preputii sicut preceptum erat. Quinque autem
de causis data fuit circumcisio. Primo ut per obedientiam mandati abraham placeret deo cui per preuaricationem adam displicuerat. Secundo in signum magne
fidei abrahe. Credidit enim se habiturum filium
in quo benedicerentur omnes gentes. per fidem. et per quem
spiritualis circumcisio impleretur. sicut iustificatus est
in preputio. Tercio ut hoc signo a ceteris nationibus discerneretur ille populus. Quarto ut circumcisio facta in uirili
membro per quod generatur creatura mortalium et in quo
libido solet dominari castitatem mentis et corporis
seruandam et impudiciciam recidendam indicet.
Quinto ideo [illegible] precepta fuerit quia non possit melius signari [illegible] per christum tolli originale peccatum.
Cum preputio quippe omnis homo nascitur quemadmodum cum originali peccato. et circumcisus preputiatum gignit traiciens in illum quo ipse iam caruit
sicut baptizatus in filium quem carne generat reatum traicit originis a quo ipse iam liber erat. In
carne preputii iussa est fieri ideo. quia in remedium instituta est. scilicet contra originale peccatum quod a parentibus contrahimus concepti in concupiscentia
que in parte illa magis dominatur. et quia in illo membro
culpam inobedientie primus homo cognouit decuit
ut in hoc membro signum obedientie acciperet. Fiebat autem octaua die lapideo cultro quia post septenarium uite huius in octaua etate que erit resurgentium. omnis ab electis per petram christum abscidetur
corruptio carnis. id est tunc quando liberabimur a seruitute corruptionis. et per christi resurrectionem in octaua facta iam circumciditur a peccatis anima cuiusque in
eum credentis. Due itaque res sunt illius sacramenti. scilicet

circumcisio a peccatis in presenti. et circumcisio ab omni
corruptione in futuro. Conferebat autem circumcisio
suo tempore remissionem peccatorum sicut et nunc baptismus. Idem enim salutifere curationis auxilium
circumcisio in lege contra originalis peccati uulnus
prebebat quod baptisma agit reuelate gratie tempore. Con-
suetum excepto quod regni celestis ianuam necdum
intrare poterant tantum in sinu abrahe post mortem
beata requie consolati superne pacis ingressum spe felici
expectabant. Item quod apud nos ualet aqua baptismi
hoc egit apud ueteres uel pro paruulis sola fides uel pro maioribus uirtus sacrificii uel pro his qui de abrahe stirpe
prodierunt circumcisionis misterium. Ecce ex his
auctoritatibus patet per circumcisionem uetiorum peccatorum
fieri remissionem sicut et per baptismum. Cur ergo mutata est
circumcisio per baptismum. Quia sacramentum baptismatis perfectius est quia magis commune et magis gratie
plenum. In circumcisione namque peccata tantum remittebantur sed nec gratia ad bene operandum per ea prestabatur
nec uirtutes dabantur nec augebantur. In baptismo uero et peccata dimittuntur et gratia cooperandi confertur.
et uirtutes augentur. Ideo recte apostolus dicit quod abraham
accepit circumcisionem tamen in signum quod est signaculum insignum dico iusticie fidei que iusticia fidei
uel fidei uel fides. est ipsi abrahe in preputio. uel in tempore
preputii. scilicet antequam circumcideretur. Et ideo in tempore
preputii habuit ex fide iusticiam ut ipse sit. uel ostendatur esse pater. id est fidei auctor exemplo omnium credentium
sit pater dico non per preputium. id est in tempore preputii. Vel
per preputium. id est per id quod ei datum est in tempore
preputii. id est per preputium fidei. Nota diligenter per
insolentem prepositionem. id est preter solitum hec positam que animaduersa non nulla explicat. Potest enim sic intelligi per preputium. id est in preputio ut dicitur per illud tempus
id est in illo tempore. Si enim post circumcisionem diceretur ex ea hoc accepisse. Hic agit de paternitate
quam per fidem abraham consecutus est. Nam in per
carnem iudeorum tantum pater est fide uero omnium credentium.
tam iudeorum quam gentium ita eorum pater est ut et illis
credentibus reputetur ipsum credere ad iusticiam. id est ad remissionem peccatorum et bona opera. et ita sit pater
circumcisionis spiritualis. id est auctor iusticie que ex fide sit per exemplum. Non tantum his qui sunt ex circumcisione carnali. id est iudeis est abraham pater et reputatur.

his — id est Non tantum sunt ex circumcisione.

Marginal notes (left): N; Alcuinus; Strab.; Aug.; Amb.; Aug. Strab.; Aug.
Marginal notes (right): Beda; Gregorius in moralibus; h. Vel per preputium. id est per id quod est datum ei in tempore preputii.; dnio aug.

fides ad iusticiam sed his quicumque sunt qui sectantur vestigia
fidei abrahe. ut ita ample credant sicut ille credidit. Abrahe dico
patris nostri. id est patris omnium credentium que fides data est ei
in preputio. id est in tempore preputii sicut iam dictum est. Sequitur
dimb N Non enim per legem &c. Dicit quod abraham non per legem sed per fidem
iusticiam consecutus est et paternitatem. Modo de promissione
agens addit quod quod per eandem fidem promissionem habuit here-
ditatem; quasi per fidem est paternitas quia per eam est promissio
non per legem vel circumcisionem que nondum erant. id est hoc est.
dimb duino Non enim per legem. facta est. promissio ipsi abrahe aut semini eius
id est ad opus seminis eius. scilicet credentium omnium qui sunt semen
dimb abrahe non carne sed imitatione. Vel semini eius. id est christo cui
dicitur facta promissio quia in eo complenda erat. Que promissio
dimb hec. ut esset heres mundi. Nondum enim lex data erat quando hec
duino promissio facta est. Abraham dicitur heres mundi. id est possessor aliquorum de toto mundo qui eum imitantur. quia omnes
credentes per fidem filii sunt abrahe. ut ipse in christo qui ex eo natus est. possidet omnia. Abraham ergo heres mundi est et ille in
semine eius. id est christo. sed in se secundum exemplum apostoli. aut est heres. id est dominus mundi et potestatem per quam sit benedictio filiis
duino abrahe cui dedit pater gentes et terminos terre sicut ait. Dabo tibi gentes &c. Itaque in illo impleta est promissio quod dictum
est abrahe; patrem multarum gentium posui te. Et iterum. In semine tuo benedicentur omnes gentes. et alia huiusmodi. Hec promissio
ut dictum est non est facta per legem sed per iusticiam fidei. per quam
benedicentur omnes homines. id est fiunt filii abrahe. Sequitur. Si enim
&c. Dicit per iusticiam fidei promissionem hereditatis factam abrahe,
non per legem. Nunc dicit per eandem iusticiam fidei filii heredes abrahe
non per legem. quasi vere abraham non est heres mundi per legem quia
non sunt filii eius per legem qui filii dicuntur. id est heredes. scilicet quod
dimb ille habet possidentes. Et vere non quia sibi esset. Si enim illi qui sunt
tantum ex lege sunt. id est esse dicuntur heredes. hec inconvenientia
sequuntur quod fides est exinanita. id est frustrata qua constat
iustum fuisse abraham et promissio est abolita. id est inexpleta ut
nulli sint heredes. Lex enim non facit aliquos heredes. Nam
dimb duo potius operatur iram. id est penam. Ad hoc enim data est ut reos faceret
delinquentes non efficientiam ea sed non adiuvante gratia vel ut re-
os faceret temporali pena iram operatur. Nam prevaricationem
exercet que prevaricatio qualiter dictum sit aperit dicens. Ubi
enim. quasi ideo dico ex lege esse iram et prevaricationem quia
dimb sine ea non est. Ubi enim non est lex nec prevaricatio. Hoc dicit quia
sublatis de lege data venia et iustificatis nulla est prevaricatio.
Iustificati enim sunt qui per prevaricationem legis fuerant peccatores.
duo duo Nota quod non ait ubi non est lex, non est iniquitas sed ait nec prevaricatio. Omnis enim legem preveniens iniquus est.
Origenes sed non omnis iniquus legem preterit. Qui enim legem non acceperunt iniqui dici possunt prevaricatores autem non
possunt. In hoc ergo ostendit quod prevaricatio omnino esse non possit ubi lex fuit nec ira tanta preter est sub lege.
duo Sequitur. Ideo &c. Ex predictis infert ex fide filii heredes abrahe. quasi diceret. Et quia hec inconvenientia sequentur
dimb si ex lege essent heredes. Ideo. ex toto patet quod sunt heredes ex fide. Est donum munus et sic est firma promissio. Unde
subdit. Ut firma promissio sit omni semini. abrahe. id est in deo et gentili imitatori. Solis enim imitantibus fir-
dimb ma est promissio. scilicet quod filii dei sint. Firma sit dico secundum gratiam, fidei non secundum merita legalium operum seu quelibet
fidem precedentium. Firma enim promissio esse non potest omni semini nisi ex fide quia origo promissionis ex fide est.

sed his qui sectantur
vestigia fidei que est in
preputio patris nostri abrahe.
Non enim per legem promis-
sio abrahe aut semini eius
ut heres esset mundi sed
per iusticiam fidei.
Si enim qui ex lege he-
redes sunt exinanita est
fides abolita est promissio.
Lex enim iram
operatur. Ubi
enim non est lex, nec prevaricatio. Ideo ex fide ut
secundum gratiam firma sit
promissio omni semini.

Non ei qui ex lege est solum sed et ei qui ex fide est abrahe; qui est pater omnium nostrum sicut scriptum est. quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti qui vivificat mortuos et vocat ea que non sunt tamquam ea que sunt.

per quam purificandi sunt ut digni fiant dici filii dei. Sequitur. Non ei .i. et c̄. quasi firma est promissio per gratiam fidei omni semini non solum ei qui ex lege est. .i. non tantum ei qui ex lege vetere venit ad novam .i. iudeis sed et cuicumque sit qui est ex fide abrahe .i. qui sequitur fidem abrahe quam gentilis habuit ut esset iustus. Vel ita. firma est promissio omni semini .i. non tantum ei qui solummodo est ex lege .i. qui de operibus legis presumit quia hic talis a gratia dei excidit sed ei solummodo qui ex est fide abrahe .i. qui imitatur fidem abrahe. Et ideo causa fidei a lege recedendum est ut sit firma promissio. Lex enim sine gratia promissionis non solum non aufert verum etiam auget peccatum non quod sit efficiens causa peccati cum sit sancta et bona sed quia ea data augmentum peccati accessit. quod sine ea non accessisset. Multa enim sunt que dicuntur efficere aliqua non quod ipsa efficiant sed quia sine ipsis non fierent illa que fiunt. Sequitur. Qui abraham est pater .i. institutor per exemplum fidei omnium nostrum .s. credentium. Pater est sicut scriptum est in genesi quasi hoc est in quo consentit auctoritas dicens quia posui te .o abraham .i. constitui te patrem .i. auctorem per fidem non tantum circumcisorum iudeorum sed et multarum gentium. In quo percutitur iudeorum superbia qui gloriantur de genere abraham descendere. Non enim in carnali circumcisione generatim tantum fidelis est pater sed et incircumcisis gentibus fidem abrahe imitantibus. Te dico qui es ante deum .i. places deo cui credidisti. quasi per fidem ei places. Sequitur. Qui vivificat per fidem et gratiam mortuos .i. iudeos mortuos in peccatis. In hunc ergo secure credidit ille qui mortuos vivificat et vocat per gratiam ea que non sunt .i. gentiles qui nichil esse videbantur tamquam ea que sunt .i. iudeos qui aliquid esse videbantur. Qui enim adherent ei per fidem et dilectionem esse dicuntur. Qui vero in peccatis mortui sunt sicut erant gentiles qui non adherent ei qui vere est non esse dicuntur. Vel ita secundum aliam litteram qui vocat ea que non sunt tamquam que sunt. Non ait ut sint sed tamquam sint quia predestinata sunt et disposita. Sic enim ea que futura sunt iam apud deum sunt. Apud deum quippe iam factum est quod eius dispositione et predestinatione iam futurum est. Unde alibi. Qui fecit que futura sunt. Et alibi. Qui elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficiat hoc explicare. Eliguntur qui non sunt nec errat qui eligit nec vane eligit. Eligit tamen et habet quos electuros est eligendos quos habet apud semetipsum non in natura sua sed in presentia sua. Nondum erant quibus promittebatur sed quibus promissum est .i. ipsi promissi sunt. Vocat ergo que non sunt tamquam sint .i. hos qui non sunt disponet et preparat ab eterno gratiam iustificationis et glorificationis apponendam in tempore tamquam sit .i. tamquam illi qui iam sunt apud deum per predestinationem in quo sola apparet gratia. Non enim homo qui non erat promeruit ut esset et ut bonus esset et beatus. Si enim promeruit iam erat sed nondum erat. non ergo meruit sed electionis gratia habuit ut totum corpus christi dicatur gratia dei secundum id quod scriptum est. Communis est enim omnibus natura sed non gratia non ipsa natura putetur esse gratia quia gratis concessa est. Excepta ergo illa de qua modo non agitur qua condita est humana natura .s. qua homines sumus quam christiani paganique communis est. Hec est maior gratia et solis electis concessa non quod per verbum homines creati sumus sed quod per verbum carnem factum fideles beatique facti sumus. Vel vocat .i. cognoscat. ea que non sunt in actu tamquam ea que sunt. Sequitur. Qui contra spem et c̄. Commendato illo cui abraham credidit incipit commendare fidem ipsius abrahe ut alii illum imitentur, quasi merito abraham pater est omnium qui abraham contra spem prolem que erat de natura .i. contra naturalem consuetudinem credidit deo promittenti in spem .i. sperans et secure expectans quod promissum erat. Licet contra spem naturam fuit .s. duos iuvenes ex iuvencula sperant sobolem per naturam nec tamen huiusmodi congruit illi spes .s. ut vetulus ex vetula filium generaret ex dei potentia que spes gratie. Credidit deo ut ita fieret

Qui contra spem in spe credidit ut fieret

Augustinus de baptismo parvulorum. Ambrosius
Ambrosio
Ambrosius
Augustinus in psalmo centesimo xx.
Ambrosio
Augustinus
Haymo vivificat
Hec sunt verba apostoli quia ipse est eum in quo credidit et cuius spe est.
Ambrosius
Augustinus in psalmo centesimo
Augustinus de verbis domini
Augustinus
Augustinus de verbis apostoli
Ambrosius in v. libro de trinitate.
Ambrosio
Ambrosio

dnño
dnño
dnño
dnb
dnb

paŕ multaꝝ gentiũ; p fidē· ita ãple ēdidit· s· ꝫ quod dictũ est ei;
·i· pmissũ in genesi· s· sicerit seṁ tuũ sicut stelle celi ; i siĉarena
·i· innumerabiles erunt boni qui ex te nascentur qui p stellas signi
cantr̃ ; mali qui p arenam intelliguntur· Ita ēdidit abraham
et post , non est infirmatus in fide. Infirmatur ille qui hesitat
; si cam̃ qua posset infirmari hēet· s· suam senectutē ; sare se
nectutē ; sterilitatem· Vñ ait· Nec consideravit corpus suum
ēē emortm̃· ab ope generandi filios· cum fere centum eẽt annoꝝ,
; simitr̃ non consideravit vulvã sare ēē emortuã· Non sõla cã
h ; alia contra naturam fecit ds̃· Ideo enim talia fecit ut errorē
auferret ; se omnipotentē dm̃ omniũ demonstraret. Aliqui
enim inflati ratione mundi dm̃ neglexerunt ; iõ q̃ mundo im
possibilia sunt fecit ds̃ ut qui p h ēderent salvarent̃ ; di dnño
mancipati. Attendendum est ; quod non p̃t magne rei figurã
ysaac contr̃ naturã gñationis humãe fuit pmissus· hoc n fuit
insignũ· di filium contr̃ humanã naturã ratione ex hoie nascitur
filiosq; hominũ p spm̃ regñationis ex peccoribꝫ filios di ex morta
libus imortales gñandos· Et non solũ ; pmissione non hesitavit ab
hã s; ; in repmissione di· ·i· qñ iterũ angls̃ pmisit ꝫ h tẽp venia
; erit sare filius· ; si ipsa pmissio differretur non tm̃ hesitavit dif
fidentia s; confortatus fide est dans glãm dõ· de constantia fidei
plenissime sciens multo intuitu virtutis di quia quecq; pmi
sit ds̃ potens est ; facē ut pmittē· ·i· ita levis ẽ facē ut pmittẽ.
hoc gentes imitari debent ut s· ēdant sicut abrahã ēdidit s dm̃
posse quecumq; pmisit· Et nota quod non ait quecq; pdixit t
pscivit s; quecumq; pmisit potens ẽ ; facē quia oẽ q̃ pmisit
ipse facit. Et si enim quod faciunt homines bona q̃ pmisit·
ipse non facit quia facit ut illi faciant non illi faciunt ut ipse
faciat qd pmisit· Aloquin ut dei pmissa compleant̃ non ẽ
dei s; in hominũ est potestate· Pmisit g̃ quod ipse facturus fuit
non q̃ homines. Non enim de nr̃e voluntatis potestate s; de
sua pdestinatioẽ pmisit· Congrue g̃ non ait pdixit t pscivit
nam ; aliena fcã potens est pdicẽ atq; pscire. s; pmisit ut hoc
intelligeretur pmittẽ quod ipse fac. Non enim ipse pmittit et
alius facit quod iã n̄ eẽt pmittẽ s; tantũ pdicẽ· Sequit̃· Ideo ẽ·
qñ· quia abrahã confortatꝰ est fide· iõ· ipsum ēdē reputatũ ẽ i· a· i·
qñ· p hoc qd ēdidit ; accepit pmissũ ; iustus fcs ẽ· ; qñ aliqs diret
quid h ad nos subd· Non aũ scptũ ẽ tm̃ pp ipm̃· ·i· pp laudẽ ipsi
h· s· quia reputatũ ẽ i· a· i· ~~qñ p hoc qd ēdidit ; accep pmissũ~~ s; ;
pp nos instruendos quibꝫ reputabitur fides ad iusticiã· ēdentibꝫ
in eum s· dm̃ patrem· qui suscitavit dnm̃ nr̃m ihm̃ xpm̃· qñ q̃ hoc
fec nobꝫ pdit· suscitavit dico a mortuis· ·i· a sepulchro qui pprie
locus ẽ mortuoꝝ· Pater suscitavit filiũ ipse filius ẽ q̃ deus
suscitavit semetipm̃ q̃ ideo passus est spc scs qui a pre a deo pat·
a iuda· a pilato traditꝰ ẽ in mortẽ pp delicta nr̃a delenda ut ẽ
diaboli destrueõ ; resurrexit pp iustificãe nr̃ã· ·i· ut iuste vivamus quod aliter non poterat esse.

dvõ de correc
tioẽ ; grã.
dvõ ad sspũ
; hylarion

dnño
dnño
dnño

pater multaꝝ gentium
scdm̃ quod dictum ẽ ei·
sic erit semen tuum sicut
stelle celi ; sicut arena maris que
est in litore maris· et non
infirmatus est in fide nec
consideravit corpus su
um emortuum cũ iam
fere centũ annoꝝ esset
et emortuã vulvã sare;
In repmissione ; di non
hesitavit diffidentia s;
confortatus est fide dãs
glãm deo plenissime
sciens quia quecumq;
pmisit deus potens est
et facē· ideo et reputatũ
est illi ad iusticiam·
Non est autem scriptum
tantum pp ipsum quia
reputatum est illi ad
iusticiam s; et pp nos
quibꝫ reputabitr̃ ēdentibꝫ

meum qui suscitavit ihm xpm
dnm nrm a mortuis qui traditus
est propter peccata (delicta)
nra & resurrexit
propter iustificationem nram. V.
Iustificati ergo ex
fide pacem habeamus ad dm
per ihm xpm dnm
nrm per quem et
accessum habemus per fidem in
gram istam in
qua stamus et
gloriamur in spe
glorie filiorum dei.
Non solum autem
sed et gloriamur in
tribulationibus
scientes quod

Nota quod utraque .i. mors et resurrectio propter delicta nostra tollunt et utraque iustificat
tamen mors christi sola interitum veteris vite significat et sola resurrectio nova vita significatur — Aug
que a iustificatione incipit et immortalitate perficietur. ideoque congrue quantum ad
significationem istas diversitatem verba divisit dicens. Traditus est propter delicta et resurrexit propter .i.
iustificati ergo etc. Ostendit iustitiam esse ex gratia fidei sine lege. Nunc ostendit ex eadem
alia plura bona esse. quasi dicat. Quia (ex fide) est iustificatio ergo pacem habete cum deo. q.d. hec
dissensio que inter vos est contra deum est. Iudei namque et gentes inter se disceptabant — Amb
iudei quidem de antique legis operibus gentiles vero de nova et vocatione presumptive
gloriabantur et merita iactabant ideoque utrorumque iactantiam reprimens ad pacem
monet et ne indignentur si eis annuant. quasi quia ex fide est iustitia ergo nos
iustificati ex fide non ex lege non nobis .i. non ipsi aliquod tribuentes nostrum quod — Amb
precesserit fidem pacem habeamus ad deum quam non habetis vos romani dum invicem
arrogatis. Attende quod hic ait iustificati ex fide cum supra dixit iustificati gratis — Aug ad Bonefacium papam contra
per gratiam. Hoc ideo dixit ne fides superba sit ipsa nec dicat sibi. si ex fide quomodo gratis. — duas epistolas
Quod enim fides meretur cur non potius redditur quod donatur. Non dicat — pelagianorum.
ista homo fidelis quia cum dixerit ut mereat iustificationem habeo fidem respondetur
ei quid habes quod non accepisti. Cum ergo fides impetrat iustificationem sicut — Idem in eodem
unicuique deus partitus est mensuram fidei. non gratiam dei aliquid meriti precedit humani
sed ipsa gratia meretur augeri ut aucta mereatur perfici. voluntate comitante
non ducente. pedissequa non previa. Sic ergo ex fide iustificati sumus et per eam pacem
habeamus ad deum. Pacem namque cum deo habere fides facit (non lex). Hec enim nos reconciliat — Amb
deo sublatis peccatis que nos fecerant inimicos. Pacem autem ille habet cum deo qui adversum — Cass
sua mandata eius contraria voluntate non litigat qui sequitur iussa domini et
ad omne preceptum divinum suum flectit arbitrium. Pax enim vera est concor
dare moribus probis litigare cum viciis. E contra pax huius mundi que pravis — Paulinus
ca est vitiis deo dissidet quam xpc non venit mittere sed tollere. Dico habeamus
pacem ad deum quia ei reconciliati sumus per ministerium gratie. Per dominum ihm xpm — Amb
.i. per auxilium et gratiam eius. Per quem etc. Enumerat beneficia que a xpo habuit dicens.
per quem xpm .i. mediatorem ope habemus accessum per fidem .i. introitum vel aditum — Amb
novum ad deum sed in gratiam istam .i. in bonam vite observantiam in qua stamus
spe superne claritatis erecti. Qua autem cecidimus in adam. et gloriamur in spe glorie filiorum dei. — Amb
.i. angelorum vel sanctorum .i. gloriamur de celo quod speramus gloriam quam habuit filii dei tangit vel eci.
Non solum autem gloriamur de spe glorie sed et gloriamur per gratiam eius in tribulationibus
quas pro xpo patimur quibus itur ad gloriam. Per tribulationes enim nos oportet in — Amb
trare in regnum dei ideoque in his gloriandum dico. Spei enim addita tribulatio aug — Amb
mentum facit premii inde rque est fixe spei tribulatio. Non est enim magnum gloriari — Aug
in leticiis. Recti corde autem in tribulationibus gloriantur magnitudinem premii cognos — Iohannes diaconus
centes de tribulatione finienda infinitum premium acquisituri. Sequitur
Scientes etc. quasi cur gloriamur. quia sumus scientes quod tribulatio operatur patientiam
quia per exercicium tribulationis docetur aliquis strenuus dum fortiter tolerat
tormenta per quod sancti martires vicerunt seviciam tirannorum. Operatur ergo patientiam — Amb
vel eam augendo vel potius ostendendo. Quod autem tribulatio non tollit patientiam — Aug
sed auget facit caritas que est primum donum spiritus sancti. Patientia autem operatur probationem
.i. purificationem. Quanto magis enim quis patitur tanto purior redditur. Dicitur — Aug in libro
anima fidelis non resistens ordinationi dei non diligit eius voluntatem cuius ma — questionum
licie potestas datur in bonos sed eius voluntatem a quo hec potestas datur. Cum ergo quis intelliget quod non est potestas — lxxxiii.

tribulatio pa
cientiam opa(tur)
pacientia au(tem)
probationem p(ro)
batio u(ero) spem
spes au(tem) non co(n)
fundit quia
karitas dei dif
fusa est in cor
dibus n(ost)ris p(er)
sp(iritu)m s(an)c(tu)m qui
datus est nob(is).

t demonum l(ue) p(er)secutor(um) nisi a deo sustinet pacient(er) p(ro)batur .i. bonus e(ss)e monstr(atur)
& efficitur melior tamquam aurum quod p(er) igne(m) et purum ostendi(tur) (et) purius reddi(tur).

aug(ustinus) — Hec u(ero) p(ro)batio op(er)atur spem .i. c(er)titudinem gl(ori)e future. Spes enim est certa expec
amb(rosius) — tatio gl(ori)e future que humane rationi uana uid(etur) s(ed) testimonio uirtutis .i. paci
aug(ustinus) — entie l(ue) miraculor(um) firmatur. Quod enim inter tribulationes (et) ad(uer)sa p(ro)babilis
amb(rosius) — p(er) pacientiam existit ille securius p(re)miu(m) future beatitudinis expectat. Spes au(tem).
aug(ustinus) — hec quamuis stulti (et) hebetes a p(er)fidis iudicentur (et) c(re)dentes ea que mundana caret
ratione non t(ame)n confundit .i. non facit erubesce(re) qui(a) implet(ur). Confundit(ur) eni(m)
qui quod [speraba(t)] quer(it) non inuenit. sicut contingit illi qui sp(er)at in ho(m)i(n)e. hec au(tem) sp(es)
non confundit quia est in deo qui non fallit nec falli pot(est) no(n) in ho(m)i(n)e m(en)dace. ħ
ħ Maledictus enim homo qui sp(em) sua(m) pon(it) i(n) ho(m)i(n)e. — Sequitur. Quia karitas. quasi (dicat) dico quod spes non confund(it) .i. impletur (et) (con)stat
eam esse implendam e(ss)e ex eo. quia karitas d(e)i diffusa est in cordibus n(ost)ris p(er) sp(iritu)m s(anctum).
aug(ustinus) — aug(ustinus) in lib(ro) x(v) de t(ri)nitate. non enim a nobis est caritas nob(is) qui sp(iritu)s datus e(st)
nob(is) .i. ex eo constat eam implendam quia ia(m) sp(iritu)s s(anctu)s
Quamuis multi dicantur
sp(irit)us quia legitur. quod fac(it)
anglos suos sp(iritu)s. unus t(ame)n
dei sp(iritu)s. Ipsum g(ra)t unum sp(iritu)m
& ap(osto)li (et) p(ro)phe sunt consec(u)
ti sicut (et) doctor gentium
ait quia unu(m) sp(iritu)m po ta
uimus. quasi eum qui n(on)
queat scindi. s(ed) infundat(ur)
animis & sensibus illabat(ur)
ut secularis sitis extingu(a)t
ardorem.
arram habemus quo caritate diffusa in cordib(us)
n(ost)ris d(eu)m late diligimus s(ed) ubi effusionis largita
tem muneris notat sicut in iohel. effundam
de sp(irit)u meo sup(er) omne(m) carnem. fidele au(tem) esse p(ro)
missum d(e)i p(ro)bat sp(iritu)s s(an)c(tu)s datus nobis qui est
pignus spei i(m)plende. Attende quod gradatim
ap(osto)l(u)s p(er)ducit usq(ue) ad caritatem dei que maior (est)
aliis quam cum dicit nos h(abe)re p(er) donum sp(iritu)s.
monstrat illa omnia deo e(ss)e tribuenda. (con)t(ra) (...)
ho(c) karitas n(on) nisi quia diffusa e(st) p(er) sp(iritu)m s(anctum) i(n) cordib(us).
Ideo q(ue) ne quis eam putaret se h(abe)re p(ro)p(ri)o arbitrio ut (est) dixit caritas diffusa est
aug(ustinus) ad iulianu(m). — addidit p(er) sp(iritu)m s(an)c(tu)m qui datus est nob(is). a quo nisi ab illo qui ascendit i(n) altu(m) .i. ad patre(m). Ipse u(ero) dedit dona ho(min)ib(us).
N(ota) de p(at)ris auctoritate. — In insinuatur nobis in patre auctoritas in filio natiuitas in sp(irit)u s(an)c(t)o patris filiiq(ue) co(m)munitas. in trib(us) equalitas.
aug(ustinus) de blasphemia sp(iritu)s s(an)c(t)i — Quod g(ra)t commune est patri (et) filio p(er) hoc uos uoluit h(abe)re communione(m) & int(er) uos (et) secu(m). q(uo)d ambo h(abe)nt unu(m) .i.
Attende. — ag(ustinus) — p(er) sp(iritu)m s(anctum) d(eu)m (et) donum d(e)i. In hoc enim diuinitati reconciliamur eaq(ue) delectamur. Sicut enim ueritate discim(us)
ag(ustinus) — ita karitate diligimus ut et plenius cognoscamus (et) beati cognito p(er)fruamur. Et quia peccatis alienabam(ur) a pos
aug(ustinus) augustin(us) in sermone de ascensione — sessione uero(rum) bonor(um). ideo data est caritas que op(er)it multitudinem peccator(um). Arbitror g(ra)t ideo sp(iritu)m bis datum ut
nob(is) commendarentur duo p(re)cepta caritatis. s(cilicet) diliges d(eu)m (et) diliges p(ro)ximum. Una e(st) caritas (et) duo p(re)cepta
unus sp(iritu)s (et) duo data quia non alia caritas diligit p(ro)ximum nisi illa que diligit d(eu)m. Quia g(ra)t caritate p(ro)ximum dili
gimus ipsa d(eu)m diligimus. S(ed) quia aliud est deus aliud est p(ro)ximus (et) si una caritate diligentur non sunt t(ame)n unu(m)
aug(ustinus) de uerbis d(omi)ni — que diliguntur ideo forte dicuntur duo p(re)cepta (et) alterum mai(us) (et) alteru(m) min(us). Hec au(tem) karitas ut ait ap(osto)l(u)s diffusa (est)
in cordibus n(ost)ris p(er) sp(iritu)m s(an)c(tu)m qui datus est nob(is). A quo datur. Ab illo ut diximus qui dedit dona hominib(us).
Que dona. Sp(iritu)m s(an)c(tu)m. Qui tale dat donum. Qualis est ip(s)e. Magna est m(isericordi)a ei(us). Donu(m) dat equale s(ib)i q(uia) donu(m) eius
augustinus in libro sententiar(um) — sp(iritu)s s(an)c(tu)s est. (et) unus deus tota trinitas est. Diffundit g(ra)t caritatem in cordibus n(ost)ris sp(iritu)s patris (et) filii que e(st) cu(m) patre [amari (et) tui (et) filio.]
ex p(ro)sp(er)i augustin(i) — Ipse ut diligeretur nobis dedit qui non dilectus nos dilex(it). Ipse est fons de quo scriptura dic(it). Fons aque tue
ex sermone ep(istu)le iohannis. — sit tibi p(ro)prius (et) nemo alienus (com)municet t(ibi). Alieni sunt omnes qui non diligunt d(eu)m (et) ip(s)e fons est sp(iritu)s s(an)c(tu)s
quem non possunt accipere mali. Et karitas est quam h(abe)re (et) malus esse non pot(est) aliquis. Intelliga(mus)
g(ra)t in dilectione sp(iritu)m s(an)c(tu)m esse s(ed) nomen x(risti) (et) baptismum h(abe)re (et) corpus d(omi)ni sume(re) (et) cet(er)a sacramenta h(abe)re (et) ma
lus esse p(otest). Karitas g(ra)t est p(ro)p(r)ium donum sp(iritu)s est singularis fons. Et attende quod dicendo karitate(m) diffusam p(er)
sp(iritu)m qui datus est. ostendit quod sp(iritu)s (et) deus est (et) dei donum est. Ut ita tamen ut karitas dei accipiatur non qua
amb(rosius) aug(ustinus) — nos diligimus d(eu)m s(ed) qua ip(s)e diligit nos. q(uas)i ideo spes non confundit quia karitas dei diffusa est (er)g(a) nos .i. q(uia)
deus late nos diligit (et) hoc h(abe)mus in cordibus n(ost)ris p(er) sp(iritu)m s(an)c(tu)m qui datus est nobis. qui fac(it) nos i(n)tellige(re) karitate(m)

dei ergo nos qui diuersis linguis prestitit ut et imperiti loquerentur. cum in temptationibus per quod et spes nostra confirmatur et karitas Aug.
dei nobis commendatur ut quia caros dei falli impossibile est securos nos faceret de promissione quia deus est qui promisit ihesus
quos caros habere uult promisit. Sequitur. Ut quid enim etc. Ostendit supra quod spes

Ut quid enim
implebitur per hoc quod christus diligit nos et nos eum per spiritum. Nunc idem ostendit per hoc quod christus mortuus est

christus cum ad-
quod est diuine dilectionis effectus est. et causa spei nostre implende. quasi dicat. Cum deus nos diligat et nos
eum diligamus per spiritum sanctum constat quod spes implebitur quia nisi ita sit frustra est pas-

huc infirmi
sus est christus et hoc est uere spes implebitur. enim. id est quia nisi spes implenda sit ut quid christus mortuus est.
id est cur tam magnum fecit scilicet ut moreretur et hoc pro impiis. id est pro dilectione impiorum. Vel pro impiis

essemus secundum
id est uice impiorum qui debebant mori mortem in merito impietatis. Pro impiis dico non qui olim
fuissent et non tunc sed potius mortuus est pro nobis impiis cum essemus adhuc infirmi. et peccatis

tempus pro
ita medico indigentes. Mortuus est dico et hoc secundum tempus. id est post triduum tantum quia die tertia Aug.
resurrexit. Ne ergo desperes de eius potentia cuius apparet morte beniuolentia. Aliquando tales arras Augustinus

impiis mor-
accepimus quod donauit impiis mortem suam qui seruat iustis uitam suam. Mortuus est propter
octo mortalis ut uiuas cum illo. Suscepit mortem nostram ut donaret nobis uitam suam. Non

tuus est. Vix
dubium est quod mortuus est eternus quam ut in eternum uiuat mortalis. Iam credibile
est tenemus. scilicet quod propter homines mortuus est deus. Non est ergo homo uicturus cum deo? Non

enim pro iusto
mortalis uicturus est in eternum. propter quem mortuus est qui uiuit in eternum. Sed quomodo
mortuus est? Et unde? Et post mortem? Accepit ex te unde moreretur pro te. induit se.

quis moritur.
ut pro te moreretur. induet te. ut cum illo uiuas. Induit se carne mortali in uirginitate matris induet te uita perhenni in equalitate patris. Ecce quomodo amatus es non

Nam pro bono
amandus. Amatus es turpis et fedus antequam esses. inter quod amari dignum esses. Ama-
tus es prius ut dignus fieres qui amareris dilectus es prius ut diligentem postea diliges.

forsitan quis
Impius enim eras dampnari merueras et tamen pro te mortuus est christus. Vel secundum seriem uerborum post
legitur. sic non mutata sententia. quod uere spes implebitur. Ut quid enim nisi spes implenda sit

audeat
christus cum infirmi essemus mortuus pro nobis impiis. id est pro nobis qui adeo infirmi eramus
quod et impii. mortuus dico secundum tempus. et est sensus pro nichilo tam magnum fecit christus

mori.
nisi spes nostra implenda est. Et uere magnum est hoc quod fecit. Vix enim moritur quis
id est raro moritur aliquis etiam pro iusto. id est pro dilectione iusti et boni. nedum pro impio. Ideo ra- dimo.
ro dico nam forsitan potest inueniri quis. id est aliquis. qui audeat mori pro bono. quasi dicat.

difficile est inuenire. qui hoc faciat. Christus autem pro impietatibus pessimis adhuc non suis mortuus est. Vel ita ut fiat Aug. Aug.
distinctio inter iustum et bonum. Iustus enim per exercicia uirtutum hic ponitur [dicitur] qui bonus est sed est bonus qui non est
iustus. scilicet qui natus est in simplicitate innocens qui nondum laborauit ut amplificaret se bonis. ut sunt paruuli
et baptismo mundati. Iustus autem bonum nature sue exercicio meliorauit et licet iustus secundum modum quo hic accipitur
melior sit quam bonus innocentie tamen causa est miserabilior quam iusticie quod non est huiusmodi iusticia sine senui-
tate. et est sensus. Vere magnum fecit christus moriendo pro impiis uix enim moritur quis pro eo qui habet exercicium uirtutum.
Ideo dico pro iusto. nam pro bono. id est simplici et innocenti forsitan quis audeat mori. Dicendo de iusto uix et
de bono forsitan et quis audeat utrumque difficile ostendit et rarum sed alterum difficilius et rarius. Sequitur.

Commendat autem suam karitatem deus
in nobis quoniam cum adhuc peccatores
essemus christus pro nobis mortuus est. Multo
ergo magis iustificati [nunc] in sanguine ipsius
salui erimus ab ira per ipsum.

Commendat etc. Quasi dicat. Pro iusto et bono uix moritur aliquis.
sed christus pro nobis peccatoribus mortuus est. In hoc autem deus commendat
suam karitatem in hoc laudabilior eius caritas apparet quia est
effusa in nobis. qui indigni ea fuimus. In hoc etiam magnus
effectus dilectionis mittentis patris et uenientis filii
nobis est exhibitus. Sequitur. Quoniam cum adhuc peccatores es-
semus christus pro nobis mortuus est. Multo magis ergo iustificati nunc
in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Quasi. Dico
quod deus commendat caritatem in nobis. ita utique commendat

quoniam Christus pro nobis mortuus est cum adhuc peccatores essemus,
id est in hoc commendat quod Christus mortuus est pro nobis
peccatoribus. Et si hoc est quod utique est, quia iustificati sumus
nunc peccatorum remissione facta in sanguine ipsius, id est per mortem eius,
et si hoc est, multo magis nos iam iusti salvi erimus per ipsum.
Magis enim mortuus est pro peccato mori, et peccatum
tollere, quam iam iustos, id est cooperantes, salvare. Sal-
vi erimus dico ab ira, id est a pena eterna, cuius causa non est nisi
peccatum, quod abstulit. Licet enim plerisque locis
iram dei legamus, non est putandum tamen quod in illum
cadat ulla perturbatio, quia semper idem manet et in tran-
quillitate iudicat, sed ita appellatur vindicta et ultio ipsius.
Attendendum est quod ad commendationem divine
dilectionis ipse apostolus iterat de morte Christi, et ad reprehensionem
humani timoris hominis repetit infirmitatem.
Dixerat enim supra: Christus pro impiis mortuus est, et item
repetit hic: Christus pro nobis mortuus est cum adhuc pec. e.
Ecce dum oderat nos, sed peccata, amabat Christus quod op-
eraveramus, quod et fecit ante mundi constitutionem.
Incomprehensibilis est enim dilectio qua diligit deus atque
immutabilis. Non enim ex quo ei reconciliati sumus
per sanguinem filii eius nos cepit diligere, sed ante mundum,
priusquam omnino aliquid essemus dilexit nos ut
cum eius unigenito et nos filii eius essemus. Quod ergo
reconciliati sumus deo per mortem Christi, non sic est intel-
ligendum quasi ideo nos reconciliaverit ei Christus, ut iam
inciperet nos amare quos oderat, sicut reconciliatur
inimicus inimico ut deinde sint amici et se invicem
diligant qui ante se invicem oderant. Sed iam nos
diligenti deo reconciliati sumus cum quo propter peccatum
inimicicias habebamus. Habebat enim ille erga nos
caritatem, et cum inimicicias exercebamus adversus eum
operando iniquitatem. Sicut enim ei dictum est: Odisti
omnes qui operantur iniquitatem, ita illud ei dicitur esse
michi: odisti eorum que fecisti. Unde miro et divino modo
et quando nos oderat diligebat. Oderat enim nos
quales ipse non fecerat. Et quia iniquitas nostra non
penitus consumpserat opus eius, noverat simul in uno-
quoque nostrum et odisse que feceramus, et amare quod fecerat.
Et hoc quidem in omnibus intelligi potest. Quis ergo digne
possit eloqui quantum diligat membra unigeniti sui?
Et quanto amplius unigenitum ipsum? Ex his ergo non
initium nostrum sed dilectio commendatur qua nos tales
et tantum dilexit ut pro nobis impiis moreretur. Quod
est testimonium atque pignus eius dilectionis. Qui
enim proprio filio non pepercit, sed pro nobis illum tradidit,

quomodo non et cum illo omnia nobis donavit? Di-
cendum utique erat, scilicet quantum nos dilexit et quales.
Quantum, ne desperaremus, et ipsa desperatione non au-
deremus erigi in eum. Quales, ne superbiremus, et superbien-
tes de meritis nostris magis ab eo resiliremus, et in nostra for-
titudine magis deficeremus. Illud quoque attenden-
dum est quod dicit nos iustificatos in sanguine Christi
et reconciliatos deo, tanquam non alio modo possit
nos reconciliare et iustificare nisi per mortem Christi. De quo
dicimus quod fuit et alius modus possibilis deo, qui
omnia potest, sed nullus alius nostre miserie sanande fuit
convenientior. Quid enim mentes nostras tantum erigit
et ab immortalitatis desperatione liberat, quam quod
tanti nos fecit deus, ut dei filius immutabiliter bonus
in se manens quod erat, et a nobis pro nobis accipiens
quod non erat, preter sue nature detrimentum dignatus
nostrum inire consortium, sine ullo suo malo merito mala
nostra moriendo perferret, et credentibus dona sua sine
ullis meritis nostris indebita largitate conferret? Quia
et ea que dicuntur merita nostra bona dona sunt eius,
donaque dei sunt merita nostra, quibus ad sum-
mum bonum pervenimus. Est preterea alia ratio
quare potius isto modo quam alio liberare voluit,
scilicet per mortem Christi iusticia superatur diabolus non
potentia. Quod quomodo factum sit ut pateat ex-
plicabo ut potero. Quadam iusticia dei in potestatem
diaboli traditum est genus humanum, peccato primi
hominis in omnes utriusque sexus commixtione
nascentes originaliter transeunte, et debito primorum
parentum obligante, quo cuncti omnes homines ab
origine sunt sub principe diabolo. Unde apostolus: Eramus
natura filii ire. Natura autem ut est depravata peccato, non ut est creata
ab initio. Modus autem ille quo traditus est homo in
diaboli potestatem non debet intelligi tamquam deus hoc
fecerit aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit,
iuste tamen. Illo deserente peccantem, peccati auctor
illico invasit. Non tamen deus continuit in ira
sua miserationes suas, nec hominem a lege potestatis
sue amisit quando in potestate diaboli esse permi-
sit, sed inter mala penalia que irrogat multa prestitit bona.
Tandem hominem quem commissio peccatorum dia-
bolo subdidit, remissione peccatorum donata per sanguinem
Christi eruit a diabolo, ut sic iusticia diabolus vince-
retur non potentia. Sed qua iusticia? Ihesu Christi. Et
quomodo victus est ea? Quia cum in eo nichil morte
dignum inveniret, occidit eum tamen, et utique iustum.

Au. | Aug. sup. Ioh. | Aug. in eodem. attende | Augustinus | Aug. | De dilectione. attende. De eodem
Au. | Au. in lib. de trinitate | id. eod. | Au. eod. | id. | Aug. de trin. | id. | Aug. | attende

ut debitores quos tenebat liberi dimitterentur in eum
credentes quem sine ullo debito occidit. Ideo autem potentia
vincere noluit quia diabolus vicio perversitatis sue amator est potentie et desertor atque oppugnator iusticie. Cui
quo omnes magis eum imitantur qui neglecta vel
contempta posita iusticia potentie magis student. eiusque vel
adeptione letantur vel cupiditate inflammantur.
Ideo placuit deo ut non potentia sed iusticia vinceret
et hominem erueret in quo homo eum imitari disceret. (Aug. de trinitate)
Postea vero in resurrectione secuta est potentia. Justi
cia ergo prius et potentia postea diabolum vicit. Justicia
vicit quia nullum peccatum habuit et ab illo iniustissime
occisus est. Potentia quia revixit mortuus numquam postea moriturus. (id.)

Sed nonne iure equissimo diabolus vinceretur
si potentia tantum cum illo agere voluisset? Utique. Sed postposuit christus quod potuit ut prius ageret quod oportuit.
Ad hoc autem opus erat illum esse et hominem et deum. Nisi
enim homo esset occidi non potuisset. Nisi deus esset non
crederetur voluisse quod potuit sed non potuisse quod voluit.
Justicia ergo humilitatis hominem liberavit quem
sola potentia equissime liberare potuit. Sicut enim
tres in hanc causam venerunt, scilicet deus, homo, diabolus. diabolus et homo quid adversus deum dicerent omnino non habent
atque in actione cause penitus deficerent. diabolus enim
deo iniuriam fecisse convincitur quia servum eius id est hominem
et fraudulenter abduxit et violenter tenuit. Homo etiam deo iniuriam
fecisse convinceretur quia preceptum eius contempsit et
se alieno domino mancipans sue servituti dampnum intulit. Homini quoque iniuriam fecisse convincitur
diabolus quia illum et prius promittendo bona decepit
et post mala inferendo nocuit. Iniuste ergo diabolus
quantum ad se tenebat hominem sed homo iuste tenebatur quia diabolus numquam iuste potestatem habere
super hominem sed homo merito pro culpa pati diaboli
tyrannidem. Sic ergo deus utique per iratam potentiam hominem
liberare vellet. sola sue iussionis virtute hominem
poterat iustissime liberare sed propter causam predictam iusticia
humilitatis vincere maluit. Unde et filium pro nobis in
mortem tradidit. per quam iustificati sumus et reconciliati deo. Hoc est precium reconciliationis nostre quod
christus obtulit deo patri ut placaretur. non quod antea
non dilexerit nos ex qua dilectione filium pro nobis
tradidit nec filius quasi patre sibi non parcente pro
nobis velut invitus est traditus cum de ipso dicatur
sit tradidit semetipsum. Hoc ergo sicut et omnia alia
pater et filius et amborum spiritus simul et concorditer operantur.

Sed si ante nos diligebat deus quomodo per mortem christi ei
sumus reconciliati et ab ira liberati? Ad quod dicimus
quod ira dei qui cum tranquillitate iudicat nichil aliud
est quam iusta vindicta. Sic ergo iusta divina vindicta
tale nomen accepit reconciliatio dei recte intelligitur
cum talis ira finitur. scilicet cum a reatu pene absolvimur.
Non enim inimici eramus deo nisi quemadmodum
iusticie sunt inimica peccata. quibus remissis peccatis tales
inimicicie finiuntur et reconciliantur iusto quos ipse
iustificat. Peccatis enim nostris diabolus tenebat et pro illa
nos merito agebat in mortem. sed tanti valuit ille sanguis ut homines ab eterna morte debita liberaverit. Mors
christi indebita. Quos tamen et inimicos utique dilexit unde recte
sequitur.

Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius. multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.

Si enim etc. quasi. Vere vivens poterat amicos factos salvare. Enim id est quia nos sumus reconciliati deo qui prius inimici eramus sub potestate diaboli natura depravata peccato. Reconciliati dico per mortem filii eius cum adhuc essemus inimici non quomodo peccatores tantum. hoc est quod utique est. ergo multo magis nos reconciliati erimus. non modo ab ira liberi sed et salvi et hoc in vita ipsius id est per vitam ipsius scilicet qua resurrexit a mortuis et est sensus. Jam certum est quod vivens potest amicos salvare qui mortuus potuit iustificare. quo facto inimici ex peccato sunt reconciliati et iam amici dei. Et nota quod idem hic dicit per mortem reconciliati quod supra in sanguine iustificati. Dico salvi erimus. Non solum autem salvi erimus sed et gloriamur iam spe de hoc quod erimus in deo id est cum eo in futuro non per naturam sed per dilectionem et voluntatem quia nichil

Non solum autem sed et gloriamur in deo per dominum nostrum ihesum christum per quem nunc reconciliationem accepimus.

(Aug. de trinitate — id. — Aug. in eodem — Aug. — Aug. — Amb. — Aug.)

diligemus t uolemus nisi quod ds. Ut gl(ori)amur in
p(re)senti non in nobis s(ed) in deo .i. hoc non p(er) nos s(ed) p(er) d(omi)n(u)m
n(ost)r(u)m i(esu)m (christu)m. p(er) quem nunc iam in p(re)senti reconci
liatione(m) ad d(eu)m accepimus qui a d(e)o peccante adam
discessimus.

aut Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum mors et ita in omnes homines mors pertransiit.

Propterea .i. q(uia) d(ixi) supra p(er) (christu)m reconciliatorem esse iusticia(m) (et) uita(m) (et) quod possit esse p(ro)p(ter) eum p(er) similitudine(m) ~~in mi~~ in minori .i. p(er) simile .i. minus p(ro)bare intendit.

Sicut enim p(er) adam homine(m) p(ri)mu(m) peccatu(m) est (et) mors.
ita p(er) (christu)m hominem (et) d(eu)m. pot(est) esse iusticia (et) uita.
Et quia p(er) ada(m) peccatum est (et) mors multo magis p(er) (christu)m p(ro)p(ter)
iusticia. pot(est) esse (et) uita. (Q)ua(m)vis unus adam peccavit in
omnibus unus (christu)s filius dei peccatu(m) uincet in o(mn)ib(us).

aut ut quia — Aug(ustinus) in lib(ro) de trin(itate) xiii. — Ipsius ergo ap(osto)l(u)s hic de duobus hominibus disputat. s(cilicet)
de primo adam p(er) cuius peccatum tamq(uam) hereditariis
malis posteri eius obligati sumus. (et) de s(e)c(un)do adam quo
soluente p(ro) nob(is) quod non debebat a debitis (et) patris (et) p(ro)p(ri)
is liberati sumus. Quia ergo p(er) illum unum diabolus
tenebat omnes p(er) eius uiciatam carnem concupis
cencialit(er). g(e)n(er)atos iustum est ut p(er) hunc unum di
mittat omnes p(er) eius inmaculatam gr(ati)a(m) sp(irit)ualit(er)
regn(er)atos. Et hoc est quod ait. P(ro)pt(er)ea sicut (et)c(etera). Huius
re lit(er)e ita ut a minori (et) a simili raciocinationis ordo
ostendatur. Quasi. Dico quod p(er) (christu)m est iusticia (et) uita
Aug(ustinus) — (et) p(ro)pt(er)ea p(er) (christu)m iusticia (et) uita p(ro)cedit in omnes p(er)
gr(ati)am regn(er)atos. Subaudi. quia p(er) unum homine(m)
Aug(ustinus) — s(cilicet) adam a quo p(ro)pagati sumus peccatum originale
intrauit in hunc mundu(m). p(ro)p(ter) eod(em) pecc(at)o miserum .i.
Aug(ustinus) in enchir(idion) — in omnes homines. Mundum appellauit uniuers(um)
Aug(ustinus) ad consulta hil(arii) — genus humanum. Sicut enim ab illo uno ho(m)i(n)e
sic ab eod(em) pecc(at)o inmunes esse n(on) possu(n)t nisi ab eo reatu
p(er) (christ)i baptismum absoluantur. Ecce a minori p(ro)
bauit. modo a simili id(em) ostendatur (et) legat(ur). Sicut
q(uo)d dimissum fu(er)at. Quasi. Ita p(er) unum (christu)m est ius
ticia (et) uita. sicut p(er) unum ho(minem). pec(catum). in. h(un)c. mund(um).
aut — non mutatur sensus. p(er) peccatum mors. u(e)l dissolutio anime (et) corp(or)is intrauit in ipsum adam

et ita p(er) ip(s)um mors transiit in homine(m) (omne)s .i. p(er) eius
uiciatam carnem genitos. Q(uer)it(ur) quomodo p(er)
unum hominem (et) non magis p(er) unam muliere(m)
dicat ap(osto)l(u)s peccatum intrasse in mundu(m). cu(m) a
muliere initium pecc(at)i fuit (et) a(n)te a serpente siue diabo
lo. Ad quod dicimus in his ap(osto)l(u)m (con)suetudinis ordine(m)
tenuisse dum successionem posteritatis huma(n)e q(ue) pecc(at)o
et morti exequenti succubuit non mulieri s(ed) ui
ro attribuit. Non enim ex muliere posteritas s(ed) ex ui
ro nominari solet. (et) ob h(oc) mortalis posteritas (et) corp(or)alis
successio uiro potius tamq(uam) actori (et) non mulieri
deputatur. Uel quia mulier de uiro (est) (et) utrumq(ue) — Aug(ustinus) de (?) ...
una caro (est). (et) ideo siue a muliere siue ab ada(m) dicatur — ... psalmo ...
utrumq(ue) ad primum homine(m) p(er)tinet. Pre
terea sciendum est hereticos quosdam qui nominati s(unt)
pelagiani dixisse peccatum p(ri)me transgressionis in
alios homines non p(ro)pagatione s(ed) imitatione (trans)isse.
Un(de) (et) in paruulis nolunt credere p(er) baptismu(m) solui
originale peccatum quod in nascentib(us) nullu(m) esse
contendunt omnino. S(ed) si ap(osto)l(u)s peccatum imitati
onis non p(ro)pagationis intelligi uoluisset. eius princi
pem non adam s(ed) diabolum diceret. de quo in libro
sapie(ntie) d(icitu)r. Inuidia diaboli mors intrauit in orbe(m) t(er)r(arum).
Et quia non uult intelligi hoc esse factum p(ro)pa
gatione s(ed) imitatione continuo subiunxit scripta.
Imitantur autem eu(m) qui sunt ex parte eius. Imitant(ur) — id
(et) adam quotquot p(er) inobedientiam transgrediu(n)t(ur)
mandatum d(e)i. S(ed) aliud est quod exemplum est
uoluntate peccantibus aliud quod origo est cum pec
cato nascentibus. Nam (et) (christu)m imitantur s(an)c(t)i ad sequenda(m)
iusticiam s(ed) p(re)t(er) hanc imitationem gr(ati)a eius illumi
nationem iustificationemq(ue) n(ost)ram (et) intrinsecus op(er)at(ur)
que (et) baptizatos paruulos suo inserit corp(or)i qui n(on)
dum ualent aliquem imitari. Sicut ergo (christu)s p(re)t(er) imitati — id
onis exemplum dat (et) suis s(an)c(t)is occultissima(m) fidelib(us)
gr(ati)a(m) qua(m) latenter infund(it) (et) paruulis / sic (et) ada(m) p(re)t(er) imi
tationis exe(m)plum occulta (et) tabe carnalis concupiscen
tie sue tabificauit in se omnes de sua stirpe uenturos.

Unde recte subdit.

in quo omnes peccauit.

Usq(ue) ad legem enim peccatum erat in mundo.

In quo o(mne)s peccauit. Quasi. Ut ero p(ro)p(ter) eum in omnes mors intrauit quia causa mortis pecc(atu)m (est) (et) o(mn)is (intro)iuit .i.

peccatum. id est hoc est: in quo scilicet adam. omnes peccaverunt, vel massa non solum eius exemplo. ut quidam dicunt. omnes enim ille unus homo fuerat. id est ab eo peccatum originale traxerunt. unus quo omnium nostrum origo et materia fuit ex quo secundum propaginis successionem per carnis concupiscentiam descendimus. Ut in quo peccato omnes peccaverunt. Apostolus per circumlocutionem ponit vel sine ambiguitate dixit hic apostolus. in quo omnes peccaverunt. Sive enim intelligatur in quo, sive in quo peccato manifestum est. Alia enim sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc unum in quo omnes peccaverunt quando omnes illi unus fuerant homo. Manifestum est itaque omnes in adam peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo ergo cuncti sunt peccatores. Sequitur: Usque ad legem. Et quia diceret quis. In omnes pertransiit peccatum. quid ergo egit lex. Nonne illa reconciliare potuit ut peccatum non transeat in omnes. Non inquit. Usque ad legem enim scriptam vel naturalem id est sub lege et peccatum originale et actuale erat in mundo. id est in homine. Quia nec lex potuit auferre peccatum, sed augere sive naturalis in qua quisque iam ratione utens incipit peccato originali addere propria. sive scripta que per moysen data est propterea que subintravit ut habundaret delictum. Non ergo ideo dicit apostolus usque ad legem peccatum fuisse in mundo quod deinceps in nemine fuerit sed quia non poterat per litteram legis auferri quod solo poterat spiritu gratie. Ideo ne quis fidelis de viribus putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere et Christi gratiam desideraret. Peccatum autem.

Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset sed regnavit mors ab adam usque ad moysen et in eos qui non peccaverunt in similitudinem prevaricationis ade qui est forma futuri.

Quasi. Peccatum erat in mundo sed homines non imputabant quia ceci erant. vel sed peccatum autem non imputabatur id est ignorabatur id est peccatum esse non

imputabatur ab hominibus non dico a deo. cuius iudicio qui sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Non imputabatur dico cum lex non esset, que peccatum prohibet. Non dicit peccatum non erat sed non imputabatur quia non erat sive lex rationis in parvulo sive lex littere in propria qua arguente demonstraretur peccatum. Sequitur: Sed regnavit et cetera. Quasi. Peccatum non imputabatur ante legem. sed tamen mors id est peccatum et dampnatio. regnavit ab adam usque ad moysen, id est usque ad legem que per moysen divinitus promulgata est quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum autem mortis vult intelligi quando ita dominatur in hominibus reatus peccati ut eos ad vitam eternam que vere vita est venire non sinat sed ad secundam que penaliter eterna est mortem trahit id est ad gehennam. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit salvatoris que operata est et in antiquis sanctis quicumque ante christi incarnationem venire ad eius adiuvantem gratiam non ad legis litteram tantum iubentem non adiuvantem pertinebant. Hoc enim occultabatur in veteri testamento pro temporum dispensatione iustissima quod nunc revelatur in novo. In omnes ergo regnavit mors preter illos qui christi gratia adiuti sunt. Regnavit dico et in eos qui non peccaverunt in similitudinem prevaricationis ade. id est qui non sua propria voluntate peccaverunt sicut adam. sed originali vitio tenebantur obstricti. quod ab eo traxerunt per quod trahentur ad condempnationem. nisi gratia iuvarentur. Et nota quod dicendo usque ad legem vel usque ad moysen. includit quia et tunc scilicet sub lege peccatum erat in morte id est dampnatio. Sciendum quid est pleros que latinos codices sic habere. Regnavit autem mors ab adam usque ad moysen in eos qui peccaverunt in similitudinem prevaricationis ade. quod et ipsum illi qui legunt ad superiorem referunt intellectum in similitudinem prevaricationis ade peccasse accipiant illos qui in illo peccaverunt ut ei similes crearentur sicut ex homine homines ita ex peccatore peccatores ex morituro morituri dampnato que dampnati. Greci autem codices unde interpretatio facta est in latinum aut omnes aut pene omnes habent id quod primo positum est. Ut alius non mutatis ab illis loco sic potest legi. sed regnavit id est accipitur de morte corporali. Quasi. Peccatum non imputabatur id est ignorabatur ante legem sed effectus eius indicabatur quia mors corporalis regnavit cottidie per aliquas passiones et tandem dissolvendo. ab adam usque ad moysen cum minus videretur. Regnavit dico non solum per in eos qui per se prevaricando

mortem inuasisse uidentur. s. et in eos qui non pecc. i. s. p. a.
i. in pueros qui nichil a se inuenerunt preuaricando contra
aliquam legem. Vt ita ab illo loco, usque ad legem.
etc. i. et ante legem peccatum erat in mundo. cum
non ita uideretur lege non docente. dico peccatum
erat in mundo peccatum autem non imputabatur,
apud deum. cum lex non esset. Imputabatur quidem
peccatum apud homines. sed non apud deum apud
quem putabatur impune futurum cum nesciret
iudicaturus. Asserebant enim homines deum incuri
osum esse uel apud eum impune futura peccata
sed non apud homines. non enim lex naturalis pe
nitus obtorpuerat. quia non ignorabant quod non
debebant facere aliis quod pati nolebant. Nam usque
adeo peccatum non erat ignotum etiam apud homines
quod ioseph quamuis per calumpniam tamen quasi reus clausus
est in carcere et pistor et pincerna pharaonis. Peccatum
ergo non imputabatur cum lex non esset, non dico apud ho
mines sed apud deum. sed ubi lex data est noluerunt deum
humana curare et iudicare. Sequitur. Sed regnauit.
Quasi ante legem non imputabatur peccatum sed regnauit
mors anime secure possidente homines diabolo
per impunitatem creditam. Impune enim peccare
se putantes magis delinquebant et ea hec peccata
pro improuiores que mundus quasi licita nutriebat.
quo facto gaudebat sathanas. securus quod cum adeo
delictum adeo hominem possidebat. Regnauit
dico ab adam usque ad moysen, per quem rediit cogni
tio unius dei quia per eum data est lex in qua precipi
ebatur de uno deo colendo. Regnauit ergo mors usque
ad moysen. i. usque ad legem quia iam tunc datum est
hominibus remedium quo possent liberari. sub qua
tamen si essent similes preuaricationi ade, in eo mors
regnaret sed lex data est in initio egressionis de egypto
docens de uno deo ne regnaret mors. s. diabolus
Et peccatum recepit in mundo ea primum destrui reg
num mortis nunc uero ubique destruitur per christi gratiam.
Et nota hic usque accipi exclusiuum. Sequitur. In
eos qui peccauerunt in similitudinem preuaricationis ade.
Alia littera in qua non legitur et non. Quasi. Mors
regnauit usque ad moysen non tantum in omnes
sed in eos qui pec. in s. p. a. i. in similes preuaricationi
ade. qui s. neglecto creatore seruierunt creature deos
sibi constituentes quos colerent ad iniuriam dei sicut
ille loco dei diabolo consensit. Peccatum enim ade non
longe est ab ydolatria qui contempto creatoris precepto

diaboli successioni consentiens quasi in loco dei dia
bolum statuit et sicut deus esse uoluit. Fuerunt
autem qui peccauerunt non per contemptum dei quia eum uel
lex siue ex traduce siue iudicio naturali et ue
neratus est deum nulli honorificentiam nominis ac
maiestatis impertiens. Si peccauit quia impossi
bile est non peccare. sub deo peccauit non in deum
ideoque in hos mors non regnauit sed in hos qui in
similitudine ade peccauerunt. i. qui sub specie ydolorum
seruierunt diabolo. Tales erant fere omnes usque
ad legem preter paucos ut abraham unicuique seruierunt.
Et in eos non regnauit mors quia post mortem
istam que prima dicitur ad secundam non peruenerunt
que eternaliter punit immo sub spe seruati sunt
in aduentum christi liberandi sicut de abraham legitur.
quia quamuis apud inferos fuit discretus tamen longo
interuallo erat a peccatoribus ita ut chaos esset inter eos
inter iustos et peccatores. Et sciendum quod
libros qui aliter habent dicit ambrosius esse corruptos
ubi s. scriptum est mortem regnasse et in eos qui
non pec. in s. p. a. que littera in grecis codicibus legitur.
quod quidam ita intelligunt quia dicunt corruptores
corporum regnasse in cultores unius dei et usque ad moy.
Sed cur non usque ad finem seculi. Sunt tamen quidam latini
codices quos constat a ueteribus grecis translatos qui ita
habent in eos qui peccauerunt. uel quos incorrupto
simplicitas temporum seruauit. et probat. Postquam
uero a concordia animis dissidentibus et hereticis pertur
bantibus moueri questiones ceperunt multa tamen
in grecis quam in latinis codicibus ab hereticis contentiosis
studio mutata sunt quecumque preter auctoritatem uerum
non possunt ad uictoriam uerba legis adulterant
ut sensum suum quasi uerbis legis asserant et contradicen
tibus sibi quasi auctoritate resistant. Sequitur.
Qui. adam est forma futuri, i. similitudo futuri,
s. christi quantum ad adam tunc futuri. Adam autem
dicitur forma futuri i. christi quia iam tunc decreuit deus in
mysterio i. in occulto suo disposuit per unum christum
emendare quod per unum adam peccatum erat
Unde dicitur in apokalipsi. Agnus occisus ab origi
ne mundi. Et forma futuri i. christi dicitur a contrario.
quia sicut in adam omnes moriuntur ita in christo uiuificantur.
sicut in illo illud ita in isto fit istud sed hec forma non ex
omni parte conformis est sicut subsequentibus ostenditur.
Alia forma christi dicitur quia sicut ille sine coitu a deo factus est
ita christus ex uirgine spiritu sancto cooperante processit. Vel adam

dr forma x quia sicut ille est pat omnium fcarne
sic xpc pat omnium est p fide. Et sicut ex latere illi
dormientis assumpta est costa unde formata est eua.
Sic ex ipsius latere pfluxerunt sacramenta. s. aqua
ablutionis et sanguis redemptionis p que saluat
eccla. Ideo q: sicut ille communicare potuit filiis
suis peccatum et mortem sic iste suis iusticiam
sua et uitam. et in iste plus boni suis confert q
ille mali. ideo mag pot saluare q ille pdere.
Et hoc est quod subdit. S; non sicut. et c. q. d.

Sed non sicut unius delictum ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt. multo magis gra dei et donum in gra unius hominis ihu xpi in plures habundauit.

adam est forma xpi. multi sunt xpc et adam. s; non sicut delictum ade; ita et donum x

et maius est donum x quam delictum ade; et
ideo non sic efficax peccatum ade ad dampnationem
ut gra x ad saluationem quod est dre. Non sunt
pares cause eorum nec pares sunt effectus causarum
quod ibi ostenditur non sicut p unum s; pmit
tit quo pbet causas ade x non esse pares dicens.
Si enim unius. et c. Quasi uere non est donum x
ut delictum ade. quia delictum ade unum quo
multi mortui sunt. xpi uero gra multiplex est qua
multi uiuificati. Si enim unum delictum multos
mortificare potuit patet quod multiplex gra
uiuificare multos pot mag. Causa enim xpi
gra habundans ex qua omnia bona sunt hoi
sed quam nichil habet boni causa ade est peccatum origi
nale cuius rei sunt omnes carnaliter geniti. Ce
tera pecca hnt ex se multa et sic ex illo originali s
ad peccandum mag pni. Preterea in his qui p
xpm redimuntur temporaliter ualet forma mor
tis ex adam. in etnum autem ualebit uite forma p
xpm. Quamuis ergo adam sit forma futuri plus tamen
pstat x regenitis quam eis noceat ada generatis.

Et bn ut causa xpi omnibus suis pdest quia sic adam
omnibus suis nocuit. et hic ut potuit suis. Et hoc est sicut
et c. Quasi. Vere non ita est donum ut delictum. enim
et quia unius hominis ade delicto uno quidem sed ipse
plura admisit in posterioribus tamen non nisi unum ori
ginale traiecit multi. s. filii omnes qui ex eo carnaliter
geniti mortui sunt. et peccatores constituti. tibi h e
gra dei et donum. et gratuitum donum l gra. et re
missio peccatorum et donum. s. alia dona scilicet spc mul
to magis habundauit. l. multo mag habundans
transiit in plures. et in omnes filios filios eius. ha
bundans autem maior est omnibus suis mag pdest quia
non solum illud originale. s; et addita pecca soluit
Vocat donum datur in gra unius hominis. ihu x
et p gra x. Gram x dicit pfectionem uirtutum
que in xpo fuit qui p suam bonitatem de sua pleni
dine nobis tribuit. Et nota plures non ibi poni
comparatiue s; absolute tamq dicet multos. Non
enim plures iustificantur p xpm quam condempna
tur p adam. s; ita dicendum est multo mag habundauit
ut donum x delicto ade comparetur et pferatur.
Adam quippe ex uno delicto reos genuit x autem gra
et delicta ppria uoluntatis que originali culpe
in qua nati sunt addiderunt soluit atq donauit.
Maior e g ca x. quam ca ade. Sequitur. Et p aliud

Et non sicut p unum peccatum ita et donum. Nam iudicium ex uno in condempnationem gra autem ex multis delictis in iustificationem.

Hic ostendit dispares esse effectus cau sarum. q. d. Non solum cause sunt dispa res s; et effec tus et. quia non sicut p unum peccatorem fit ita fit p donum. s; plus fit p donum et hoc pbat. Nam

iudicium dei est pcedens ex uno tantum delicto origi
nali ab adam traducto in condempnationem
corporalis et eterne mortis. Gra autem x non ex uno tantum
s; ex multis delictis pcedit in iustificationem
quia non solum ignoscat s; iustificat. Ideo. Et
attende quod dictum est iudicium ex uno in

Nota. Notas. Ro. ad. Nota. Vide

Dimo. Nota de bapt paruulorum. Nota cenchris

Ag. i enchirid.

Caue quia plus mali remouit xpc quam intulit adam.

condempnationem quod non ideo dictum est quod illud solum quod originaliter trahitur iudicio sit dampnandum sed quia illud et si solum sit dampnationem facit. Christi autem gratia non solum illud quod originaliter trahitur sed et multa actualia dimittit et insuper iustificat id est de impio pium facit ac deinde de bono in melius proficere.

Ecce in his ostendit effectus causę christi et adę dispares esse. Effectus enim causę adę id est peccati quod intulit est non omnis dampnatio sed quę pro illo uno debetur. Sunt enim ex nostris addite alię dampnationes. Effectus autem donorum christi est remotis omnibus peccatis originalibus et actualibus omnis iustificatio. uita eterna de qua addit in sequenti uersu subdens.

Si enim in unius delicto mors regnauit per unum. multo magis habundantiam gratię et donationis et iustitię accipientes in uita regnabunt per unum ihesum christum.

Sicut. Quasi. Gratia christi procedit in iustificationem et hic hoc sicut est per unum apostolus quia sicut illa id est dampnatio per unum adam sic est et illi potuit et gratia uitę

hoc potest quasi in uitam eternam ducit et recte enim id est quia in unius delicto et si propria non addentur

mors id est dissolutio animę et corporis regnauit id est ante mortem passiones inferens per unum adam quia quasi uires in illo habuit in omnes posteros exercuit quorum materia ille fuit sicut et culpa eius solius fuit quę in omnes transfusa est et si hoc est et homines accipientes a deo non a se habentes habundantiam gratię id est remissionis peccatorum. Habundantiam dicit quia non tantum ipsa soluunt et habundantiam donationis id est karismatum et iustitiae id est bonę operationis. multo magis regnabunt per unum ihesum christum in uita eterna id est eternaliter in corruptione. multo magis dicit hos regnare quam multo maior res est hic quam sit in regno mortis. Vel multo magis regnabunt in uita quam in eis regnauit mors. quia in uita regnabunt eternaliter mors autem regnauit in eis temporaliter et cum fine. Sequitur:

Igitur sicut. Ex predictis infert disputationem suam et eodem

Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condempnationem sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitę.

quod proposuerat concludens. Vel quod adam forma est futuri et quia mauis est donum christi et plus confert quam sicut id est qua digne puniuit d. transiens non in uno sed propagatione in omnes homines iret ab homine transcessit sententia dei in condempnationem

corporis et animę sic et per unius iustitiam ualentem in omnes homines si ipsi uelint itum est ab homine transcessit sententia dei in iustificationem que est causa uitę.

Attende quod apostolus uidens non sola imitatione adę fieri peccatores sed propagatione nec sola imitatione christi iustificari sed regeneratione spirituali dixit omnis et omnes non quod omnes geniti per adam regnent per christum sed quia sicut nullus generatio carnalis est nisi per adam sic spiritualis nulla regeneratio est nisi per christum. Si qui essent preter adam generati et aliqui preter christum regenerati non diceret omnes et omnes. sic autem nullus est homo preter illam generationem sic nullus est iustus preter istam. Nemo enim nascitur nisi per concupiscentia carnali que tracta est ex primo homine et nemo renascitur nisi gratia spirituali que data est a secundo. Eo modo posterius dicit multos. Aliter ab illo loco sed non sic delictum dixerat quod adam est forma futuri. forma utique in hoc est quod unus crimen dat quod unus peccauit sed tamen causa adę non est talis qualis causa christi quia unum est delictum adę quo multi id est similiter preuaricantes mortui sunt. gratia uero christi et plures transit qua et in hos et in non similiter preuaricantes.

Attende quod agit hic de actuali peccato adę quo dicit mortuos illos qui actualiter peccauerunt ad similitudinem eius et legitur eius plures comparatiue. q.d. Vere non ita est donum ut delictum. si enim in unius delicto multi mortui sunt id est imitantes preuaricationem eius. multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis ihesu christi in plures. plures enim gratiam consecuntur per christum quam mortui sunt delicto adę quo mortui sunt qui in similitudine preuaricationis adę peccauerunt. Gratia autem christi et in eos qui similiter peccauerunt et in eos qui non peccauerunt

Ag. de bap. paruul.

Ag. adu.

dimit

dimit

dimit

dimit

in similitudinem prevaricationis ade. habundavit.
Nam et in multos qui neglecto deo servierant
creature nec ab hac vita decedentes a secunda morte exci-
Amb. pientur et in auctores unius dei qui in parentum pecco-
[illegible] ex dei sententia apud inferos tenebantur gratia ha-
bundavit in descensu salvatoris omnibus dans
indulgentiam cum triumpho sublatis eis in celum.
Sequitur. Et non sicut per unum peccantem sic ita sit
et per donum. Nam iudicium dei procedit ex uno
Amb. in condempnationem gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Manifes-
te ergo divisum est quia in uno peccato ade similes ei
dampnati sunt gratia vero non ex uno sed ex multis peccatis
iustificavit homines id est in vitam perduxit quod bene po-
tuit enim. id est quia in unius hominis delicto per unum. scilicet mors.
Amb. scilicet diabolus vel peccatum. Et attende quod ait mors
regnavit. Non regnans concordans superiori sensui ubi
dixit mortem regnasse usque ad moysen. quia qui post le-
gem nota dei iudicio timorem eius habuerunt sub-
lati sunt de mortis imperio. Aliter ut dum sub lege. ti-
Amb. mor dei intrasset non erat mors in similes ei prevaluit.
Ubi ibi regnavit mors multo magis homines ac-
cipientes habundantiam gratie et donationis et iustitie
Amb. in vita regnabunt per unum ihesum christum. id est multo
magis gratia regnare debet que in plures transit
quam mors vitam confert eternam. Quod autem postea
Amb. dicit omnes similiter peccantes accipit. Id est omnes
credentes dicit. id est est quod dicit et subdit. Ergo sicut per unius delictum
transiens in omnes homines similiter peccantes ita
est et econtra. sic per unius id est transeuntem in omnes homines credentes iusti-
Amb. ficatio vite. Non enim est generalis dampnatio vel iustifi-
catio in omnibus. Unde precavit. Sicut enim et cetera.
Sicut enim per ino-
bedientiam unius
hominis peccatores
constituti sunt mul-
ti. ita per unius obedi-
entiam iusti consti-
tuuntur multi. id est

Sicut enim et cetera.
Iniciam
determinat
delictum u-
nius et iustitia
an unius ut
sicut ille in uno
peccato perdidit
ita iste in uno
iustitie nos
liberasse videatur
et ordinem assig-
nationis in
superius loqui
ceperat. scilicet quod
adam sit forma futuri. explicat hic dicens. Sicut enim

per inobedientiam unius hominis. scilicet ade peccatores con-
stituti sunt multi, id est omnes sui qui non christi sunt. ita et
contra per obedientiam unius hominis. id est christi, iusti consti-
tuuntur multi. id est omnes sui. Et nota quod non ait per
unius dei verbum. sed per unius hominis obedientiam iusti-
ficari ne putes antiquos iustos solo verbo dei id est solius
verbi fide sine fide incarnationis liberari sine qua nec
Aug. ad optatum. antiqui nec moderni liberari potuerunt. Illa vero fides
sana est qua credimus nullum hominem sive maioris
sive parvule etatis liberari a contagio mortis antique
et obligatione peccati quod prima nativitate contraxit nisi
per unum mediatorem dei et hominum hominem christum ihesum.
Cuius hominis eiusdemque dei saluberrima fide et illi iusti
salvi facti sunt qui priusquam veniret in carnem
crediderunt in carne venturum. eadem fides namque est et
nostra et illorum. Proinde cum omnes iusti id est veraces dei cul-
tores sive ante incarnationem sive post nec vixerint nisi
vivant nisi ex fide incarnationis christi. profecto quod scriptum est.
non est aliud nomen sub celo in quo oporteat salvari nos
ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum
ex quo in adam viciatum est. Ille unus peccatum
misit in mundum iste vero unus non solum illud unum
sed et cuncta abstulit que addita invenit. Ecce os-
tensum est quomodo christi gratia ade delictum superat quia
non solum originale ab adam propagatum sed et actualia
superaddita solvit et iustitiam ac vitam prestat. que
gratia antequam operetur in homine impius est atque
infidelis. per fidem enim impius iustificatur. Sic ergo per
Aug. fidem virtutem adultus iustificatur. ita et per fidei sacra-
mentum parvulus de impio fit pius de infideli fidelis. De peccato originali
Sed queritur iulianus. Per quid peccatum in parvulo
invenitur ita inquiens. Non peccat iste qui nascitur
non peccat ille qui genuit. non peccat ille qui condidit.
Per quas ergo rimas inter tot presidia innocentie peccatum
fingis ingressum. Cui respondet sancta pagina. Per u- Responsio.
num hominem ait apostolus peccatum in mundum intravit.
per unius inobedientiam ait apostolus. Quid querit amplius.
Quid querit apertius. Quid querit inculcatius. Quid
querit latentem rimam cum habeat apertissimam ianuam.
Aug. [illegible] Sed inquit. Si per hominem peccatum intravit in
mundum peccatum vel ex voluntate vel ex natura est. Si autem
ex voluntate est mala est voluntas que peccatum facit.
Si autem ex natura mala est natura. Cui respondeo. Ex vo- Responsio
luntate peccatum est. Querit forte utrum originale
peccatum ex voluntate sit respondeo. Id
propterea sine dubio et originale peccatum ex voluntate est quia hoc ex voluntate Iuliande

primi hominis seminatum est ut in illo esset, et in omnes
transiret. Quod autem dixit si ex natura peccatum est tunc
De origine mali. mala est natura quaeso ut si potest respondeat. Manifes-
tum est ex voluntate mala tamquam ex arbore mala
fieri omnia opera mala tamquam fructus malos. Sed ipsam
malam voluntatem unde dicet exortam nisi ex bono.
Si enim ex angelo: quid est angelus nisi bonum opus dei.
Si ex homine: quid erat ipse homo nisi bonum opus dei.
Immo quid erant haec duo antequam in eis oriretur ma-
la voluntas nisi bonum opus dei et bona et laudanda natura.
Ecce ex bono oritur malum nec fuit omnino unde oriri
posset nisi ex bono. Dico ergo quia voluntatem malam
18 nullum malum praecessit. Item dicit. Si natura opus dei est
opus diaboli transire non sinitur. Sed nonne opus
diaboli quando primum fuit in angelo qui diabolus
factus est ortum est in opere dei. Quapropter si malum
quod omnino nusquam erat in dei opere oriri potuit
cur malum quod alicubi iam erat in opus dei transi-
re non potuit. Homines autem sunt opus dei. Pertransiit
ergo opus diaboli per opus dei. id est quia diabolus est factura
et opus dei pertransiit opus operis dei per opus dei. et venit
usque ad parvulos qui in ramo nichil commiserant.
Augustinus de bapt. parvul. sed in radice perierunt. Hic habent mali nisi quod de
fonte traxerunt nisi quod de origine traxerunt.
Communis ergo fuit perditio communis est inventio.
Sicut enim per inobedientiam Ade multi constituti sunt peccatores ita
Augustinus de spiritu et litera et per unius obedientiam iusti constituentur. Sequitur: Lex autem

Lex autem sub intravit ut habundaret delictum.

etc. Ostenderat apostolus
dimitti omnia peccata
tam originalia quam
actualia. Nunc addit
quod in ea peccato legis ha-
berent id est a praevaricatione
ut iudicio magis sit
In unde obnoxii. q.d. Per Christum est iustificatio. Lex autem moysi
subintravit. id est latenter intravit post culpam origi-
nalem et actualem. et post naturalem legem. ut ha-
18 Augustinus ad eutropium et paulum. bundaret delictum. id est ut homo superbe fidens de suis
viribus acciperet praecepta in quibus deficiens et factus
praevaricator liberatorem salvatoremque requireret.
Atque ita eum humilem factum timor legis tamquam
Augustinus in psalmo cxviii. pedagogus ad fidem gratiamque perduceret. Oportebat ergo ut
superbis et de libertate sui arbitrii praesumentibus lex dare-
Augustinus in eod. tur qua praevaricata suam infirmitatem et legis in-
sufficientiam peccatum non consumentis intelligentes
humiliarentur et ad subvenientem currerent gratiam.

Datis enim in peccatis et viribus suis multum assig- Aug. s. l
nantibus datur lex a deo ad domandam superbiam qua di-
cebant non deest qui impleat sed deest qui iubeat.
Horum ergo superbiam volens domare deus legem dedit quae dicit
hominibus. Ecce do vobis praecepta ne putetis deesse
iubentem. non deest qui iubeat sed deest qui impleat.
quia homo in peccato natus implere non valet ideoque
natus est a Christo. id est gratia quae sanaret. Hac ergo dispensati- Aug.
one lex data est. ut crescente peccato humiliarentur Aug. in ps.
superbi et humiliati confiterentur et confessi sanarentur. cu.
Non crudeliter hoc fecit deus sed consilio medicinae. Ali-
quando enim homo videtur sibi sanus et egrotat.
Et quia non sentit medicum non quaerit. augetur morbus
crescit molestia quaeritur medicus et totus sanatur corpus.
Magnum ergo dei consilium fuit ut per legem habun-
daret delictum ut in austeritate legis suam in- Aug. ad
telligentes infirmitatem. infirmi ad medicum con-
fugerent et auxilium gratiae quaererent. Per legem
autem dicitur habundasse delictum non quia lex de- Aug. in
lictum iubet sed quia eo quod gratia ibi non erat. posicione
auctum est ex prohibitione desiderium et est quasi ex epistole ad
propria virtute factum est grande vicium. Sic ergo ha- Romanos
bundavit peccatum. quia et concupiscentia ex
prohibitione ardentior facta est et peccantibus contra
legem praevaricationis crimen accessit. Consilium
autem dei quo legem dedit iudeos nescisse satis signi-
ficavit isto verbo. Lex subintravit etc. Ut ita. lex
subintravit ut h. d. id est lege data habundavit delictum.
Dicit enim hic apostolus quid provenerit data lege non Ambrosius
quid fecit lex data erat in adiutorium naturae
ut quia ipsi naturae quodammodo inserta sunt iustitiae
semina adderetur lex cuius auctoritate et magis-
terio ingenium naturale proficeret ad fructum iustitiae
faciendum. Sicut enim nativitas infantis nisi
nutrimenta habeat quibus fota adolescat et ita na-
turale iustitiae ingenium nisi habeat quod respici- Ambrosius
at et vereatur non facile proficit sed egrotat et superveni-
entibus cedit peccatis. Consuetudine enim delin-
quendi premitur ne crescat in fructum et prorsus extinguitur.
Providenter ergo et ad bonum data est lex. sed populus vet- Ambrosius
erem usum sequens multiplicavit peccata. ipso enim
usu plus coepit peccare quam ante peccaverat.
Et sic factum est ut data lege non minuerentur.
sed habundarent peccata diabolo invertente legem
bonam in malum. contra quod deus omnia dimi-
sit sicut consequenter ostendit. Ut ita lex sub. ut h. d. id est.

ad hoc data fuit ut per eam habundantius cognosce
retur delictum. Si enim lex non fuisset, peccatum
lateret sed per legem ingnita peccatorum et prevaricationes eum homo
agnovit ut qui in sordibus erat prevaricando magis
sordesceret et se sordidum cognosceret. Lex ergo auctrix est homini.
Demonstranda enim fuerat homini fiditas languoris
sui ut videret non modo doctorem sibi necessarium verum
adiutorem. ¶ Preterea data fuit lex ut mediocris peda
gogum haberet et perfectus signum et durus sentiret fla
gellum. Et quia hic de lege magnus sermo occurrit.
videndum est quibus modis lex accipiatur. et cui populo
data sit. et quare illi et non alii. et quibus et per quibus de illo
populo sit data. Postremo quibus de causis data sit sum
matim dicendum est. Lex ergo aliquando dicitur to
ta scriptura veteris testamenti aliquando scriptura quinque
librorum moysi. aliquando decalogus scriptus in tabulis
aliquando cerimonialia tantum. id est figurativa secundum litteram.
aliquando littera cum spirituali intelligentia. aliquando
observantia alicuius mandati. sicut in eadem lege sepe dicitur.
Hec est lex pasche. hec est lex lepre. hec est lex holo
caustorum et huiusmodi. Inde est quod sancti de lege va
rie loquentes. dissentire atque contraria dicere videntur.
Ait enim dominus per ezechielem. Dedi eis precepta non bona
et iustificationes non bonas in quibus non vivent.
Cui concordat apostolus dicens. Lex neminem ad perfectum
perducit. Et item. Lex iram operatur. et hic. Lex habun
davit et cetera. Et dominus in evangelio. Nisi habundaverit ius
ticia vestra plusquam scribarum et phariseorum et cetera. Hiis autem contraria videntur
et alia. Iusticia legis suo tempore custodita non
solum bona temporalia sed vitam conferebat eternam.
Et apostolus ait. Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum
et iustum et bonum. Et dominus in evangelio. Non veni
legem solvere sed adimplere. Ut ergo hec sicut videntur
non esse contraria pateat sciendum est hec esse
dicta secundum diversas legis acceptiones. Cum enim dicitur
dedi eis precepta non bona et iustificationes non bonas in quibus non vivent
intelligendum est hoc de preceptis legalium ceri
moniarum que dicuntur non bona non quia mala
essent sed quia non bonos faciebant observantes secundum
litteram id est littera moralium sine gratia. Hoc modo et alia
accipienda sunt que dicta sunt in hac parte. Que
autem econtrario dicuntur accipienda sunt de lege secundum
spiritualem sensum vel moralia que in evangelio non tolluntur.
sed adimplentur. sicut in matheo ostenditur. Lex autem
data est populo iudeorum tantum. ideo quia ille populus solus unum
deum colens dignus erat cui eloquia dei crederentur ceteris

ydola colentibus. Ideo etiam quia de hoc populo nasciturus erat dei
filius. ideo data fuit ei lex per quam illud intelligeret et dei
filium venturum expectaret. Cum lex data sit illi populo
data est etiam omnibus generibus hominum. que erant in illo populo
scilicet non pro omnibus. Erant enim in illo populo tria genera
hominum. scilicet duri. incipientes. et perfecti. Hiis omnibus
data est lex sed non pro omnibus. Data est duris in flagel
lum. incipientibus in pedagogum. iustis in signum.
Sed non pro iustis data est. Ut enim alibi ait apostolus pro iusto
lex posita non est. quia per eam nichil iusticie accrevit.
Legem autem hic accipimus scilicet legalia. Legalia vero dici
mus que in lege instituta sunt. et cum lege terminata.
Lex autem data est ad domandum superbum ad flagellandum
durum ad instruendum incipientem. ad ostensionem
delicti et humane infirmitatis. et ad manifestationem
et testimonium gratie et futurorum significationem.

V bi autem habunda
vit delictum super
habundavit gratia ut
sicut regnavit pecca
tum in mortem. ita
et gratia regnet per
iusticiam in vitam e
ternam. per ihesum christum
dominum nostrum.

Sequitur. Ubi autem.
Hic agit de
virtute gratie
et quanta efficacia
gratia ostendit.
Quasi. Lege da
ta habundavit
delictum sed non
ideo despiciatur
iudeus quia
ubi scilicet ha. et cetera
Ut ita conti
nua delictorum
habundavit
per legem per legem
scilicet et hoc sanat
christus quia ubi
superhabundavit
delictum superhabundavit gratia

omnia condonans. Totum enim quod de adam traxisti to
tum quod tu spiravit moribus addidisti. dimisit to
tum delevit oratione docuit certantem induxit laboran
ti subvenit. victorem coronabit. Ut superhabundavit gratia quia
non solum a preteritis peccatis absolvit verum etiam a futuris conmo
nuit. Ut superhabundavit. quia gratia christi in hiis perficit quos diabo
lus vincere non potuit. Vel quia peccatum ad tempus
regnavit gratia autem in eternum. Sequitur. Ut sicut reg
navit et cetera. Quasi. Dico quod gratia superhabundavit eo
tantum tenore ne quis confisus gratie securus peccet sed ut regnat
gratia et per iusticiam ducat ad vitam sicut regnaverat peccatum

ducens in mortem .i. hoc est quod ait. ut sic quasi eo te nore dico gratiam superhabundare. et sicut peccatum quod .i. per adam est quod lege data habundavit quod non est originis sed propriae voluntatis regnavit ducens in mortem eternam ita et gratia remissionis peccatorum regnet in electis per iusticiam bonorum operum perducens eos in vitam eternam .i. hoc per ihesum christum dominum nostrum. sine quo nulla iusticia est. sicut alia peccata praeter adam sunt. Ideo cum dixisset sicut regnum p. i. m. non addidit per unum hominem per adam quia de illo peccato hic agebat. quod non ex adam traxerunt homines sed sua voluntate addiderunt. Cum autem dicit gratia re. i. c. addidit per ihesum christum dominum nostrum. quia per eum non tantum originale sed et voluntariorum fit remissio peccatorum. Ab adam autem tantum illud trahitur quod est originale. Sequitur.

Quid ergo dicemus. Obicit apostolus quod quidam apostolis possent obici. Quidam enim pseudo audientes predicationem pauli et aliorum apostolorum ubi debuerunt accipere vitam acceperunt mortem dicentes apostolos predicare quod quanto amplius homo peccaret tanto magis deo placet ut maiorem gratiam consequeretur. Hoc autem pseudo acceperunt ab illo loco ubi dictum est ubi habundavit d. s. h. g. tamquam dixisset propter habundantiam gratiae perducere peccatum. Hoc dicere est esse ingratos gratiae et hoc est quod opponendo sibi ait. Quid ergo. quasi. Et quia gratia viget ubi delictum habundavit. quid ergo dicemus. Dicemus hoc scilicet quod permanebimus in peccato ut gratia habundet ut quidam nobis opponunt. Absit ut nos hoc dicamus non est enim permanendum in peccato ut quidam nos dicere estimant per maiori gratia non enim peccatis nutritos sed subvenientis auxilio superhabundavit gratia ubi habundavit delictum. Non ergo permanendum est in peccato ut regnet gratia sed potius per ipsam gratiam debemus et possumus esse peccato quasi mortui et sepulti et resurgere in iusticiam et post in vitam eternam quod consequenter ostendit apostolus et primo quod mortui sumus peccato subdens. qui enim. Sicut enim

Quid ergo dicemus. Permanebimus in peccato ut gratia habundet. Absit. Qui enim mortui sumus peccato quomodo adhuc vivemus cum illo.

quasi vere non est permanendum. enim .i. quia mortui sumus peccato in baptismo et liberati sumus a peccato ut iam non dominetur nobis per gratiam dei. Mori enim peccato est liberari a peccato et si hoc est quomodo .i. c. vel si est ibi. qui ita leges et qui hoc iam habens quomodo .i. qua ratione adhuc post tantum beneficium vivemus in illo et reddemus vires hosti. Cum enim peccato est hoc prestitum gratia ut moreremur peccato quid aliud faceremus si viveremus in eo nisi ut gratiae simus ingrati. Neque enim qui laudat beneficium medicinae prodesse morbos dicit et vulnera a quibus illa hominem sanat sed quanto laudibus maioribus medicina predicatur tanto magis vituperantur et horrentur vulnera et morbi a quibus liberat quae ita laudatur. Sic laus gratiae et predicatio. vituperatio est delictorum. Sequitur.

An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in christo ihesu. baptizati sumus in morte ipsius.

An ignoratis. i. c. Hic confirmat quod dixerat. scilicet quod mortui peccato quod fit in baptismo non debemus ei ultra vivere ut iterum mori sit necesse quia cum baptizamur commorimur christo et hoc est quod ait an ig. i. c. Quasi quis diceret. an mortui sumus peccato. Respondet. Utique sumus. quia nos quicumque .i. cuiuscumque conditionis baptizati sumus. aut etiam purificati in christo ihesu .i. in institutione christi quae est in nomine sanctae trinitatis. et in operatione ipsius qui baptizat vere baptizati sumus in morte ipsius. .i. in similitudine mortis christi ut sicut christus semel mortuus est carne et semper vivit ita nos semel mortui malo per baptismum semper vivamus bono. Vel in morte ipsius dicit nos baptizatos quia mors eius causa est huius purificationis et an ignoratis vos hoc oportere. Quasi. Non debetis hoc ignorare. Nota quia sepe arguit nos de ignorantia. Sequitur.

Consepulti enim. Quasi. Vere in baptismate sumus similes morti christi quia et consepulti sumus fide et baptismo cum illo .i. ad similitudinem eius nos dico ducti

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem

ut quomodo xpc surrex a mortuis p glam patris ita et nos in novitate vite ambulemus. Si enim com plantati facti sum9 similitudini mortis eius. simul et resur rectionis erimus.

p baptismum i morte. i. i pec cator abolitione. Ad hoc sumus commortui et consepulti ut quomodo xpc surrex longe a mortuis remo tus. hoc p glam patris. i. p ubi patris hominum unitus p gram di ita et nos amotus resurgentes ad bona opa am bulemus de

bono in melius positi in novitate vite. p iusticiam fidei et spem glorie. Sequitur. Si enim. Quasi. Dico ambulemus in novitate vite. quod possum9. si n nos ex plantati ad similitudinem arboris de mala terra. facti sumus a deo coplantati. i. firmiter herentes similitudini mortis eius. i. sicut ei tutt remo ti firmiter hemus bono deo faciente. i. similes sum9 morti x. simul. i. mox et erimus facti complantati similitudini resurrectionis x. i. firmiter hebimus similitudinem resurrectionis xpi. ut sicut xpc deposita vetustate a morte novus resurrex. ita et nos in no vitate vite ambulemus. tunc dicit nos posse fieri similes resurrectioni. si similitudini mortis eius fuimus complantati. i. si in baptismo omnia vicia deponentes postmodum non peccemus. Nec enim similitudo mortis pstabit similitudinem resurrec tionis ut in novitate vite ambulem9. Nota quod mors qua peccato mortui in baptismo dicimur et vita qua nunc in iusticia. et post eternaliter cum xpo victuri sumus in morte et resurrectione xpi demonstrata sunt. Mors enim xpi et resurrectio non tantum res s. et sacramenta sunt. Quecumque enim gestum e in cruce xpi in sepultura et resurrectione in ascensione in sede ad dexteram patris ita gestum e ut his rebus mistice non tantum dicta s. et gestis configetur vita xpiana.

Attende quod singula que facta s. in his pdictis et quali ex eis xpiana vita configetur. Xpc quia vetus ho. i. i vetustate a primo hoie contracta non culpam s. s penam tamen s. i. situm.

et huiusmodi hoc modo ipam vetustatem finivit et de posuit ut dolorem crucis sustinens sic hret membra distenta in cruce et fixa ne ad priores actus moveantur a quibus et sepultus quievit humanis subtractus aspec tibus. p hoc exigens a nobis ut nram vetustatem peccatorum cum gemitu et dolore penitentie deponamus et membra nra continentie atque iusticie clavis confixa habeamus ne ad priora mala redeamus a quibus et ita pfecte qui escamus ut nec eorum visio nec memoria habeatur et sic ad bona resurgentes in novitate vite ambulemus de virtute in virtutem ascendentes quousque in dextera dei locati deum deorum sicut est videamus. In cruce quod dolore est confessorum in sepultura requies absolutorum in resurrectione vita iustorum in ascensione pfectus pfectorum in consessu ad dexteram gla beatorum. Hec autem a nobis non solum exigit x in sacramento passionis s. et si volumus imitari efficit. Unde subditur. Hoc scientes quia vet ho. etc.

Hoc scientes quia vet9 homo nr simul crucifixus est ut destruatur corpus pecci ut ultra non ser viamus peccato.

Dixit nos p baptismum mortuos esse peccato non debemus amplius vivere in illo s. in novitate

vite ambulare et p quid hoc liceat ostendit. s. quia vetus homo c. e. etc. Quasi dico ambulemus in no vitate vite nos dico scientes hoc quia vetus homo. i. fomes et consuetudo pecci nr. i. qui ex nobis e non ex deo simul cum xpo crucifixus est. i. cum crucifixione xpi ita debilitatus est ut destruatur etc. Vel vetus ho. n. s. cum xpo crucifixus est. i. veteres actus nri morte xpi e cifixi. i. mortui sunt ita ut destruatur dominan te ratione corpus peccati. i. omnia crimina que si mul sunt quasi corpus et congeries pecci. Cum autem di quum similitudine carnis peccati in cruce pe pendit p baptismum id agitur ut vetus ho cruci figatur et corpus peccati destruatur non ita ut e ipsa vivente carne concupiscentia respsa et inna ta repente absumatur et non sit s. ne obsit mor tuo que inerat nato. Nam si post baptismum vixit in carne hr concupiscentiam cum qua pug net eamque adiuvante deo superet si tamen non in

dnio dnit ao aodo ao o ebnr ao ao do bapt par

De concupiscentia que a pecco originali est.

[Q]uacuum gratiam eius suscepit si temporibus esse noluit. Non itaque hoc prestatur in baptismo nisi forte miraculo ineffabili creatoris ut lex peccati que est in membris prorsus extinguatur et non sit. sed ut quicquid mali ab homine factum dictum cogitatum est. cum eidem concupiscentie subiecta mente serviret totum aboleatur ac velud factum non fuerit habeatur. Ipsa vero concupiscentia soluto reatus vinculo quo per illam diabolus animam retinebat et a suo creatore separabat maneat in certamine quo corpus nostrum castigamus et servituti subicimus. Vetustas itaque nostra pene et culpe que est ex maledicto primi hominis in cruce christi destructa est qui nostram mortalitatem suscepit et peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum in eius peccati et mortis figura et moyses in heremo super lignum exaltavit serpentem. Persuasione quippe serpentis homo in dampnationem mortis cecidit. Itaque serpens ad significationem ipsius mortis convenienter in ligno exaltatus est. In illa autem figura serpens pendebat in ligno. Quod autem pependit in ligno crucis in morte domini. ut mortem moriendo superaret. et maledictum gemine vetustatis nostre factus pro nobis maledictum consumeret.

De vetustate

[Q]ualiter autem vetustas nostra in cruce consumpta sit videamus. Vetustas nostra sicut et maledicto in duobus consistit. scilicet in culpa et in pena. Alterum assumpsit christus. id est penam. Unde et dicitur. Factus maledictum. utrumque in nobis consumpsit quia nostram duplam vetustatem sua simpla consumpsit. Unde et uno die et duabus noctibus in sepulchro quievit. Per unum diem simpla eius vetustas signatur. per duas noctes gemina nostra vetustas. Quievit ergo in sepulchro una die et duabus noctibus quia sua simpla vetustate nostram geminam tulit. Qualiter ergo videamus culpam de lucro tria. presentem preteritam et futuram. Preterita peccata tulit. ea remittendo presentia homines ab eis retrahendo. ut remittendo. futura vero non ea remittendo tulit sed gratiam qua vitarentur conferendo. Et futura tulit quia ut non fierent fecit. Penam quoque similiter consumpsit. Est autem pena duplex gehennalis et temporalis. Gehennalem penitus consumpsit ut eam non sentiant vere penitentes. Temporalem vero nondum penitus tulit. Manet enim fames sitis mors et huiusmodi. sed regnum dominii eius decrescit et tandem in novissimo eandem penitus exterminabit. sicut aliquis capiens hostem atrocissimum non statim interficit eum sed patitur eum cum dedecore et dolore aliquantulum vivere. ita christus penam penitus

augustinus
Augustinus contra maximinum hereticum. Augustinus contra iulianum hereticum. et de enchiridio.

alligavit in futuro autem perimet. Victa est ergo mors cum triumpho et cum ea diabolus sed nondum penitus interempta. Hinc est quod petrus ante passionem ad vocem ancille negavit. postea vero ante reges et presides ductus non cessit. Hoc quoque congrue ut apostolus ait. ut. destruatur corpus peccati. carnis subdita spiritui ita ut ultra non serviamus peccato. non debilitatus ita ut destruatur corpus peccati. carnis subdita spiritui. ita ut ultra non serviamus peccato. non ideo ut non sit sed ut non cogamur servire et vere non cogemur quia iustificati sumus et cetera.

Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum christo credimus quia simul vivemus cum christo. Scientes quod christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel.

Qui enim mortuus est peccato. id est qui liberatus est a peccato ut nos sumus iustificatus est a peccato. id est liber est a peccato. Si autem mortui sumus. id est sicut a mortui sumus peccato sic et semel mortuus est pene. credimus quia et vivemus. id est non alibi sed ibi id est in eo. id est dicere. Si mortui sumus et cetera. id est simul mortui sicut supradictum est per predicta sibi habebimus quod vivemus in eo eterna vita. Vivemus dico vita illa vita. scientes quod christus resurgens longe ex mortuis. id est a mortuis iam. id est post hac non moritur. id est non dissolvitur. dum mors autem reatus. mors illi ultra non dominabitur aliqua passione. Sequitur. Quod enim mortuus et cetera. Quasi vere non moritur quia est mortuus semel. Ideo semel quia mortuus pro peccato. tollendo scilicet una morte sua. quod ad hoc suffecit. Vel mortuus est peccato. id est peccati similitudini. id est carni in qua non erat peccatum sed similitudo peccati. Cum mortuus est christus moriendo exutus est carne mortali. simul peccati. Per quod sacramento baptismatis quod in nobis celebratur commendat apostolus. Ut quomodo ille semel moriendo similitudini peccati mortuus predicatur. ita quicumque fuerit in illa baptizatus eidem rei cuius illa fuit similitudo moriatur. id est peccato vivat a lavacro

renascendo sicut ipse a sepulcro (resurgendo) quamlibet etate gerat a paruulo enim recenter nato usque ad decrepitum senem sicut
nullus prohibendus est a baptismo ita nullus est qui peccato non moriatur in baptismo. sed paruuli tantum originali
maiores uero et actualibus que originali addiderunt. Nota est quod apostolus hec dicendo uoluit intelligere mortem
deum non fecisse quam utique deus non fecit sed homo manibus uerbis accersiunt. ¶ Attende quod hic et alibi augustinus
dicit deum mortem non fecisse. Id tamen alibi ita dicit. Uidendum est ne male intelligatur quod dixi deus mali
auctor non est. qui omnium que sunt auctor est. quia quantum sunt in tantum bona sunt. et ne inde putetur non ab illo
esse pena malorum que utique malum est hiis qui puniuntur. sed hoc ita dixi quemadmodum dictum est deus mortem non fecit. cum
alibi scriptum sit mors et uita a domino deo est. Malorum ergo pena que a deo est malum est quidem malis sed in bonis dei operibus est.
quoniam iustum est ut mali puniantur et utique bonum est omne quod iustum est. Sic ergo dicitur deus non fecisse mortem quamuis
fecit illud per quo mors infligitur. id est peccatum. Non enim deo auctore fit homo deterior sed uicium uoluntatis. quo homo est deterior
est quod uicium longe est a dei uoluntate. deo autem auctore cum dicitur deo uolente. dicit per. Sequitur. Q uod autem. Qualiter mors non

Quod autem ui
uit uiuit deo.
Ita et uos existi
mate uos mor
tuos quidem esse
peccato. uiuentes
autem deo. in christo
ihesu domino nostro.
Non ergo regnet
peccatum in
uestro mortali
corpore. ut obe
diatis concupis
centiis eius.
Sed neque exhibea
tis membra uestra
arma iniquitati

dominabitur christo. sed potius uiuit et quod uiuit non qualitercumque uiuit sed uiuit deo. id est ad
similitudinem dei patris quia sicut patris uita uita christi. nullam inquietudinem
recipit. Sequitur. Ita et uos. quicquid supradixit esse hominibus per gratiam christi. Hic roma
nis attribuit. quasi dicat. Sicut christus semel mortuus est et postea semper uiuit ita et uos
o romani existimate uos mortuos quidem peccato uiuentes autem in uirtutibus deo. id est in
honore dei. et est sensus. Sicut christus mortuus est semel ita peccatum in uobis moriatur
semel ut non oporteat iterari. et sicut christus semper uiuit ita uos semper uiuatis uirtutibus
et hoc in christo ihesu domino nostro. id est in opere christi alibi nulla spes est. Sequitur. Non ergo regnet.
Quia supradixit nos mortuos esse peccato mon debere uiuere in eo. cum nemo sine peccato
sit. determinat a quibus maxime est cauendum. ut scilicet non obediamus concupiscentiis. qui
concludat illud quod superius querebatur. scilicet permanebimus in peccato et cetera quasi dicat. Quia ita
mortui estis ergo peccatum. id est fomes peccati. etsi sit non tamen regnet eius in corpore uestro scilicet quod
uestri iuris per gratiam corpore dico nunc mortali per peccatum sed fiet immortale in futuro.
si non regnet modo peccatum. Ut non regnet per id est causa. per hoc mortali meritum. uel quod
per hoc mortuum est meritum. quod regnauit peccatum. Lex carnis est quam hic
peccatum appellat apostolus cum ait. non regnet peccatum. que lex et peccatum non sic manet
in membris eorum qui ex aqua et spiritu sunt renati tamquam non sit eis facta remissio ubi
omnino (plena) fit remissio peccatorum interfectis omnibus quibus separabamur a deo. sed rema
net in uetustate carnis tamquam superatum et peremptum nisi illicito consensu quodammodo
reuiuiscat. et in regnum proprium dominationemque reuocetur. non regnet dico ita ut
obediatis consentiendo et operando concupiscentiis eius. id est si cupiatis ex infirmitate. Si
enim consensus non regnat. peccatum. Et non solum non obediatis sed et neque exhi
beatis membra uestra peccato. id est concupiscentie que tunc sunt arma iniquitatis. scilicet quibus impleatur
iniquitas et est sensus non solum non obediatis concupiscentie sed nec et concupiscatis et
est exhibere et habilia facere membra peccato que tunc sunt arma iniquitatis. ¶ Hic autem nota
quod concupiscentia aliquando est nomen fomitis. scilicet uicium innati. aliquando actus
interioris. qui est et in primo motu qui dicitur propassio. et in secundo qui dicitur delectatio in
tertio qui dicitur consensus. Hic uero non prohibet concupiscentiam que est in primo motu
quia non est in potestate nostra quin surgat sed dei gratia conpescere possumus ne usque ad
delectationem et consensum perueniat qui prohibetur. scilicet ut mente non delecteris uel consentias
concupiscentie carnis que ex languore ueniens rebellat ad usus tuos. Languor autem
iste tirannus est qui mouet mala desideria. Est ergo in nobis concupiscentia que non est
permittenda regnare sunt reius desideria que sunt actuales concupiscentie que sunt
arma diaboli. Ex ea enim occasio datur illi ut deserente nos deo accepta potestate illu
dat et mortificet. Si ergo uos uis esse uictor tiranni et inermem inimicum inuenire. et licet subiecere non obedias concupiscentie

Intende
Dicit et libro ypognosticon
Dicit et retractationibus libro
Intende
Dicit de quest. lxxxiii.
A...
dicitur
Dicit
Dicit de bapt. par.
Intende
¶ De originali peccato.

male operando sicut concupiscentiis delectando vel consentiendo. Sed potius exhibete. i. habiles facite uos deo. uos dico tanquam ex mortuis uiuentes. quasi exhibere uos deo debetis et potestis quia estis uiuentes uirtutibus. i. debetis quia prius mortui eratis peccato et si implere non potestis opere quod bonum est. i. saltem uelitis per quos habiles eritis et parati et hoc est quod dicit cum subdit et membra uestra exhibete deo ut sint arma iusticie quibus s. impleatur iusticia. Sicut enim peccato prebemus arma membra nostra cum male agimus ut ubi gratia si surgentia ire damus vel linguam ad maledicendum vel manum ad percuciendum ita et iusticie arma damus cum recte utimur membra nostra custodientes ab omni turpitudine. Sequitur.

Peccatum enim. Quasi quod dixi facite quod et leuiter potestis peccatum enim uobis iam non dominabitur ut olim solebat. Non enim estis sub lege que non iuuabat sed estis sub gratia que refrigat i. iuuat. ut i. quisque legis sit factor sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor. Sequitur. Quid ergo. Quasi. Quia non sumus sub lege que terret sed sub gratia que bonum permittit. Quid ergo faciemus an s. peccabimus hac fiducia quoniam non sumus sub lege sed sub gratia. hoc quidam dicebant qui legem quasi cohercentem predicabant et tenendam quod apostolus remouens ait. Absit. Vel ita. Dixi uos esse sub gratia non sub lege et quoniam lex a deo est ne per hoc ei fieret opponeretur ipse sibi opponit quasi lex quia a deo est. Quid ergo dicemus. Dicemus hoc s. quod peccabimus quoniam non sumus sub lege sed sub gratia. i. quod legem dimisimus per gratiam. Absit. Sequitur. An nescitis. ne aliud profitentes aliud faciamus et cum dei serui dicimur gestis serui diaboli inueniamur premonet et denuntiat nos esse suos eius cuius uoluntatem explemus operibus. quasi non debetis peccare sed bonum operari quoniam cui exhibetis. i. affectatis uos seruos uel promptos ad obediendum consentiendo et operando. serui eius estis. i. cogemini quadam necessitate quam importat consuetudo ad uoluntatem eius cui obedistis. i. postquam ei obedistis et si non ante cum primum exhibetis uos. i. an nescitis hoc. Serui eius estis dico. s. siue peccati ducentis ad mortem. i. ad peccatum maius vel ad eternam penam. siue obeditionis. i. iusticie ducentis ad iusticiam maiorem vel eternam uitam. Sequitur. Gratias autem et cetera. Quasi cuius estis cui uos datis ego autem deo gratias ago de eo quod cum prius essetis serui peccati modo non estis. et hoc est quod ait sic lege littera. Quasi. Ita est ut dixi et hoc in uobis apparet qui fuistis aliquando serui peccati. nunc autem obedistis et per hoc facti estis serui ~~estis facti~~ serui iusticie. i. Christi. Obedistis dico non specietenus. sed ex corde. i. animi iudicio quia per naturam non per legem ex uoluntate non ex timore obedistis fidei. de hoc autem ago gratias deo. s. quod cum prius essetis tales modo non estis uos dico tendentes in eam formam doctrine. i. in doctrinam que est forma nostra. Doctrina enim euangelii est forma que imaginem dei deformatam restituit. In eam formam dico in quam formam non per uos sed gratia dei traditi estis et per hoc liberati estis penitus a peccato. i. a fomite ne regnet. Serui autem facti estis iusticie consentiendo et operando. Sequitur. Humanum dico. Hactenus ostendit apostolus non esse peccandum hic dicit quid deinceps sit agendum. s. ut seruiant

peccato sed exhibete uos deo tamquam ex mortuis uiuentes et membra uestra arma iusticie deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis sed sub gratia. Quid ergo. Peccabimus quia sub lege non sumus sed sub gratia. Absit. Nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum serui estis eius cui obeditis. siue peccati ad mortem siue obeditionis ad iusticiam.

Gratias autem deo quod fuistis serui peccati obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in quam traditi estis. Liberati autem a peccato serui facti estis iusticie.

Humanum dico propter

iusticie de quo nullus est qui possit se excusare quia nullus est qui non possit bonum operari. saltem uoluntate quod tamen est per gratiam. Et ne religio christiana quasi importabilis et aspera uideretur. uideo suggerit humanum quiddam .i. leue precipit. scilicet ea mensura seruire deo qua prius famulabamur peccato. cum utique propensius debet seruiri deo quam peccato quippe cum hic salus illic dampnatio sit, quasi. Et quia liberati estis a peccato. ideo dico .i. precipio uobis quiddam humanum .i. leue et sine onere. quod quis est adultus sed non consummate iusticie. hoc dico propter infirmitatem carnis uestre. .i. que est ex carne uestra per qua humanum dico quia maiora debem dicere. si possetis ferre

Infirmitatem carnis uestre.

Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticie in sanctificationem.

Cum enim serui essetis peccati liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis.

quia plus seruitutis debetis iusticie quam peccato sed parco infirmitati uestre non exigens plus boni a nobis quam fecistis mali. Sequitur. Sicut enim. et cetera. Hic ostendit illud humanum pudorem incutiens ut dum dicit ut hoc saltem dependant iusticie quod prius inmundicie detulerant. Quid ergo tam humanum .i. tam leue tam sine onere quod pro se nulla possit carnis infirmitas sustentare excusare. quasi dicat. Vere humanum dico quia hoc humanum. Sicut exhibuistis .i. uoluntate duce preparastis membra uestra que uestri iuris erant. si uelletis seruire operando inmundicie carnis .i. luxurie que corpus inquinat. et iniquitati. mentis que et si corpus non inquinet animam tamen corrumpit. Iniquitati dico ducenti ad iniquitatem .i. ad mali consummationem. ita .i. similiter nunc cum sitis liberati a peccato. exhibete .i. preparate membra uestra que uestri iuris sunt seruire operando iusticie ducenti ad in sanctificationem .i. ad boni consummationem. Et est sensus. Sicut tunc nullus timor uos coegit ad peccandum sed libido uoluptasque peccati duxit sic modo ad iuste uiuendum non uos suppliciorum metus urgeat sed delectatio karitasque iusticie ducat. Et hoc quidem quantum mihi uidetur nondum est perfecta sed quodammodo adulta iusticia. Vnde non frustra dicit humanum. humanum enim est quod ait. Sicut exhibuistis uos inmundicie ita nunc exhibete uos iusticie quia plus esse debet amari iusticia quam tunc fuit iniquitas ut scilicet pro iusticia tolleret homo dolorem et contempnat omnia et mortem. Suauior est enim iusticia et lucidior est iusticia quam iniquitas et ideo magis amanda. Appende enim iusticiam et iniquitatem. tamen ne amanda est ista quomodo amata est illa. Absit. ut sic. et utinam et sic amatur. Et plus amanda. Illius omnino. Iniquitatem secutus es uoluptatem. pro iusticia tolera dolorem. Ecce plus. Sed non dicit apostolus plus. sed sicut. Sic non plus seruiatur iusticie et cetera .i. saltem tamen seruiatur quantum tunc iniquitati seruiebatur. hoc dicit ne fides quasi aspera et inportabilis fugeretur. Inueniuntur enim forsitan aliqui qui sic iusticie peccati uoluptatem preposuerunt ita preponant iusticie delectationem uoluptatibus carnis. pro iusticia tamen mortis penas mortemque pati formidet humanum est hoc. parum est non contempnere quicquid te delectabat contempne et quicquid te terrebat carceres tormenta et mortem. Inuitus amatores iusticie uos probate. Sequitur. Cum enim. et cetera. Quasi ideo est seruiendum iusticie enim .i. quia cum essetis serui peccati .i. cum peccatum dominaretur in uobis liberi fuistis iusticie .i. caruistis domino iusticie. Serui addicti questio qualis potest esse libertas. Libertas serui est quando eum peccare delectat. quod est ex libero arbitrio. Liberaliter enim seruit qui uoluntatem domini libenter facit. ac per hoc ad peccandum liber est qui peccati seruus est. sic et iusticie seruit liber qui amat qui letatur. Ipsa est uera libertas propter recti facti leticiam simul et pia seruitus propter precepti obedientiam. Nec est ergo bona seruitus et libertas illa sed mala. Sequitur. Quem ergo. Quasi. Cum seruiretis peccato caruistis iusticia et est fuit uobis fructus talis unde erubescatis et finis mors eterna. Et hoc dicit sub interrogatione. Quasi. caruistis iusticia. ergo quem fructum habuistis et cetera. quasi malum. scilicet maiorem turpitudinem habuistis dico. in illis turpitudinibus peccatorum in quibus .i. in quorum memoria erubescitis nunc. cum sane conuersi estis. Est enim quedam temporalis confusio utilis scilicet perturbatio animi respicientis peccata sua .i. respectione horrentis et humano errore erubescentis. et erubescendo corrigentis.

dominus ... Augustinus ad ... anastasium. Origenes. Augustinus ad anastasium. Augustinus in eodem. dominus. Augustinus in eodem. In nuide. Augustinus. Augustinus in enchiridion. Augustinus in psalmo xxx.

Nam finis illorum mors est. Nunc autem liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei vita eterna in Christo Iesu Domino nostro.

Et nota quod ideo mala priora memorat apostolus, quia cum remotiora faciant priora ab honore et magis obnoxios gere.
[Aug.] Sequitur. Nam finis. Quasi: De fructu quero, nam de fine patet quod scilicet finis illorum, id est exitus vite et ultimum, mors est eterna, que illis operibus ita talia operantibus succedit. A morte enim peccati ad mortem etiam transitur. Ecce libertas eorum et maculis plena et penarum squa-
[Ambrosius] loribus est mancipata. De talibus dicit propheta: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta dicuntur homines irracionabiliter viventes sine honestate morum et rationis. Iumenta que in stercore computrescunt, id est in fetore luxurie et turpitudine viciorum vitam finiunt. Sequitur. Nunc autem. Quasi: Ita fuit vobis tunc cum servi eratis peccato,
[Aug. ad Bonefacium] nunc vero cum conversi estis liberati estis a peccato cui tunc serviebatis. Nota quia supra dixit eos liberos fuisse iusticie, non liberatos. Nunc autem a peccato non liberos dicit, ne sibi hoc attribuant, sed dicit prudenter ac vigilanter liberatos, referens hoc ad illam domini sententiam: Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Sed hec voluntas que in malis libera est, quia delectatur malo, ideo non est in bonis libera, quia liberata non est; nec potest homo aliquid boni velle nisi adiuvetur ab eo qui malum non potest velle. Ideo vigilantissime hic dicit
[In eod. De libero arbitrio] liberatos a peccato et supra liberos iusticie. Liberum enim arbitrium usque adeo in peccatore non periit, ut per ipsum peccent maxime omnes qui cum delectatione peccant et quibus placet quod eis libet. Liberi igitur non sunt a iusticia nisi arbitrio libertatis, liberi autem a peccato non sunt nisi gratia salvatoris. Servi autem. Quasi: Liberati estis a peccato, servi autem estis facti Deo. Quasi palam dico qui tunc liberi fuistis iusticie. Et vos liberati et servi facti habetis in presenti fructum vestrum, id est vobis congruum, vos dico ducti in sanctificationem, id est in virtutum consummationem. Finem vero habebitis vitam
[Aug.] eternam, id est in exitu et fine vite habebitis vitam que est sine fine. Stipendia enim, et cetera. Quasi: Vere finis illorum est mors, quia mors eterna est stipendia peccati, id est digna retributio pro peccato. Vita autem eterna, que est finis iustorum, sola gratia Dei datur, et hoc
[Ambrosius] in Christo Iesu Domino nostro, id est per Christum humanatum. Attende quod loquens de remuneratione peccati stipendium nominavit, et de remuneratione electorum dixit gratiam Dei, quia qui
[Aug.] militant diabolo propter iram mercedem accipiunt quasi stipendium, id est diabolice
[Ambrosius] milicie debitum. Stipendium enim dicitur a stipe pendenda, id est substantia pon-
[Aug. enchiridion] deranda. Antiquitus enim potius ponderabatur pecunia quam numerabatur,
[Aug. enchirid.] que militibus pro patria militantibus ex publico erario tribuebatur. Ideo dixit stipendia peccati, ut mortem peccato non immerito illatam sed debitam demonstraret.
[Aug.] Stipendia enim quasi emeritorum sunt, id est stipendium pro opere diabolice milicie
[Id.] debitum redditur, non donatur. Gratia vero nisi gratis est, gratia non est. Intelligendum est ergo etiam ipsa hominis bona merita esse Dei munera, quibus cum vita eterna redditur, quid nisi gratia pro
[Aug. ad Valentinum] gratia redditur? Quia et merita ex gratia sunt, et ita redditur gratia pro gratia. Possit ergo recte dicere stipendium iusticie vita
[In eod.] eterna, sed maluit dicere gratia Dei vita eterna, ut intelligeremus dominum ad eternam vitam pro sua miseratione nos perducere,
[Aug. ad Sixtum] non meritis nostris. Quid enim est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis
[presbiterum] faciat nisi gratia? Quippe cum Deus coronat merita nostra, nichil aliud coronat quam munera sua. Unde vita eterna que in fine ad eo meritis precedentibus redditur, quia eadem merita quibus redditur non a nobis sunt sed in nobis facta sunt per gratiam, recte ipsa gratia nuncupatur quia gratis datur; nec ideo gratis quia non meritis datur,
[Aug. de correctione et gratia] sed quia data sunt et ipsa merita quibus datur. Confitendum est ergo ideo gratiam vitam eternam vocari, quia his meritis redditur que gratia contulit homini. Unde in evangelio legitur: et gratiam pro gratia, id est pro eis meritis que contulit gratia. Certum est enim vitam eternam bonis operibus reddi, sed ipsa opera quibus redditur ad Dei gratiam pertinere. Unde
[Fulgentius] dominus ait: Sine me nichil potestis facere. Accepimus ergo gratiam pro gratia, scilicet gratiam glorificationis pro gratia iustificationis, id est debitum. Gratia enim iustificationis omne meritum malum delevit indebito beneficio, et gratia confirmat auxilio, cum gratia glorificationis iuste redditur in premio. Sequitur. An ignoratis fratres, et cetera. Hactenus egit

An ignoratis fr̄es scientibus enim legem loquor quia lex dominatur in homine quanto tempore uiuit. Namque que sub uiro est mulier uiuente uiro alligata ē legi. Si autem mortuus fuit uir eius soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera si fuit cum alio uiro. Si autem mortuus fuit uir eius liberata ē a lege uiri, ut non sit adultera si fuit cū alio uiro.

Itaque fr̄es mei et uos mortificati estis legi per corpus xp̄i ut sitis uos alterius

de ui gr̄e, ostendens ex ea non ex lege esse salutē. nunc dicit quod lex ultra non ē tenenda et agit de fine legis. i. per priori inutilitate legis. Ne ergo mirentur romani quod apostolus ait: non estis sub lege sed sub gratia. supra enim dicebatur lex non iustificare. hic dicit cessare quia data est usque ad Christum. Quasi aliquis diceret: Cur dicis per Christum esse uitam non per legis obseruantiam? Respondet: Quia iam finem habet ipsa lex. i. non dat uitam sed auget peccatum. et hoc est quod dicit sub interrogatione. et est ordo uerborum talis. An ignoratis o fratres. hoc scilicet ignoratis quia lex moysi in homine dominatur. ut ei obediat homo quanto tempore uiuit. i. quamdiu statum habet ipsa lex quod non debetis ignorare. enim. i. quia uos scitis legem scilicet moysi. Erant enim romani de iudeis et gentibus. Et ego loquor scientibus legem. in qua quod dico manifestatur si spiritualiter intelligatur. Deinde per simile illud ostendit subdens. Namque sub uiro. per quam similitudinem explanat et probat quod dixerat. Sicut enim mulier uiuente uiro alligata est legi uiri. si autem mortuus fuit soluta est. ita dum lex statum habet ei subiectus est homo.

Vel ita. An ignoratis. Agit de lege naturali. Ut enim firmet animos eorum in doctrina euangelii et retrahat a lege moysi. Utitur exemplo humane legis ut per terrena suadeat celestia. Sciunt enim romani legem utique quia non sunt barbari sed naturalem iusticiam comprehendunt partim ex se partim ex grecis sunt sicut et greci ex hebreis habent. Quasi. Ideo dico per Christum et non per legem moysi. quia lex finem habet quod patet per exemplum humane legis. An ignoratis scilicet quia lex nature que generaliter est sed non per omnes sui partes ab omnibus recipitur et obseruatur. i. hec quanto tempore uiuit. i. quamdiu statum habet. Mortua enim dicitur lex. Non debetis hoc ignorare quia uos scitis legem naturalem et ego loquor. i. hoc de lege naturali licet sit scripta sine consuetudine hominum comprobata ait sub qua erant iudei et greci et latini. Hec enim lex generalis naturalis. Postea uero specialem ponit per quam et uult probare apostolus assertionem suam. Gradatim enim uult tradere eius ueritatem. Unde subdit. Namque sub uiro est et cetera. Quasi. Vere dum statum habet lex dominatur sicut per hoc exemplum ostendo. Nam mulier que sub uiro est uiuente uiro alligata est legi uiri ut non possit discedere ab eo. sic et quamdiu lex moysi statum habet debet seruari. Hoc ergo sequenti exemplo aptius docet christianum a lege factorum exitum non a lege omnium. Sicut mulier a lege uiri liberatur mortuo uiro non a lege nature. nec ultra debet christianus esse sub lege. Si enim lex uiuit et adulter est nec potest esse christianum dici et hoc ostendit positum exemplum exequendo. Si autem mortuus fuit uir eius soluta est a lege uiri. similiter si lex statum amittat soluitur homo. et quia uiuente uiro est alligata legi uiri. Igitur uiuente marito uocabitur adultera si fuit cum alio uiro. sic et qui preuaricatur lege stante peccat. Si autem mortuus fuit uir eius liberata est a lege uiri. Ita sublata lege data remissione peccatorum hii qui iuncti sunt euangelio per gratiam liberati sunt. Sequitur. ut non sit et cetera. Quasi. Ita liberata est mulier. ut non sit adultera si fuit cum alio uiro. sic fini ta lege non preuaricatur qui ad Christum transit dimissis figuris. Mortua enim lege non fit adulterium quod est Christi sit. Immo si quis seruans legem mortuam uult esse fidelis adulter in utroque est nec potest esse christianus. Sequitur. Itaque fratres et cetera. Huc usque similitudo est. dehinc incipit rem loqui. per quam similitudinem induxit et infert a simili. Quasi. Quia ita est in uiro et muliere et cetera. itaque iuxta hanc similitudinem fratres mei uos. i. non dicit apostolus. mortificati

Aug. de lxxxiii q̄onib.

Cum non desinet habere statū solutus homo

Amb

Amb

Cum cessat ei auctoritas.

Aug

Aug

Amb

Aug

Aug de q̄one lxxxii.

Amb — estis legi: dimittitis peccata. i. nichil debetis legi que data est usque ad christum. Quasi.
Nomine dimissi estis legem sed et estis facti ut mortui legi. i. figuratius. Ita enim
hic appellatur lex mortificati dico per corpus christi. i. per misterium incarnationis
et per expletionem veritatis. Et ad hoc estis mortificati legi. ut vos sitis alterius. i. christi cuius
non pudeat vos esse quia ipse est qui ex mortuis resurrexit. cuius utique sumus
ut modo fructificemus deo. qui prius fructificabamus morti sub lege et
ille modo fructificamus deo. in novo homine. Cum enim essemus in carne. i. quando
Amb — carnis sumus operantes quod erat sub lege passiones peccatorum. i. concupiscentie
Aug — que sunt causa peccatorum mortalium. i. consensus et operis sub quibus tamquam sub
viro dominante agebat anima antequam veniret gratia per fidem. Que passiones
per legem erant. et note et in aucte vicio faciente operabantur in membris nostris. i.
ducebant membra nostra ad mala opera. ita ut fructificarent morti. i. ut facerent
Amb — digna eterna morte. Nunc autem cum simus in christo soluti sumus remissis peccatis
Aug de quest. lxxxiii. — a lege que est causa mortis. i. peccati. Aucta est enim concupiscentia cum lex prohibet ubi non erat fides et ad cumulum peccatorum prevaricationis crimen ad
iectum est quia ~~peccatores inficit~~ ubi non est lex non prevaricatio. Vt lex mor
Ambr — tis ideo dicta est que peccatores inficit et reos punit. in qua lege detinebamur
ne umquam [illegible] gratia. Soluti sumus dico ita ut serviamus in novitate (solveremus)
spiritus non in vetustate littere. i. serviamus operibus novi hominis ad que non
nostris viribus et lege attingimus. sed gratia sancti spiritus in quibus sic est immoran
dum ut nichil addatur de legis operibus que vetusta sunt. Vt serviamus
Amb — in novitate spiritus. i. lege fidei. que est in animo innovato quod est in homine facto spiritualem
Amb — ideo recte dicitur lex spiritus in novitate et vetustate littere. i. non in littera legis que scripturam que cessavit.
Aug — Attende quod in precedenti similitudine tria sunt. scilicet vir mulier. lex viri
et rursum in hac re propter quam similitudo inducta fuit similiter tria. scilicet anima pec
catum lex. hoc solum hic diversum est quod in illa vir moritur ut a lege viri
soluta mulier. nubat cui velit. hic autem non peccatum sed ipsa moritur peccato.
Aug de quest. lxxxiii. — Predictis namque passionibus ipsa anima moritur que iam servit mente legi
dei quamvis ipse passiones nondum mortue sint quamdiu carne servit legi
peccati. Restat ergo adhuc aliquid ei qui est sub gratia quod eum tamen non vincat nec captivum
ducat. Sequitur. Quid ergo. Hic queritur utrum ipsa lex sit mala
quia videbatur culpasse legem dicendo passiones peccatorum esse per legem. et
Aug de verbis domini — eandem vocando mortem legis et vetustatem littere. que verba male intellecta
fomitem insanie furori manicheorum subministrant. Manichei enim legem
moysi dicunt non a deo datam et eam evangelio contrariam esse contendunt et
quando cum eis agitur predictis testimoniis apostoli que non intelligunt conantur
convincere catholicos. Quod ergo sensit apostolus posse intelligi opponit ut hoc se intel
lexisse neget et legem legis ipsius laude defendat et quo sensu predicta dixerit
verba aperit. Quasi dicat. Quandoquidem lex mortis est et auxit vires peccati detinens
a bona operatione. Quid ergo dicemus. Dicemus quod lex peccatum est. i.
docens et faciens peccare. et talis per quam donata peccavit actor eius. quod est ma
le reus. Absit. Non enim lex malum est sed potius bonum. quia peccatum
Amb — non cognovi nisi per legem. et quia peccatum fecit agnoscere quia prius nescie
bantur quedam esse peccata et adeo esse gravia et esse punienda. Non ergo dico
prius cognovi peccatum nisi per legem per quam innotuit. et esse peccatum quod
Amb — ignorabatur et esse grave et esse puniendum. Hoc ostendit legem non esse peccatum sed indicem peccati quod intelligitur

qui ex mortuis resurrexit ut fructificemus deo. Cum enim essemus in carne passiones peccatorum que per legem erant operabantur in membris nostris ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur ita ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate litere.

Quid ergo dicemus. lex peccatum est. Absit. Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces.

legem ad hoc datam esse ut non peccatum inseretetur vel extirparetur sed tantum non destrueret quod animam faceret rea(m) — ad simplicitatem

ut quia peccatum sine gratia dei vinci non posset ipsa reatus sollicitudine ad percipiendam gratiam converteret. Quod autem

per legem notum sit peccatum ostendit in parte. Nam concupiscentiam etc. Quasi peccatum non cognovi nisi per legem

sicut in hoc uno apparet: nam concupiscentiam nesciebam esse peccatum vel tam grave nisi lex diceret non concupisces. Ad probandum

dum per legem cognosci peccatum sed insinuatrix peccati per eam. Hoc elegit apostolus quod est generale peccatum scilicet concupiscentia — Au

unde omnia mala venerunt. Bona est ergo lex que dum hec prohibet omnia mortalia prohibet. Non est lex peccatum sed insi

nuatrix peccati per eam factus est homo doctus sed peius est victus dum sine gratia christi erat. Et nota quod ait nesciebam — Au

non ipse hoc dicit sed ex persona sua generale agit causam. Sed queritur que sit ista concupiscentia. Dicunt quidam illam esse — Au — lex

que prohibetur in decalogo cum dicitur non concupisces rem proximi tui vel uxorem proximi. Alii vero generalem qua omnibus concupis — Qo

centiam quorumlibet prohibitorum. Sequitur. Occasione autem accepta etc. Ecce ostensum est quod lex bona est que peccatorum

prohibet et ostendit sed tamen ex ea malum processit quia peccatum id est fomes peccati scilicet vicium concupiscentie quod et carnalitas

appellatur vel peccatum id est diabolus qui est auctor peccati operatum est in me omnem concupiscentiam — dub

scilicet consensus delectationis et operis. aucta enim concupiscentia ex prohibitione legis — Au

quando adhuc deerat gratia liberantis. Vel omnem concupiscentiam id est omne peccatum. Omnem enim — dub

dicens concupiscentiam cuncta peccata significat. Erat enim ante peccatorum sed non omne quando enim — Au ad simplicitatem

prevaricationis adhuc deerat. Sed modo omne peccatum accessit quod est prevaricatio. Operatum

est dico occasione accepta per mandatum id est per legem fomes occasionem accepit per mandatum — Au

quia talis est natura carnalitas ut ardentius desideret prohibita quibus non memo

ratis tacent quasi sopita vel diabolus id est ex mandato accepit occasionem quia videns — dub

legem ministratam hominibus datam magis exarsit iracundia adversus homines

et magis institit adversus legem. ut per illam impugnaret eum quem prius quasi secure pos

sidens minus temptaret. Vel peccatum id est diabolus vel fomes est operatum est in me omnem concupiscentiam.

non mutatur sensus horum verborum et hec per mandatum. Operatum dico occasione ac-

in ipsis rebus ut in sana muliere vel auro et huiusmodi. Attende recte dici

Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.

peccatum operatum omnem concupiscentiam per mandatum vel occasione accepta per mandatum. Minor enim erat concupis — Au de ut dub

centia ante legem quando securius homo peccabat. Habet enim per concupiscentiam et quo trahebat currebat. eloquii ille

cebras blandas ex carnali suavitate iocundas magnam felicitatem putabat. sed veniente lege quasi opposito

obice vidit homo malum suum voluit frenare concupiscentiam noluit post eam. Struxit se conatus est homo

de se presumens concupiscentie fluvium siccare sed non valuit frenatus est quippe fluvius concupiscentie oppositis

obicibus legis sed non siccatus. immo quia de se non de non de gratia homo presumpsit aucta est concupiscentia

opposita lege et que prius eum ducebat obice nullo obruit eum obice rupto. Per legem enim doctus ea prevarica

ta perierit est victus et factus est legis prevaricator qui fuit ante nescius peccator. Ideo bene dicit omnem concupiscentiam.

Omnis enim est quando transcendit legem. Sequitur. Sine lege bene dixit per mandatum sine lege enim id est cum lex non erat — dub

id est cum lex non erat. peccatum id est diabolus vel fomes peccati mortuum erat id est debile quia non ita serviebat ad — dub

illusionem hominis ante legem. Patet quod non ex sua persona sed ex persona hominis generaliter loquitur apostolus et notatur hic

primus actus hominis ante legem id est hic loquitur in persona hominis ante legem. Sequitur. — Au

Sine lege enim peccatum erat mortuum. Ego autem vivebam aliquando sine lege.

Ego autem. Quasi ante legem peccatum erat mortuum ego autem id est natura homo aliquando id est

tempore ante legem vivebam ad comparationem huius mortis cum essem sine lege. Nota

duos homines scilicet interiorem et exteriorem id est rationem et fomitem qui est in carne. In

teriorem dicit consentire legi et eius testimonio bonam esse legem approbat.

Exteriorem vero dicit contra interiorem et contra legem repugnare et captivare et per

legem maiorem potestatem peccandi habere. Sequitur. Sed cum

hic notatur secundus actus sub lege id est hic loquitur apostolus in statu ho

minis positi sub lege qui sine lege vivebam sed cum venisset

mandatum legis peccatum prius sopitum id est exterior homo

scilicet fomes peccati revixit id est cepit apparere et rebellare.

Sed cum venisset mandatum peccatum revixit. — Au

Ego autem mortuus sum et inuentum est michi mandatum quod erat ad uitam hoc esse ad mortem.

Ego autem, interior homo, mortuus sum, aucto peccato et addita preuaricatione. Vel ita ab illo loco: sine lege etc. agit de peccato concupiscentie et de aliis que per legem nota fuerunt, et respicit ad illud quod dixerat: sed peccatum non cognoui nisi per legem. Quasi dicat: uere non nisi per legem, sine lege peccatum mortuum erat, id est ignotum latebat, non apparebat, omnino tamquam sepultum ignorabatur. Ego autem uiuebam aliquando sine lege, id est uidebar michi uiuere quia non timebam mortem ex peccato quia non apparebat. Quasi diceret: nesciebam esse peccatum, et ideo secure uiuebam quasi deus non esset iudicaturus actus humanos. Sed cum uenisset mandatum, peccatum reuixit, id est apparuit et innotuit michi, id est hec tamen reuixit. Sed reuixit, quia uixerat aliquando in paradiso quando contra preceptum datum satis apparebat admissum. Sed cum homines nati peccatores sine mandato uiuerent, tamquam mortuum latebat, sequebaturque concupiscentias carnis sine cognitione, quia sine prohibitione. Sed data lege peccatum in noticiam nati hominis reuixit, quod in noticia prima facti hominis aliquando iam uixerat. Ego autem mortuus sum, id est noui me mortuum, quia uidit se ~~mortuum~~ reum esse apud deum ex hiis que peccabat. Ante enim erat sibi ignotus peccator, sed modo factus est manifestus sibi preuaricator. Et ita inuentum est alicui bene attendenti mandatum legis quod erat ad uitam obedienti et obseruanti, uel erat ad uitam intentione dantis quia bonum erat, hoc idem non aliud esse ad mortem, etiam michi non obseruanti peccanti. Ad mortem autem non ex suo uicio sed ratione predicte occasionis. Sequitur:

Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me et per illud occidit.

Nam peccatum. Quia dixerat mandatum esse ad mortem, quomodo hoc sit determinat, quasi: Quomodo michi mandatum esset, et ad mandatum mortem? Ecce quia per illud seductus sum falsa dulcedine a diabolo uel fomite, et hoc est: Nam peccatum, id est carnalitas uel diabolus, seduxit me, id est a bono ad malum traxit me, occasione accepta per mandatum, quia quando concupiscentia dulcius fit dum uetatur, et sic peccatum fallit per mandatum. Ex prohibitione namque, ubi karitas deficit, desiderium mali crescit, quo aucto dulcius fit quod prohibetur, et ita peccatum fallit falsa dulcedine. Fallax enim est dulcedo quam plures atque maiores penarum amaritudines secuntur. Et non solum seduxit per mandatum, sed et per illud mandatum occidit, quia et reatus preuaricationis accessit. Gladio ergo quem portabas te inimicus occidit; armis tuis te uicit, armis tuis te interemit. Mandato enim tamquam gladio armatus eras ut inimicum occideres, et tu ualeas sed de te presumis. Esto ergo humilis, non de te presumens, sed potius uinces. Vide enim paruulum Dauid contra ingentem Goliam, sed in nomine dei presumentem, non in uiribus suis. Tu uenis ad me, inquit, cum clipeo et lancea, ego in nomine domini dei omnipotentis. Sic omnino non aliter prosternitur inimicus. Vel ita: lege dico quod peccatum seduxit me, et per illud, id est per hoc quod seduxit, occidit me, id est ad ~~uitam~~ eternam dampnationem perduxit. Sequitur:

Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est michi factum est mors? Absit.

Itaque lex. Supra legem peccatum esse negauit, defendens eam a crimine. Hic eandem sua laude defendit. Aliud est a crimine obiecto defendere, aliud debito preconio predicare. Crimen obiectum fuit ubi dictum est: lex peccatum est. Defensio subsecuta est cum ait: absit. Uno uerbo defensa est ueritas, quia magna est defendentis auctoritas. Hic autem uerbo et una laude legem commendat, ne quid suspitionis aduerse remaneret in lege. Quasi diceret: quia lex ad uitam et bona iubet et mala prohibet et fecit peccatum cognoscere, itaque lex quidem est sancta, id est sane docens, et mandatum, id est id quod per eam precipitur, est sanctum in se, et iustum, id est iustificans peccatorem, et bonum, id est utile, uitam adquirens. Sequitur: Quod ergo. Hic queritur utrum lex, si sit bona, sit tamen efficiendo dampnosa, quod ex predictis uidebatur posse colligi. Dixerat enim mandatum esse ad mortem, et dixerat esse bonum. Unde minus intelligentibus uideri potest bonum effecisse mortem, quod sibi opponens remouet, et quo intellectu dixit mandatum esse ad mortem exponit contra quosdam impios qui dicebant uetus testamentum esse a principe tenebrarum, nouum autem a deo. Quasi diceret: Constat legem esse bonam, et cum constet modo quod bona est lex et tamen ex ea michi est mors, ut supra dictum est, ergo quod bonum est michi factum est mors.

Augustinus de uerbis apostoli.

Augustinus ~~de uerbis~~ ad Bonefacium papam.

Augustinus. Ambrosius. Augustinus de uerbis apostoli. Ambrosius.

Augustinus.

Augustinus ad Simplicianum.

Augustinus de uerbis apostoli.

Augustinus. 18..

Ambrosius.

.i. datur ... hoc bonum michi adeo ita ut sit effici
ens causa mortis. Absit. Non enim est ex ipsa lege mors sed
ex vicio hominis quia non lex sed fomes est efficiens causa
lex ad — mortis qui bonam rem vertit in malum. Sicut enim
ucasin — medicina non est causa mortis si ostendat venena mortifer
ta licet his mali homines abutantur ad mortem suam
vel aliorum sic lex que venena peccatorum demonstrat .i. homine
libertate sua abutente quasi freno cohibet et posito gressu
incedere docet non est efficiens causa peccati sed potius vicium
hominis vel fomes .i. hoc est quod subdit. Sed peccatum.

.i. fomes peccati operatum est michi mortem .i. peccatum actuale quod est causa mortis. Operatum est dico per bonum .i. per legem non quia ipsa sit efficiens causa sed quia ex ea accepit occasionem sicut predictum est. Operatum est dico ita ut appareat peccatum .i. efficiens causa peccati quod non apparet quia in

Sed peccatum ut
appareat peccatum
dubio — **per bonum michi op**
atum est mortem ut
fiat supra modum
peccans peccatum
per mandatum.

rationem trahit ad consensum et operationem. Ut ita
a° de verb. apli — peccatum .i. fomes peccati operatum est michi .i. peccatum et hoc
per bonum .i. per legem non utique efficientem peccatum
sed potius demonstrantem et prohibentem illud ita ut
a° de verb. apli — per eam appareat peccatum. Non dico sit per eam sed appareat
quia iam erat quod non apparebat sicut supra dixit. Concupiscen
tiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces. Non dixit non habebam. Bonum est ergo
lex que sanctitate sua iusticia malum esse concupiscentiam
(nesciebam) quod ostendit. Non ergo imputo legi dei sed vicio meo
peccatum. Bona est enim lex sed sine gratia solummodo ostendit
a° contra faustum — peccata non tulit. Et lex semper est bona. Sive obsit in
anibus gratia sive prosit plenis gratia. Multa enim sunt bona
que tamen quibusdam vicio ipsorum sunt noxia sicut sol. Sa
nos quidem oculos mulcet dolentibus auget dolorem.
Similiter ergo lex prodest habentibus gratiam que est mentium sanitas.
In ambulis autem obest non suo sed illorum vicio. Dico operatum est
michi mortem. Intantum ut peccatum .i. fomes peccati fiat
peccans .i. peccare faciens supra modum .i. plusquam ante
dubio a° — non mediocriter quia in prevaricatione accessit. Fiat peccans
dico inquam per mandatum. Sed quo necdum errabat fomes
a° — et quod accessit prevaricatio. Concupiscentia .i. carnis

que radix est malorum per mandatum magis prevaluit non defecit.
Lex enim concupiscentiam non extinguit. Non enim non est gratia — a° 7 q'one lxxxiii.
liberatrix sed auget peccandi desiderium prohibitio peccatorum. Ideo
ergo dixit per mandatum quia prevaricatio ideo addita est
cum peccandi libidine. Et ideo dixit supra modum quia per legem
non defecit sed magis solitis cupiditatibus crevit. Vel per
peccatum. Hic intelligitur diabolus qui per bonum dei — aũb
incensus est invidia contra hominem .i. contraria atque
illicita illi suasit quia eum vidit a domino prohiberi. Per quod appa
ret peccatum .i. inimicus. Id hoc est peccatorum .i. diabolus
operatum est :- in morte. Incensus per bonum .i. per legem ita ut appa — aõb
peccatum .i. inimicus dum videns homini prohiberi .i. per legem
illicita suasit ut prohibita ex lege eum mors prevenirent. Operatum
est dico intantum ut peccans fiat peccatum .i. peccare faciens
supra modum .i. plusquam ante et hoc est per mandatum quo da
to magis instituit ut hominem gravioribus penis sub
iceret. Per legem enim accepit occasionem operari homini mor — aõb
tem sequitur. Scimus. Quasi. Vere lex non est mala

sed est bonum enim .i. quia scimus quod lex spiritualis est .i. spiritum hominis alliens: dum de spiritualibus instruit vel spiritualis .i. spiritu sancto data.

Scimus enim quod
lex spiritualis est ego — a°
autem carnalis sum ve
nundatus sub peccato. — a°

Attende quia lex moysi iusta dicitur
et spiritualis lex autem evangelii dicitur lex spiritus. Mat enim .i. quitur — aũb
ad malos quos punit lex moysi iusta esse dicitur. Bonis vero — aũb
spiritualis quia peccatum prohibet invisibilia coli. Lex
ergo moysi spiritualis dicitur quia in ea sunt que dicta sunt. Et quia — aõb a°
spiritualiter intelligenda est. Lex autem specialiter dicitur lex evangelii quia
in eis ipse est. Ubi ergo sunt verba hic res. Ego autem. Huiusque
legem excusavit quod non debet refundi in eam culpa
hic dicit quod nec refundi debet in principale natura
.i. naturale sed in illud quod adeo habet. Ita non in crea
torem sed in homines qui ex seuciati sunt ut pravis
motibus resistere nequeant. q. d. Lex spiritualis est ego autem sum carnalis
.i. impotens animi vicio resistere diabolo quod vici
um per concupiscentiam genuit ex carne contraxit.
Unde hoc sit subdit. Ego dico venundatus sub pec
in primo parente ita ut sim sub peccato. Quasi. Ec — a°
ce ut in infirmus sum. Sed ex culpa primi hominis quod per — aõb
delectationem cibi vetiti se et omnes alios vendidit. Ipse a
enim vendidit se prior accepto omne semen eius subiectum
peccato ut parati sui uti non possit a ea obedientia legis.

Aug. in lib. collat. Ad hec quippe prevaricatione atque ut ita dicam dampnosa negociatione, fraudulentaque commistione venditi sumus. Omnem enim multiplicem statum serpentis persuasione seducti illicitae cibi perceptione perpetue servituti addixit. Solet quoque hic mos esse vendentes eminentesque servari ut is qui se alieno addicit dominio mancipari, aliquid precii placita libertatis sue pro addictione perpetue servitutis a suo emptore consequatur. Quod inter Adam et serpentem manifeste invenitur accidisse. Ille enim precium libertatis noxie et mortiferi pomi a serpente accipiens a naturali libertate discessit. Maluit enim se perpetue eius dedere servituti a quo vetiti pomi vetitale precium acceperat. Qui deinceps condicione percepti constringi ita non immerito omnem posteritatis progeniem eius subdidit famulatui cui effectus est servus.

Id. Vendere nos potuit sed redimere non valuit. Vendidit nos consensu peccati, redimimur iusticia Dei. Sanguis enim innocens datus est pro nobis ut redimeremur.

Aug. de verbis apostoli. Invenditrix quod erubescat superbia in redemptore glorietur gratia. Vendidit se homo per liberum arbitrium sub dominante iniquitate et accepit precio exiguam de arbore vetita voluptatem. Creatus est quippe primus homo rectus sine culpa, sed vicio suo ipse non rectum se fecit, quia deseruit imperatorem et devenit ad desertorem cadensque a manu figuli vas fractum est, quod deus permisit ut miseria sua probaret quia sub deo melius potuit.

Id. Sed et alios vendidit voluntaria concupiscentia, id est sub peccato, id est servi peccati sunt. Quia enim cum contineret posset, noluit, inflictum est ei non posse cum velit. Per malum velle perdidit bonum posse, et factus captivus diaboli.

Aug. Vel sic venundatus sub peccato. Unusquisque vendidit se consuetudine pessime voluptatis. Sequitur: Quod enim operor. Probat quod servus est peccati et loquitur in persona hominis sub lege. Quasi. Vere sub peccato sum, id est ut servus peccati sum, quia quod operor exteriore homine

Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo hoc ago, sed quod malum odi, illud facio.

dimittendo bona et faciendo mala, intelligo et interiorem hominem non esse operantem quia aliud vult, scilicet per legem, facere et aliud agere.

Aug. Strabo. Nota quia personam duorum hominum assumit hic apostolus, interioris scilicet id est mentis, exterioris id est carnis vel carnalitatis. Sequitur: Non enim quod etc. Quasi. Vere operor quod non intelligo, quia dimitto bonum quod volo et facio illud malum quod nolo. Et est probatio a partibus ab effectu. Dimittere et bonum et facere malum sunt partes operari malum. Deinde non large acceptione et consueta locutione et ille operatur malum qui dimittit bonum. Volo autem et nolo sunt effectus et intelligo. Ex eo enim quod quis intelligit aliquid esse bonum vel aliud malum, vult illud vel non vult illud, hoc est non enim hoc ago, id est bonum secundum exteriorem hominem quod bonum ego interior volo id est approbo. Subiectus enim peccato facit quod non vult quia naturaliter quidem vult bonum sed voluntas semper caret effectu nisi gratia dei addiderit velle suum ad mandatum bonum quod ad effectum perducat.

Aug. Est autem triplex velle, scilicet velle naturale, velle gratie, velle vicii. Voluntas naturae per se impotens est nec palmam meretur sed vincitur atque cum a velle vicii nisi velle gratie subveniat. Quod velle vicii fugit velle nature liberat. Id est non redemptum gratia et consentit a carne, vult bonum sed velle carnis odio habet, id est malum. Sequitur: Si autem etc. Supra ostendit carnalem esse servum peccati, ex quo est malum. Hic autem ostendit, id est bonam naturam a deo creatam quod consentit legi et malum naturalitatis non esse quod prohibet.

Si autem quod nolo illud facio consentio legi quoniam bona est.

Aug. Lex ita probat legem esse bonam quod non sine dicit esse quod mandat lex dum invitus facit quod lex vetat, quasi diceret: non ago quod volo et ago quod nolo. Si autem hoc est id est si quod nolo dimittere tamen dimitto lege illud precipiente quod nolo facere illud tamen facio lege illud prohibente, tunc ego secundum interiorem hominem consentio legi.

Aug. Id volo quod lex, quod nolo prohibet et quod volo precipit. Dico consentio legi, id est testis sum quoniam bona est. Sequitur: Nunc autem.

Ambr. Nunc autem. Quia consentit legi nolens quod prohibet, declarat aliud esse cuius impulsu hoc agit, id est peccatum. Quasi diceret: facio malum sed non ego interior facio quod nunc patet, quia nolo illud id est consentio legi id est hoc est.

Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Aug. Non autem ego interior homo, id est sub lege, ante tempus gratie non operor illud, id est peccatum, sed lex carnis, ad quam diabolus ut ad suam legem accedit, quod habitat, id est semper est

Nam expectatio creature et cetera usque ibi spe enim salvi facti sumus. Hoc capitulum obscurum est quia non satis hic apparet quid nunc nomine creature. Verum autem secundum catholicam disciplinam creatura quecumque fecit condidit deus pater per filium quod non potest appellari creatura que non per ipsum facta sunt omnia. Hic autem videtur ostendi esse divisa esse creaturam et filios cum dicit creatura expectat revelationem filiorum dei et cetera. Creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Quasi. Non sumus creatura sed filii dei. Iterum dicit. Omnis creatura ingemiscit usque adhuc et non solum autem illa sed in ipsis. Tamquam aliud sumus nos aliud omnis creatura. Sciendum quod quod nos ipsi dicimur et creatura et filii sed quod sumus creatura apparet. Quod autem filii dei nondum apparet. Unde Iohannes ait. Karissimi filii dei sumus sed nondum apparuit quid erimus. Cum autem apparuerit similes erimus. Distinctio quod nunc autem gloriam illam qua apparebit quod sumus. Vocamur creatura secundum quod in corpore et anima dolemus dum facta carnis per abstinentiam mortificamus dum adversorum aculeos per patientiam sustinemus quales nunc apparemus. Filii autem dei dicimur secundum adoptionem et secundum quod futuri sumus quando apparebit quid erimus quod nunc adoptione meremur. Itaque non nature aliud sed alius qualitatis diversitate a creatura filios quasi distinguens ait. Expectatio creature id est expectans creatura expectat quasi assidue in actu expectandi est geminatio namque assiduitatem notat. Expectat dico revelationem filiorum dei id est quando apparebit qualis futura est. Non enim in creatura revelationem expectat alterius sed ipsa qualis nunc est expectat quando sit quasi futura est. Ut si diceretur operante pictore subiectis sibi coloribus et ad opus eius pa ratis expectatio colorum manifestationem imaginis expectat non quia tunc alii erunt aut non colores erunt sed quia aliam dignitatem habebunt. Ut simpliciter creatura dicitur homo eo quod manet in creatione dei. Ut et homo per excellentiam dicitur creatura quia sunt in omnium. Nec quod creatura expectat quia nondum apparet quod est revelatio filiorum dei. Et ideo omnia toleranda sunt ut illud optineat quod expectat. Vanitati et cetera. Redde prius secundum illam sententiam non per creatura accipiuntur homines quasi dicat. Creatura expectat et necesse est ei expectare quia vanitati subiecta est ipsa. Expectare quia non amat vana que sunt omnia mundana et hoc est quod ait.

Vanitati enim
creatura subiec
ta est non vo
lens sed propter eum
qui subiecit eam
in spe quia et
ipsa creatura
liberabitur a ser
vitute corrup
tionis in
libertatem.

Vanitati enim est id est homo subiecta est non volens id est non amans ista caduca que vana sunt. Unde Salomon. Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Omnia enim que nascuntur infirma et corruptibilia sunt ac per hoc vana quia statum suum tenere non possunt. Corruptio quod ipsa est vanitas cui subiecta est creatura. Dico subiecta est vanitati sed tamen patienter ferens propter eum qui subiecit in spe id est patienter sustinet sciens deum subiecisse ad conservationem humilitatis sed non sine solatio spei huius scilicet quia et ipsa creatura liberabitur in futuro ut et caput nostrum iam liberatum est. Ut vanitati enim et cetera. Sic supradictum est creatura dicitur quicquid modo in nobis dolet id est nos ipsi secundum quod corpore et anima dolemus que utique creatura est dum carnem mortificamus pretenuia et adversa. Ubi creatura ut predictum est expectat modo quod erit in futuro. Quasi. Necesse est expectare quia creatura id est homo qui in tantum creatura videtur vanitati subiecta est et hic est non volens id est non sponte. Homo quippe sponte peccavit sed non sponte dampnatus est. Peccatum itaque fuit spontaneum contra preceptum facere veritatis sed non sponte fert penam peccati. Luit enim veritas penas. Peccati vero pena est quod subicitur fallacie. Dico quod non est subiecta sponte sed propter eum qui subiecit eam id est propter iusticiam et clementiam eius qui et peccatorem punit et peccantem sanare non desinit qui eam subiecit in spe. Hac utique quia et ipsa creatura liberabitur sicut nos capitis. Hoc enim quod non ait simpliciter ipsa sed et ipsa facit intelligi quod non de ipsis despando est. Quia nondum credidit quia et ipsi crediti sunt liberabuntur qui nondum vocantur filii dei sed tamen creatura in domino est nondum gratiam adoptionis receperunt. Vel ideo et signaculo imaginis propter peccatum

Au de quo xxxiiii

Quid filius non pot dici creatura. Au

Au in eod

Au de

Aug

Aug

Au in eod

Au in eod

Au de

Aug

Au de

glie filiorum dei.
Scimus enim
quia omnis cre
atura ingemisc
et parturit us
que adhuc.

amisso remanserit tantum creatura. ipsa itaque creatura que modo ita vocatur
cum nondum est filiorum forma perfecta liberabitur ut nos apostoli quia iam filii
sumus et si nondum apparet quod erimus. Liberabitur dico a servitute
corruptionis. et interitus. i. a cura querendi victum et vestitum et alia quibus
servit nostre mortalitati. veniens in libertatem glorie filiorum dei. i. in
gloriosam libertatem quam habebunt filii, et hec omnia per spiritum fient.
Scimus enim. Quasi. Vere creatura subiecta est vanitati non volens. Scimus
enim. Quasi. Experto credite quod omnis creatura ingemiscit. Omnis creatura
dicitur homo quia omnis creatura in homine numeratur non quod in eo sit omnis angeli
et supereminentes virtutes et celum et terra et omnia que in eis sunt sed quia omnis
creatura est corporalis vel animalis vel spiritualis. Corporalis per loca tenditur animalis
vivificat corporalem spiritualis regit animatam et tunc bene regit cum ipsa se
regendam deo subicit. Hec autem omnis creatura in homine est quia homo intelligit
vivit. corpus habet sed non tota in ipso est quia sunt preter eum et angeli et alia que intelligunt vivunt et sunt. Sic
dictum est omnis homo videt solem solet sed non totus quia oculis videt tantum. Omnis ergo creatura sed non tota. i. homo qui habet commu
nionem cum omni creatura per sua delectatione ingemiscit. Quasi. Semper in his nova: quod notat per incho
ativum verbum et per desiderio patrie celestis parturit. i. cum labore operatur: quasi diceret in utroque inferio
ri et superiori in labore est et sollicitudine et hoc usque adhuc. i. usque ad mortem. Vel usque adhuc quia ita omnes
precedentes patres sic egerunt usque ad presens. Vel usque adhuc dicit quia et si aliquis in sinu abrahe iam constitutus
dolere
desistit, tamen in illis qui nondum sunt liberati omnis creatura ingemiscit et dolet adhuc sicut et que possit quia
in his qui nondum liberati sunt. omnis dolet est propter spiritum et animam et corpus. Cum ergo homo ingemiscit et dolet.
omnis creatura ingemiscit et dolet. Non enim hac universali locutione colligunt singula omnium generum
sed genera omnia singulorum. Non solum autem illa creatura ingemiscit et dolet. sed et nos ipsi apostoli qui ma
iores aliis sumus pro hoc quod primitias spiritus habemus unde subdit. Nos dico habentes primitias. i. spiritum sanctum et
tempore prius et ceteris habundantius nos inquam et ipsi intra nos. Vel in nobis gemimus. Et est sensus.
Non solum autem illa creatura dolet. i. non solum in homine corpus et anima
et spiritus dolent ex difficultatibus corporis sed et nos ipsi apostoli primi spiritus habentes. i.
quorum anima spiritus. qui in sacrificium oblati sunt deo. et divino caritatis igne succen
si gemimus in nobis ipsis propter corpus. i. exceptis corporis molestiis suspirantes
et intus in nobis nos dico expectantes secure et fortiter non dilatione non adversis fracti adop
tionem perfectam filiorum dei. i. ut corpus in beneficium adoptionis accipiat.
et ex omni parte filii dei sint. Nec enim adoptio quia iam facta est in his qui crediderunt
spiritu non corpore facta est. Nondum enim corpus reformatum est in illam celestem
mutationem ut spiritus iam mutatus est reconciliatione fidei ab erroribus conver
sus ad christum. Ergo in his qui crediderunt expectatur adhuc adoptione corporis.
Deinde quod dixit adoptionem exponit. scilicet redemptione corporis nostri. s. ut
ipsum corpus redimatur a mortalitate quod prius emptum fuit a peccato.
Vel nos ipsi apostoli miseriam habentes ut alii. gemimus in nobis vel in nobis ipsis. Carne et mente
quia in nobis est unde gemimus non solum pro aliis. Hoc capitulum sicut ait auctor
cum aperiatur non incidimus in illas molestias quibus plerique homines extra catho
licam disciplinam quedam dicere coguntur. Scio enim vanos hereticos de hoc capitulo
multa impia et inepta iactasse. Quia enim apostolus universaliter ait omnis
creatura ingemiscit et cum dicunt quidam quod in digniora creatura. i. summi
angeli sublimesque virtutes dolebant et gemebant antequam liberemur penitus
sed non est verum nam et si nos adiuvant sine dolore hoc facere credendi sunt
ne miseri estimentur propterea quia dixit eandem creaturam que congemiscit et dolet vanitati esse subiectam

Non solum au
tem
illa sed et nos ipsi.
primitias spiritus
habentes et ipsi intra
nos gemimus.
adoptionem
filiorum dei. expec
tantes redemp
tionem corporis
nostri.

Margin:
a dist
a dist in eod
a dist
hoc spiritu et angeli. anima sentit anima recte corpore locali tempore movetur. Omnis ergo creatura in homine est quia intelligit
a dist
animo
a dist in eod
a dist in eod
a dist in eod
a dist
a dist in eod
a dist in eod
Vt ozi

quod de summis et excellentibus angelis nefas est dicere. s. quod subiecti sunt vanitati et a corruptione li-
berandi s. omnis in homine dolet et omnes in homine liberabuntur vel si non in omnibus hominibus. Vel ita
omnis homo ingemiscit etc. Parturire dolere est. omnis autem creatura cotidianum laborem ingemiscit et dolet
usque adhuc. i. usque modo. s. quamdiu lex. Omnis g(enerans) est in ipar(tu). vel omnia elementa cum labore sua
explent officia sicut sol et luna non sine labore sua statuta sibi implent spacia quod est cum fuit unde
quiescent cum nobis assumptis. Ideo diligenter nos paremus. Non solum autem illa s. elementorum creatura inge- Amb
miscit s. et nos ipsi etc. Post creaturam mundanam adicit nos in hoc expectare et ingemiscere ad deum ut Amb
hic liberemur quia excrucians mundus hic plagis nos. Sequitur: Spe enim. Quasi dixit quod expectamus
vel non indiffidentes nam tamen sumus quasi iam salvi sumus et hoc est spe enim quia quodam modo salvi non dico simpliciter Aug

Spe enim salvi facti sumus. Spes autem que videtur non est spes. Nam quod videt quis quid sperat. Si autem quod non videmus speramus per pacientiam expectamus.

sumus s. facti sumus non enim a nobis est salus. Et ideo dicit spe nos esse salvos
quia nondum re et re. vel ita adhuc sub vanitate sumus spe s. autem. Quasi spe
salvat. Et autem non est de re invisibili etc. spes autem que non dicitur vel res sperata que videtur non est spes
vel non est subiecta spei virtuti que est non de non apparentibus vitere non quia grata
ratione dicitur spes h. est et hoc est. Nam quod videt quisquis vel cui quod
sperat vel dicitur sperare. Quasi. Nullo modo. Non ideo dicit ut maius meritum Amb
spei videatur ideo debeat salvare. Si autem. Quasi. Quod videt non speratur.
s. potius quod non videretur si autem est vel si speramus quod non videmus esse in nobis Aug Amb
per pacientiam que est adversorum dum expectamus. Adhuc in vanitatis agentes quia
sub sole sunt ideo gemimus quia pacientes adversa expectamus quod non videmus
et omnia nobis sunt ex spiritu. Similiter autem. Quasi. Non solum in predictis
adiuvat nos spiritus sanctus similiter per eandem gratiam suam spiritus dum expectamus quod non
videmus adiuvat ad orandum infirmitatem nostram. Docens et faciens nos ora-
re sicut oportet. Quia enim ut superius dictum est ingemiscimus in dolore Amb
positi liberari petimus et que longe futura sunt mox si volumus aut cito tolli
ea per que adiutum promeramus ideo spiritus adiuvat infirmitatem nostram ne et ante tempus
et contraria petamus. Infirma enim oratio est que contra rationem postulat
ideo quia oportet infirmitatem nostram hanc a spiritu sancto adiuvari. Adiuvat autem que
non sinit et ante peti quam debeat vel contraria. Et nota quia non solum illud Aug ad Sixt.
quod oratio impetrat s. et ipsa oratio inter gratie munera reputatur: quicquid enim oratio
impetrat. evidenter ostenditur donum
dei esse homo estimet a seipso esse quod
si in potestate haberet non utique posceret
s. ipsum orare ex gratia est. Nulla etiam
orationis precedunt merita quibus non
gratuita detur. s. debita reddatur
iam enim non gratia esset. Et necesse est ut spiritus adiuvet.

Similiter autem et spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Nam nos nescimus ecce infirmitas quid oremus
sicut oportet orari. ecce infirmitatem orationis nostre Aug
ignorantiam esse declarat. Falluntur enim putantes prodesse que poscimus cum
non prosint ut ipsi paulo contigit dum oraret ut spiritus ab eo discederet qui ex respon-
so dei didicit contra se esse quod petebat. Est etiam aliquando superba et stulta peticio
sicut fuit duorum apostolorum quibus dictum est Nescitis quid petatis. Sed ipse. Quasi. Ne-
scimus quid oremus s. ipse spiritus postulat non contra nos s. pro nobis ipse facit nos Aug
postulare etc. gemitibus inenarrabilibus. quia facit nos gemere plus quam dici
possit tum pro hoc exilio tum pro desiderio patrie. Vel gemitibus inenarrabilibus vel qui fue- Aug
runt de re inenarrabili. Quoniam enim narratur quod desideratur quod ignoratur. Aug ad P(ro)ba(m) de orando deo

Nec tamen omnimodo ignoratur, nam si penitus ignoraretur non desideraretur, et rursus si videretur gemitibus non
Augustinus de bono perseverantiae. quaereretur. Et sciendum quod secundum eandem locutionis figuram qua dictum est apostolis a domino, Spiritus loquitur in vobis, ait hic apostolus
Augustinus contra Manichaeos. Spiritus postulat gemitibus. Non enim spiritus sanctus gemit qui indigeat aut angustias patiatur, sed quia ipse nos mo-
Augustinus ad Sixtum. vet ad orandum cum gemitu, quod ipso movente nos facimus ipse facere dictus est. Ita ergo dictum est: Spiritus postulat,
Idem Augustinus super epistolam Iohannis. non quod alicuius rei spiritus sanctus sit indigens, sed quia nos postulare facit, nobisque interpellandi et gemendi inspi-
rat affectum. Adiutorium ergo spiritus sancti hic expressum est. Karitas enim quae per spiritum sanctum est in nobis ipsa gemit, ipsa orat;
contra hanc aures claudere non novit qui illam dedit. Longe sic est intelligendum quod hic ait, ne existimemus spiritum sanctum,
Augustinus ad Probam. qui in trinitate incommutabilis deus est cum patre et filio, ita interpellare pro sanctis tamquam aliquis qui non sit deus, sed dictum est: pos-
tulat pro sanctis, quia postulare sanctos facit. Non enim spiritus sanctus in semet ipso, id est in suae trinitatis substantia gemit, sed in nobis quia
Augustinus contra Maximinum. gemere nos facit. Hic gemitus columbae est. Hoc modo locutionis dictum est: Temptat vos deus vester ut sciat si diligitis eum, id est ut scire vos faciat.
Hoc locutionis tropo dicitur frigus pigrum quia pigros facit, et dies laetus vel tristis quia laetos vel tristes facit. Similiter de
die illa dicitur filius non scire quia non facit nos scire. Hoc etiam modo locutionis dixit deus Abrahae: Nunc cognovi quod
Augustinus contra Maximinum. times deum, id est cognoscere feci. Item quod alibi ait apostolus: Nunc autem cognoscentes deum, immo cogniti a deo, ita dictum est ut
intelligamus in nobis deum fecisse cognitionem suam. Quid enim est quod ait cogniti estis a deo, nisi id est cognito-
res vos suos fecit. Facit enim nos deus cognoscere se. Unde dicitur cogniti ab eo. Quae omnia sic debent intelligi, ut apostolus
docet, qui cum in quodam loco dicat: Misit spiritum clamantem Abba pater, alibi quidem hoc exponens ait: In quo clamamus Abba pater. Sic itaque
Augustinus ad Sixtum. et hic aperiens qualiter adiuvet infirmitatem nostram, ait: Spiritus postulat pro nobis etc. ¶ Et sciendum quod aliter adiuvat non-
aliter inhabitans. dum inhabitans, nam necdum inhabitans adiuvat ut sint fideles, inhabitans adiuvat iam fideles. Sequitur:
Qui autem. Quasi: Spiritus facit postulare et impetrare, vel facit impetrare, qui non solum postulat, sed et ipse idem spiritus quia scrutatur
corda, ut sciat gemitus inenarrabiles scit, id est approbat, implet quod desideret,
id est quod desiderare facit, quia postulat pro sanctis, id est loco sanctorum, id est sanctos facit postulare quod est
secundum deum, id est quod deus vult. Scrutari autem dicitur spiritus corda, non quia quaerens quod nesci-
at, sed quia nihil ei est occultum quod non sciat. Scimus autem. Quasi: Nec solum
hoc facit spiritus quod praedictum est, sed idem spiritus facit omnia venire in bonum, prospera et
adversa, diligentibus deum. Hoc autem scimus nos maiores et doctiores, quorum auc-
toritati credendum est. Hoc est: Scimus quoniam per spiritum sanctum omnia cooperantur vel procedunt
in verum bonum, vel spiritus sanctus cooperatur. Alia littera: omnia in verum bonum. Quibus?
Augustinus. diligentibus deum servando mandata et perseverando usque in finem. Unde subdit
his etc. Quasi diceret: non recedentibus omnia cooperantur in bonum,
quos ita ait: his scilicet qui sunt vocati per praedicatores et intus sanctificati, id est ad sancti-
Augustinus. tatem; vel non propter meritum ~~...~~ sed secundum propositum dei, id est secundum praescientiam et praedes-
tinationem dei. Quasi: Quod vocati sunt non aliunde est quam a praedesti-
Augustinus. non ex meritis eorum talibus omnia cooperantur in bonum. natione dei. Unde est quod omnibus in bonum cooperantur. Tales enim deus consolatur
prosperis et exercet adversis; nam propria ipsorum infirmitate exercetur humilitas,
Augustinus de correptione et gratia. Augustinus. afflictione patientia, contradictione sapientia, odio benivolentia. Et usque
Augustinus. adeo talibus deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui horum deviant et exorbitant,
et hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctio-
res. Discunt enim cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tamquam de sua virtute
Augustinus de trinitate. fiducia permanendi, unde: Servite domino in timore etc., et alibi: Noli altum sapere. Quamvis ergo ipsa mors est
Cave. carnis de peccato primi hominis originaliter venit, tamen bonus eius usus gloriosissimos martyres fecit.
Ideoque non solum ipsa sed et omnia huius saeculi mala, labores doloresque hominum, quamquam de peccatorum et max-
Augustinus in eodem. ime de originalis peccati meritis veniant, quo factum est ipsa vita vinculo mortis obstricta, tamen et re-
missis peccatis remanere debuerunt, ut haberet homo cum quibus pro veritate certaret, unde ex-
erceretur virtus fidelium, ut novus homo in hoc saeculo mala novo saeculo praepararetur, miseriam quam meruit vita
ista damnata sapienter tolerans et quia finietur prudenter gratulans. Prosunt ergo mala ista quae
fideles pie ~~patiuntur~~ perferunt vel ad emendanda peccata vel ad exercendam probandamque iustitiam vel ad

Qui autem scrutatur cor-
da scit quid desideret
spiritus, quia secundum deum po-
stulat pro sanctis. Scimus
autem quoniam diligentibus
deum omnia cooperantur
in bonum, his qui
secundum propositum vo-
cati sunt sancti.

Namque quos presciuit et predestinauit conformes fieri imaginis filii eius ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit hos et uocauit et quos uocauit hos et iustificauit quos autem iustificauit illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis

demonstrandam huius uite miseriam. Deinde exponens qui sint qui uocati sunt secundum propositum subdit. Namque quos presciuit. Quasi. Vere omnia cooperantur in bonum quia presciuit et predestinauit eos. Vel hoc est: nam deus predestinauit, id est per appositam gratiam preparauit ut uerbo predicationis crederent illos quos presciuit, id est longe ante preuidit. Hoc est propositum, de quo dixit secundum propositum uocatos. Presciuit dico conformes fieri in puritate uite modo et post in beatitudine. Cuius conformes? imaginis filii eius, id est filii qui est imago patris usquequaque eadem cum patre. Unde dicitur: qui uidet me uidet et patrem. Et nota quod improprie accipitur hic predestinatio secundum quod exposuimus. Accipitur enim de prescitis, scilicet pro gratie appositione per quam preparantur ad recipiendum uerbum. Proprie autem predestinatio est prescientia et preparatio beneficiorum dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Predestinatio ergo est gratie preparatio que sine prescientia non potest esse. Potest autem sine predestinatione esse prescientia. Predestinatione quippe ea deus presciuit que fuerat ipse facturus. Sed presciuit deus et que non est ipse facturus, id est omnia mala, que et sic sunt quedam que ita peccata sunt ut et pene sint peccati, ut illud: tradidit illos in reprobum sensum. Non tamen peccatum dei est, sed iudicium. Quocirca predestinatio dei que in bono est gratie est, ut dixi, preparatio. Gratia uero est, ut dixi, predestinationis effectus. Et secundum hoc ita expone litteram. Nam deus predestinauit, id est prescientia apud se abeterno preparauit, id est ad premia promissa elegit quos presciuit fieri conformes imaginis filii eius, ut scilicet portemus imaginem celestis, id est christi, sicut portauimus imaginem terreni ade. Sua ergo bona que quibuscumque deus donat procul dubio se donaturum esse presciuit et in sua prescientia preparauit. Sciendum uero quia preparauit deus et malis ignem eternum, illis utique quos iuste preparauit ad luenda peccata supplicia. Nec tamen preparauit ad facienda peccata. Preparauit enim deus quod diuina equitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim sicut preparauit sanctos ad iustitiam percipiendam sic preparauit iniquos ad iustitiam amittendam, quia prauitatis preparator numquam fuit. Hec ergo regula inconcusse teneatur: peccatores in peccatis presciuisse non preparatos, penam autem esse preparatam secundum quod presciti sunt. Sequitur. Ut sit ipse. Quasi. Dico conformes ita tamen ut in multis fratribus, id est inter multos fratres ipse sit primogenitus, id est iure hereditatem patris obtinens et aliis dispiciens quod primogenitorum est. Vel primogenitus dicitur quia ante omnem creaturam non factus sed natus est, uel quia modo sine peccato natus et primus impassibilis resurgens, in quo habet fratres secundum id quod primogenitus est. Unigenitus non habet fratres, secundum id autem quod primogenitus fratres uocare dignatus est omnes qui per eius primatum in dei gratia renascuntur. Quos autem. Quasi. Quos presciuit illos predestinauit. Quos autem predestinauit, quod fuit antequam essemus, hos quando iam adultos uocauit per predicatores quia preparati erant in prescientia. Vel uocauit, scilicet interiori uocatione. Est enim exterior uocatio et interior. Exterior est que fit per predicatores, que est communis bonorum et malorum. Interior uero tantum electorum. Uocare enim est cogitationem de fide actiuare et compungere eum qui sciat audire. Hec uocatio ut dixi intus est electorum tantum. Hac uocatione impletur predestinatio. Est et alia uocatio que fit per predicatores, de qua dictum est: multi uocati pauci uero electi. Sequitur. Et quos uocauit secundum propositum, quia sunt et non electi uocati exterius, hos iustificauit remissione peccatorum et bona operatione. Quos autem iustificauit dum peccatores essent, illos et magnificauit omni genere uirtutum. Et ponitur preteritum pro futuro ut sit sensus: magnificauit, id est magnificabit in eterna remuneratione ut similes deo sint. Hoc autem futurum est, sed dicitur preteritum quia dicitur fecisse que abeterno disposuit facere. Unde et per ysayam: qui fecit que uentura sunt. Talibus omnia in bonum ut dictum est cooperantur, et quod deuiant utiliter cautiores sint et in se non fidentes. Hoc ergo de prescitis accipitur, non de aliis, qui licet ad tempus quidam credant et boni uideantur, tamen quia non permanent non magnificantur. Notandum quod iiii sunt hic memorata, scilicet predestinatio, uocatio, iustificatio, magnificatio. Unum est in deo et tria in nobis. Predestinatio enim nostra non in nobis est, sed in occulto apud deum in eius prescientia. Tria uero reliqua in nobis sunt. Et cum hec omnia prescita sint, quid ergo dicemus ad hec, id est contra hec. Vel quid dicemus ad hec beneficia dei aspicientes. Hoc utique quod nullus persecutorum potest nobis nocere. Si enim deus pro nobis est, ut predictum est, predestinando non existentes, uocando adultos, iustificando

Remigius
Augustinus
Augustinus de bono perseuerantie. Augustinus de predestinatione sanctorum
Ieronimus. Augustinus
Ambrosius. Augustinus de trinitate.
Augustinus de bono perseuerantie
Fulgentius
Augustinus ad Paulinum
hyl
Ambrosius
Augustinus de simbolo
Augustinus ad ...
Augustinus
Ambrosius
Augustinus
Ambrosius
Augustinus in psalmo
Augustinus

quis contra nos.
qui etiam proprio filio
suo non pepercit
sed pro nobis omni-
bus tradidit.
illum quomodo
non etiam cum illo
omnia nobis do-
navit. Quis
accusabit adver-
sus electos dei.
Deus qui iusti-
ficat quis est
qui condempnet.
christus ihesus qui mor-
tuus est immo
et resurrexit qui
est ad dexteram dei.
qui etiam interpellat
pro nobis. Quis
ergo nos separabit a caritate christi. Tri-
bulatio. an angustia. an fames. an
nuditas an fames. persecutio. an pe-

percoeres glorificando mortales. quis est contra nos. Nullus spiritus sibi potest nocere sed omnia cooperantur in bonum. Possunt enim mali ut plus permittere corpus id est dilaniare sed animam invictam educunt ad remuneratorem deum. Qui etiam. Quasi. Dico quod deus pro nobis qui preter alia etiam filium pro nobis dedit. id est hoc est quia proprio filio suo. id est sibi consubstantiali. non pepercit sed pro nobis omnibus id est peccatoribus quod manifestum est id est pro reparatione omnium nostrum tradidit illum. Et si filium dedit pro nobis. quomodo non donavit nobis etiam cum illo omnia. id est in presenti iusticiam et in futuro vitam eternam. quod minus est. Quasi. Non potest hoc negari. Minus est enim nobis omnia donare quam nostri causa mortuum illum tradere. Ut cum illo omnia nobis tradidit. superiora equalia inferiora. Nostra quippe sunt superiora ad videndum ut deus trinitas. nostra sunt equalia ad convivendum ut angeli quibus equabimur in futuro modo vero inferiores sumus. Nostra sunt inferiora ad dominandum. Et sunt quedam nunc superiora ut sublimes angeli et universa celestia ad ministeria que non nostra sunt non dominio sed usu sicut vestimenta famulorum sunt non dominii potestate sed utendi facultate que utuntur eis ad victum et ornatum et aliud huiusmodi. Angeli ergo nunc superiores sunt et in futuro erunt pares ita aliter modo nostri sunt aliter erunt in futuro. Nota quod hic dicitur quia pater tradidit filium. Verum actor calicis huius est et ipse qui bibit. unde apostolus: christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo pater filium tradidit et filius seipsum iudas quid fecit. Pater tradendo filium fecit bonum. filius se ipsum tradendo fecit bonum. iudas tradendo magistrum per avaritiam fecit male. Non enim quod nobis prestitum est de passione christi malicie iude deputabitur. Habebit ille mercedem malicie et christus laudem gratie. Iterum hic sic. quis accusabit ita ut eius accusatio sit adversus electos dei. id est ut noceat electis dei quos preelegit ad vitam. Utique nulli accusatio nocet. nisi sua aut diaboli accusatio dicitur. Ve nullus nocet quia non deus non alius. Alius enim non potest deus non vult quia ipse est qui iustificat. Numquid ergo vult accusare suos. Non. Et cum nullus accuset quis est qui condempnet. id est qui possit inferre mortem. Nullus potest inferre qui velit. Solus enim christus posset sed non vult. Numquid non christus ihesus qui mortuus est pro eis vult dampnare. dico mortuus. immo qui et resurrexit. quod manifestum est ut et nos resurgamus qui et quod est maximum est ad dexteram dei. id est equalis patri. scilicet in honore quo deus pater est. Vel ad dexteram patris id est potioribus bonis dei. Qui etiam medius inter deum et homines interpellat pro nobis. non voce sed miseratione et representatione humanitatis. dum cotidie hominem quem assumpsit et igne-gnis mortis quod pro nobis sustinuit vultui paterno offert. ut nostri misereatur cuius postulatio cum tantus sit non potest contempni. Quis ergo. Quasi. Et cum hec predicta sint nobis a deo. quis ergo separabit nos a caritate dei. Numquid separabit nos hec adversa. scilicet separabit nos tribulatio. id est corporis afflictio. an angustia. id est mentis anxietas. an persecutio. que est de loco ad locum. an fames. id est penuria cibi. an nuditas. id est penuria vestitus. an periculum. id est apparatus mortis. an gladius. scilicet ipsa mors. Nichil utique eorum separabit sicut scriptum est in psalmo huius ubi quia mortificamur variis tormentis et hoc propter te. id est quia te inseparabiliter tenemus. Mortificamur dico tota die. id est tota vita. Vel aliter sicut scriptum est. Quasi enim aliquis diceret. Cur ista commemoras. Fuerunt ne nobis hec mala. Respondet utique ista mala sunt nobis sicut scriptum est. quia propter te mortificamur tota die. Nota quod ait propter te quia hic causam notat sine qua corona

Amb.
Aug. ex li. contra
eugii
Aug. de eod.

Aug. super Ioh.

Amb.
Aug.
Nota ratione recte intelli-
gere

Aug. in sermone
de natali [...]

culum an gladius. sicut scriptum est. quia propter te mortificamur tota die estimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors. neque vita neque angeli neque principatus neque virtutes neque instantia neque futura neque fortitudo neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a karitate dei que est in christo ihesu domino nostro. Veritatem dico in christo ihesu non mentior testimonium perhibente michi conscientia mea.

meritis non redditur. Martirem enim non facit pena sed causa. Nam et rei cum apostolis passi sunt. quibus similis apostolis erat in penas sed dissimilis in causa. Sed nos ut quia christus pro nos passus est. ut et nos pro christo ipsum patiamur in utraque causa sua. scilicet pro nos et infra propter proprium consultum est nobis. Sequitur. Et estimati sumus sed non respectu mentis ut oves occisionis que scilicet non prosunt nisi occise. Ecce hec mala sunt nobis sed in his omnibus scilicet tribulationibus tormentis que posita superamus id est superiores efficimur. et hoc non propter nos sed propter eum qui dilexit nos. cuius beneficium superat predicta; superamus dico. et vere. Certus enim sum ex promissione dei dicentis non te deseram neque derelinquam. quia neque mors. qua minantur neque vita promissa a separatur me a deo. neque angeli. minor ordo. neque principatus scilicet mediocris ordo neque virtutes scilicet maior ordo qui et miracula facit. Hi autem ordines accipiuntur de malis angelis et de bonis fieri possunt. neque instantia scilicet presentia bona et mala neque futura bona et mala neque fortitudo id est violentia alicuius neque altitudo humane potestatis et elevatio sathane. scilicet si diabolus in altitudine se nobis ostendat subornatus fallaciis patris sui ad seducendum nos. Neque profundum id est sapientia alicuius et neque profundum id est si diabolus monstret infernum et minetur supplicium. Vel neque altitudo neque profundum id est neque prospera neque adversa. unde salomon ait. Divitias et paupertates ne dederis michi ne repletus mendax fiam et paupertate rapiam et periurem nomen dei. Multi enim peccant altitudine multi necessitate. contra hoc proponitur achaz. et ysaya qui nolebat petere a domino signum neque in alto neque in profundo remedium de christo qui neque elatus fuit parte qua equalis erat patri nec turbatus deiectione mortis quod est signum in alto et in profundo ne ille et regia potestate extolleretur et erumpna turbaretur sicut tunc erat pro bello assiriorum. neque creatura quelibet alia a predictis et alia id est nova contra naturam facta ut equus bipes fiat ut fecerunt iamnes et mambres magi pharaonis. Nichil inquam istorum poterit nos separare a caritate dei. qua eum diligimus quia omnibus melior deus est. Si ergo nulla res a caritate dei nos separat. quid esse non solum melius sed et causa hoc bono privetur. id ipsum enim quod deum diligimus scilicet mori non privatur. non diu quis non diligit deum cui mors ipsa est. non diligere deum quod nichil est aliud quam ei quicquam in diligendo preponere. Karitas ergo dei hic dicta est ut que animi nostri rectissima affectio est. que coniungit nos deo. que caritas est nobis non quia a nobis sed in christo ihesu domino nostro id est a christo. Vel caritatem dei dicit. qua deus diligit nos a qua non separatur nisi qui a deo dividitur que caritas nobis est ostensa in christo ihesu domino nostro. Deus enim caritatem suam in christo nobis ostendit. quia pro nobis tradidit. Sequitur.

Veritatem dico. Omnia. Contra iudeos superius usus est loqui qui ex lege iustificari se putant. nunc votum et affectum suum circa eos ostendit. quod iuramento firmat ut firmius credatur ac per hoc dolet genus suum secundum carnem beneficio christi privari. Omnia. Apostolus est locutus hec contra iudeos. hoc autem fuit ex dilectione non ex inimicicia. Veritatem in dico id est non mentior in aliqua parte positus in proposito et conscientia mea non perhibente testimonium id est si vos non creditis

conscientia dico fundata in spiritu sancto. Quasi diceret ipse spiritus sanctus testis est de hiis scilicet quoniam tristitia michi est magna et continua. id est super

Ago
Amb
Amb
Amb
Ago
Amb
Amb
Ago Amb
Amb
Ago de moribus ecclesie catholice
Ago Nota
Amb
Amb IX.

in spiritu sancto quia tristicia est michi magna et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt israelite, quorum adoptio filiorum est et gloria et testamentum et legis latio et obsequium et promissa, quorum sunt patres et ex quibus est christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Non autem excidit verbum dei. Non enim omnes qui sunt ex israel hii sunt israelite neque

mentis. et continuus dolor est cordi meo. non speretis sed intimo cordis. Unde est
dolor? Pro fratribus meis. id est iudeis a christo errantibus. et vere doleo quia adeo quod optabam
Aimo — ego ipse esse anathema. id est separatus a christo pro eisdem fratribus meis. id est si fieri posset vellem ad
Amb — horam vel in hac vita vel post mortem separari a christo ut essent fratres mei. Et attende
quod optabam ait. non opto quia scit talem et tam honestum membrum nullo pre-
cedente vicio non posse separari a christo. tamen affectum et dilectionem circa illos ostendit
de quibus multa preconia consequenter enumerat ut omnibus pro eis dolorem
incutiat. quia non recipiendo salvatorem. prerogativam patrum et promissionis
Amb — perdiderunt. peiores et gentibus facti quas prius abhominabantur. Comparatione
Amb — enim malum est. dignitatem perdidisse. quam non habuisse. Deinde se iusto dolere ostendit
subdens. qui sunt cognati mei secundum carnem. et ideo amplius iuvandi. qui sunt israelite.
id est viri boni et genere et omnes. vel ipsi sunt quorum est adoptio filiorum dei. id est ad quos per-
Amb. Aimo — tinet adoptio filiorum. quia olim fuerunt adoptati filii. et gloria quia dicebantur
populus peculiaris dei et modo est eis gloria per miracula que faciunt. et testamentum
Aimo — novum. et legis latio. scilicet quod vetus lex per figuram ferret. et obsequium. id est cultus
unius dei. quorum et promissa sunt. scilicet quibus facte sunt promissiones quorum sunt patres.
Ecce laus a prioribus. Deinde subditur laus a posterioribus cum ait. ex quibus christus est secundum carnem.
hoc est quod in psalmo dicitur. homo natus est in ea; quia christus et si secundum carnem sit natus de pa-
super omnia — tribus. tamen est deus benedictus in secula. Unde in eodem psalmo dicit. fundavit eam altissimus.
amen. Quasi verum est quod ipse est deus. Sequitur. Non autem quod excidit vel non autem
Amb — excidit verbum. Quia dolebat apostolus de iudeis consolatur dolorem suum inveniens
scriptum. non omnes esse salvandos. sed tantum similes ysaac. ut vix solus
condoleat qui non crediderunt. possunt tamen esse de quibus non est valde dolendum.
quia non sunt predestinati ad vitam. Quis enim plangat eum qui olim mor-
tuus habetur. hos namque deus olim non salvandos prescivit presciens non personarum
acceptor. Nullum enim dampnat antequam peccet.
nullum coronat antequam vincat. sed prescientia diffinitum
habet qualis uniuscuiusque sit futura voluntas.
Amb — ex qua dampnetur vel coronetur. Quod iudei non credunt
in salvatorem unde michi dolor est sed hoc est inquit
quod deus dixit futurum. ut non omnes filii carnis
sint semen abrahe. sed qui fidem habent per quam natus
est ysaac. et hoc est. Iudei non crediderunt. non autem. ideo
Amb — verum est quod excidit verbum dei. vel non autem ideo excidit verbum
id est non irrita est facta promissio dei et si non omnes sal-
vi sunt quamvis enim quidam ex eis erraverint tamen il-
li qui sunt veri israelite salvantur. ut promissum erat. et hoc est quod ait. Non enim
omnes. Quasi. Ideo non est inexpleta promissio et si omnes non sint salvi quia non omnes
Amb — qui ex israel sunt. secundum carnem hii sunt israelite. id est ad israel vere pertinentes neque qui
Amb. Aug — sunt semen abrahe. secundum carnem hii sunt filii. id est heredes abrahe. In hiis ostendit
quod sola gratia non genus facit filios dei. Aliter ab illo loco veritatem dico. Qualiter
gratia confirmatus sit apostolus. supra ostendit dicens. nichil eum posse dividere
a christo nunc vero quantum prius erraverit dum christi ecclesiam persequebatur cum dolore
exponit in quo dei gratia commendatur. quasi. modo nichil potest me separare a
christo sed olim ego fui separatus unde modo doleo. quod iuramento firmat dicens veritatem
dico non mentior. in aliquo positus in christo ihesu. tes. phi. m. 9s. m. fundata in spiritu sancto eo contestante

qui semen sunt abrahe, omnes filii abrahe: sed in ysaac uocabitur tibi semen. i. non qui filii carnis. hii filii dei. sed qui filii sunt promissionis estimantur in semine. promissionis enim uerbum hoc est. i. secundum hoc tempus ueniam et erit sare filius. Non solum autem illa, sed et rebecca ex uno concubitu habens ysaac patris nostri.

de hoc quoniam michi est tristicia. i. stupor mentis et continuus dolor. i. compunctio est cordi meo de malis que prius feci. et sic ipsa mala iam in bonum conuertuntur. Et continuo doleo. quia multum quia peccaui optabam enim esse ipse qui modo sum apostolus esse anathema. i. separatio aliorum a christo. Anathema enim dicitur separatus. i. separatio et hoc pro fratribus meis. i. pro iudeis qui fratres sunt in lege quorum legem uolebam defendere. Vel sic. pro fratribus meis. i. pro his retrahendis a christo qui modo sunt fratres et cetera.

Qui sunt. continuo michi et cetera. et ita grauius peccabam. qui sunt israelite. in quorum est adoptio filiorum dei. i. ad quos pertinet et cetera. Sicut supra expositum est. percurre usque ibi amen. Quasi. Contra hanc ueritatem olim contradicebam modo confirmo. Non autem et cetera. Dixi quod promissio eterne hereditatis facta est iudeis. sed quia ipsi ex magna parte non crediderunt uidebatur uerbum dei non esse impletum. ad quos respondit quia et si in quibusdam non est impletum malis tamen impletum est. et in gentibus credentibus qui sunt uere filii abrahe. Quasi. Errauerunt iudei. sed non ideo excidit uerbum dei. i. non ideo impleta fuit promissio. Nam uerbum dei excideret. et promissa non impleret. Vere non excidit. et si quibusdam non saluentur. Non enim omnes qui ex israel sunt. hii sunt israelite. neque qui sunt semen abrahe omnes filii abrahe sunt. Hec non mutantur. Sed illi sunt filii abrahe qui sunt similes ysaac quia ita dicit scriptura in genesi. In ysaac uocabitur tibi semen. O abraham. i. in semine reputabuntur similes per figuram ab eo. In ysaac quippe qui per promissionem est filius abrahe. signati sunt non qui se ipsos iustos sed quos deus facit unde per prophetam dicit ecclesie ego sum dominus qui facio. Isti sunt filii liberi que sursum est que est mater nostra. Filii uero carnis sunt terrena ierusalem. que seruit cum filiis suis. Et sicut ysaac non meruit ut nasciturus promitteretur sic et isti. sed sola gratia promissa est eis. et data filiorum adoptio. ideo quod congruenter ait uocabitur quia ex dei uocatione est aliquis semen abrahe. Ideo autem dixit in ysaac. et non in iacob et esau. quia alia causa est in ysaac. alia in iacob et esau. quia ysaac in typo christi natus est. Iacob uero et esau typum habent duorum populorum. i. credentium et non credentium. Fuerunt tamen boni et fideles de esau. quod probat iob qui fuit ex filiis esau quintus ab abraham. et est nepos esau. Deinde exponit ipse apostolus auctoritatem subdens. i. non qui filii carnis sunt. hii sunt filii dei. idest quod filii abrahe. i. non sunt humano opere filii dei. Sed qui filii sunt promissionis. i. qui sola dei promissione generantur ut ysaac. estimantur in semine. quia ex dei uocatione sunt. Quod autem ysaac ex dei promissione sit. ostendit ex ipsis uerbis promissionis subdens. promissionis et cetera. Quasi quis quereret. an ysaac ex promissione est. Respondit. utique. promissionis enim uerbum est hoc. in genesi. secundum hoc tempus eodem die reuoluto anno. ueniam ad te o abraham. et hoc efficiam quod erit sare filius. i. quod sara habebit filium. Non solum autem illa sara habuit promissionem. sed et rebecca habuit promissionem habens. s. duos filios ex uno concubitu ysaac. Hoc dicit ne uiderentur merita parentum differentia in gratiis. Posset enim dici tunc genitus esau quando parentes erant mali. et tunc genitus iacob quando parentes erant boni. ysaac dico patris. i. institutoris nostri. que. s. imitari debemus si uolumus esse filii dei. ¶ Et nota quia promissio facta sare ostendit quod propter genus nullus saluatur cum ismahel de abraham natus reprobatus sit. de quo eodem ysaac natus sola gratia est saluatus. Ista uero promissio facta rebecce ostendit quod propter nullum meritum suum et parentum aliquis eligitur sed sola gratia. Vigilantissime gratiam ex uno concubitu ne patris meritis et matris tribueretur quod alter malus alter bonus fuit. Sequitur. Cum enim. Quasi. Rebecca habuit promissionem uere quia hanc maior. i. esau. seruiet minori. i. iacob. Et ne quis putet hoc fieri ex precedentibus meritis illorum.

Cum enim nondum nati

ysaac qui sunt

Augustinus ad iulianum

Augustinus de gestis pelagii

Augustinus

Augustinus

Augustinus ad simplicianum

Aug. enim. i. quia hoc dictum est ei. i. matri cum nondum nati fuissent. et quia posset
in utero et luctando. aliquid meruisse videri subdit. aut cum nondum egissent
aliquid boni aut mali. ideo autem tunc dictum est ut propositum dei. i. prescientia dei maneret. i.
impleretur. i. impleri intelligeretur. secundum electionem. i. secundum gratiam qua eligit. sic per quod
Aug. ad Sixtum non ex debitum meritorum quae eligendos ipse facit. Non inveniendo ex operibus. sic ostendit
non pro meritis precedentibus illud fuisse dictum ita nec pro futuris meritis amborum dic-
tum fuisse hic ostendit. Quasi. Dico non pro precedentibus meritis illud dictum esse.
Sed et. dico quod non ex operibus futuris bonis et malis quae bona et mala non erant
futura nisi apposita gratia et subtracta. sed ex vocante et vocatione. i. ex gratia vocantis
dei. quia dictum est ei. i. rebecce in genesi hoc scilicet. maior serviet minori. quod ad litteram de illis duobus
fratribus ita potest intelligi. i. esau persequetur fratri suo iacob persequendo eum. Boni enim ex
afflictionibus malorum proficiunt dum eorum patientia exercetur. Vel ad litteram hoc et aliter
Aug. de quaestionibus lxxxiii potest dici. quia idumei qui de esau descenderunt qui et edom dicuntur. subditi fuerunt
Aug. de civitate filiis israel et in tributo eius servierunt. Sed magis in hac prophetia intenditur quod populo
iudeorum maior. i. in cultu unius dei prior. minori. i. posteriori populo christianorum esset ser-
viturus. Iudei namque capsarii nostri sunt qui nobis codices portant. Sicut scriptum est.
Quasi. Ita ex gratia dictum est. in genesi cum nondum nati essent sed nascituri
sicut malachias dicit de eisdem iam preteritis. scilicet quod iacob gratia sit electus non merito
esau vero subtracta gratia sit reprobatus. et hoc est quod ait. sicut scriptum est. in malachia.
Amb. iacob dilexi esau autem odio habui. ¶ Sciendum quia alterum elegit. prescientia et alterum
Amb. sprevit et in illo quem elegit propositum dei manet. i. impletur: quia ita evenit ut
prescivit et in illo quem sprevit. similiter manet. quia ita fit ut prescivit. hoc autem quod
habetur in malachia. scilicet. iacob dilexi esau autem odio habui. iam de iudicio dicit deus. Illud vero scilicet. maior
Amb. serviet minori. de prescientia ait. Prescientia enim quidquid eorum futurus esset dixit illud in
Amb. genesi. deus et illud cum predicit in se futurorum prescium ostendit. et nichil absque sua
aliud prescientia evenire posse monstravit. hoc vero quod in malachia. dicitur de iam preteritis
ex quorum vita ante acta et operibus patebat alterum salvandum alterum dampnandum. et de actis iudicium fieri solet et no-
Amb. Aug. ad Sixtum presbiterum vis. Ideo ergo illud dixit deus ante futurum iudicium ut iudicaturus esse deberet et merita redditurus. Ideo et illud dixit ut in-
telligeretur hoc aptum esse per eam prophetam quod antequam illi nascerentur: erat in dei predestinatione per gratiam. Nam
Aug. ad Sixtum iacob antequam natus fecisset aliquid boni quid diligebat nisi gratuitum misericordie sue donum. et in esau quod oderat antequam
natus fecisset aliquid boni vel mali nisi originale peccatum. Nam nec in illo diligeret iustitiam quam nullam ille
fecerat. neque in isto odisset naturam quam bonam ipse fecerat. Sed quoniam rem stupendam de nondum natis nec aliquid
boni vel mali agentibus proposuerat. scilicet quod unum deus dilexerit alterum odit quoniam hoc recte fuit cum nichil egissent quod rectum
Aug. dictum est stupenda est sibi obiciens exprimens unde moveri possit auditor. et ait. Quid ergo dicemus? Quasi. Quia sine
omni merito eligit hunc. et illum reprobat. ergo quid dicemus? Numquid dicemus quod iniquitas sit apud deum.
Aug. Enchiridion i. dicetur iniquus deus. Iniquum enim videtur ut sine ullis bonorum vel malorum meritis
operum deus unum diligat et alterum odit. Quam ut si futura bona huius vel mala
illius quae utique deus presciebat attenderet. non diceret non ex operibus sed diceret ex operibus.
Quia ergo sine meritis alterum elegit. alterum reprobavit. numquid ideo iniquus. Absit.
Amb. Non enim iniquus est. quia unum dilexit et alterum odit. quia hunc. i. iacob per
misericordiam elegit. illum scilicet esau per iustitiam reprobavit. In quo neutro est iniquitas.
Aug. ad Sixtum Nemo autem dicat deum quia futura opera providebat alterum elegisse alterum re-
probasse sed potius ne quisquam de suorum operum meritis audeat gloriari ad
dei gratiam et gratiam commendandam valet quod dixit. demonstrat subdens.
Moysi enim. Quasi. Vere hunc per misericordiam elegit. quia ita dicit moysi.
Deus enim dixit moysi. i. deus inductus a moyse dixit. Miserebor vocando mihi cui miserebor.

essent aut aliquid
egissent boni
aut mali ut se-
cundum electio-
nem propositum
dei maneret non
ex operibus sed ex vo-
cante dictum est
ei quia maior
serviet minori
Sicut scriptum est
Iacob dilexi esa-
u autem odio habui.

Quid ergo dicemus.
Numquid ini-
quitas est apud
deum. Absit.
Moysi enim

pdestinando. Exc̄ nulla mīta pcedunt p quib eligantur s; sola gr̄a pdestinantis ex qua uocat̄ & saluatur. vn̄ subdit & miām pstabo. uitam eternam dando cui miserebor uocando. Vt ita. Quasi. Rq est iniquus ds̄ s; iustus. Scit enim quid faciat nec retractandū ē eius iudicium. Moysi enim dicit. Miserebor

dicit. Miserebor cui miserebor & misericordiā pstabo cui miscertus ero.

cui misertus ero. i. illius miserebor uocando & grām apponendo cui pscīo etiam quod iusticiam daturus essem sciens illū conūtendū & apud me pmansurū. Deīn repetit. ut repeticionem magis confirmet. & miām pstabo. ei. cuius miā pstito. i. miām illi dabo quem pscio post errorem toto corde reūsurum ad me. hē dare illi cui dandū ē & n̄ dare illi cui dandum non est. ut eū uocet. quem sciat obedire illum ū non quem sciat non obedire. quia n̄ ī uoluntate petentis. s; in arbitrio dantis deb; ēē quod datur. an ei dandum sit dantis debet iudicio pensari. Et quāuis piculosum sit iudiciū dī discerne tn̄ xp̄i hesitantes ne putent iniustum iudicium dī. quod n̄ iuste iudicat rebus potius pbemus quam ūb. Duo enim fuert saul & dd̄ inquiram in historiis qualr unusquisq; eor repiat p iudicium pscie dī. Videamus g̃ si saul in necessitate ita se gessit ut dd̄. qui accepta miā dm̄ minime contēpsit. & p ueniam peccor tam bn̄ pstitit. saul ū n̄ auditus n̄ ī pce pstitit s; inpaciens & de dī iudicio indignatus ad idola q̃ prius dampnauat conūsus ab eis auxiliū req̃siuit. Vn̄ iuste repbatur a pscīo iudi; ex hoc enim iustum ēē iudiciū pscīe dī ī nolentib manifestatur.

Ergo non uolentis neq; currentis. s; miserentis dī ē.

Stulticia enim est illi et humanum intellectum sensum. Et ideo non potest intelligere spiritualia. Et ut ue
animalis non potest intelligere spiritualia quia examinatur .i. examinatio et comprobatio fit illorum
spiritualium tantum spiritualiter .i. a spirituali tantum. Et impersonaliter legitur examinatur. Vt ita. Vel
animalis non intelligit spiritualia quia spiritualiter .i. per spiritualia tantum examinatur .i. animalis probatur
quod animalis est. quia audita improbat et non ob aliud ei opponuntur nisi ut examinetur.

Animalis
autem homo non per-
cipit ea que
dei sunt spiritus
Stulticia
enim est illi
et non potest intelli-
gere quia spiritualiter
examinatur.
Spiritualis autem
iudicat omnia.

Spiritualis autem. quasi animalis non potest intelligere spiritualia autem iudicat .i. intelligit et discernit omnia
non quod que continet diuina scientia sed que ad iusticiam uite sufficiunt. scilicet omnia iudicanda
spiritualis autem est homo uita et scientia. spiritualis est uita quis spiritum diuinum habens rectorem anime regitur. scientia uero spiritualis est

et ipse a nemine
iudicatur. Quis
enim cognovit
sensum domini aut quis
instruxit eum.
Nos autem sensum Christi
habemus. Ego
fratres non potui vobis
loqui quasi spiritua
libus sed quasi car
nalibus. tamquam
parvulis in Christo
lac vobis potum
dedi non escam.
Nondum enim po
teratis sed nec nunc
quidem potestis.
Adhuc enim carna
les estis. Cum enim
sit inter vos zelus et
contentio nonne
carnales estis et secundum
hominem ambulatis. Cum enim quis dicat
ego sum quidem pauli alius autem ego appollo!
nonne homines estis. Quid igitur est appollo.

qui et si ex parte et per speculum videt; tamen de deo et imagines corporum et legis litteram
et humanam philosophiam non sapit sed spiritui dei subiectus castissime ac fideliter iudicat
omnia etiam fidei occultorum non patitur cognitione. ipse a nemine. scilicet a nullo homine
animali iudicatur. id est intelligitur utrum bene an male intelligat. Vel a nemine id est
irreprehensibilis. Et hoc probat dicens. Quis enim animalis cognovit sensum domini. quibus secundum quod
sapientia mundi stulta est. et eius sensum neque homines videre possunt nos illi vero iudicare non solent.
aut quis est. eum vel iudicat qui dicat: quid hoc fecisti; quasi nullus. Si autem non possunt cognoscere sensum
domini ergo nec nostrum quia nos qui iam ultra homines sumus unus spiritus cum deo habemus sensum Christi; fide
etiam tenentes ea que Christi sunt. Et ego. quasi Dico quod sensum Christi habemus tamen optimus
ego qui possem non potui. id est non debui loqui vobis quasi spiritualibus. id est sicut soleo spiritualibus
loqui sed quasi carnalibus. et hoc tam diligenter feci quia dedi vobis potum lac. id est facilem
doctrinam et dulcem et nutrientem tamquam parvulis in Christo. id est in cognitione Christi non escam
dedi vobis. id est non altiora predicavi vobis. Quare? Quia nondum poteratis capere. Ecce per
hoc ostenditur quod apostolus illis tamquam incapacibus minora non altiora predicaverat.
Vel ita. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus et cetera. Et si queritur utrum spiritales homines habeant
aliquid in doctrina quod carnalibus taceant. et spiritualibus dicant quod utique videtur
ex his verbis apostoli. Dominus etiam ait. Multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo. Secundum igitur intelligen
tiam hanc verba apostoli superexposuimus sed est alius intellectus in his verbis non negligendus.
Scire igitur debet caritas vestra quod nulla videtur esse necessitas ut aliqua secreta
doctrine taceantur fidelibus parvulis. seorsum dicenda maioribus. id est intelli
gentioribus cum eadem predicaret apostolus spiritualibus et carnalibus. quisque pro modo suo ca
piebant. illi vero parvuli isti ut maiores illi ut lactis alimentum isti ut cibi
solidamentum quia et si non audiunt amplius tamen intelligunt amplius. Non enim equaliter
mente percipit quod fide pariter ab utrisque recipitur. Ideo apostolus ait. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi car.
id est non potuistis accipere quod dicebam quasi spiritales sed quasi carnales. tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi
non escam. id est quod predicavi vobis fuit vobis quasi lactis potus non solidus cibus. Sic enim crux
Christi aliis stultitia est aliis scandalum vocatis autem scilicet dei virtus est et sapientia ita idem est
aliis lac aliis est cibus sed quod capacitas eorum plus vel minus capit. ut hi qui dicunt
ego sum illius vel illius aliter acceperunt dictum: crucifixo quam ille qui dixit mihi absit gloriari nisi
in cruce domini nostri Iesu Christi. Eadem simul audiunt spiritales et carnales. et quisque pro suo modo capiunt
nec necesse est ut aliqua secreta taceantur parvulis dicenda perfectis ideo quod dicit apostolus
non potui vobis loqui quasi spiritualibus et cetera. quod est dicere. Non potuistis quod dicebam intelligere ut spiritales sed
ut carnales. Si enim spiritales essent non dicerent ego sum pauli. Nondum enim
quasi Bene dixi tamquam parvulis quia nondum quamdiu vobiscum eram. poteratis capere
escam ut spiritales sed nec nunc quidem potestis. recipere escam et si ab illis edocti sitis. id est a pseudo.
Adhuc enim estis carnales. Arguit eos hic valde qui querebantur se diu non audisse
spiritualia cum adhuc indigni essent audire. Carnales ideo dicit quos supra animales
carnalis a carne animalis ab anima dicitur. Cum enim sit. quasi Vere estis carnales
Cum enim sit inter vos zelus. id est invidia de baptistis et contentio. in verbis nonne carnales estis. eo quod
aliquid ab homine putatis esse. et nonne secundum hominem ambulatis. id est inperfecti estis. utique.
Cum quis. Ecce expositio zeli et contentionis.
quasi Vere secundum hominem ambulatis. Cum enim quis dicat ego
quidem sum pauli alius autem ego appollo. nonne hoc peccatorum
mira agit humilitate nonne homines estis. id est carnales.
ut sperantes in deo sunt dii. Et quan
doquidem in his gloriamini. Quid igitur est appollo.

III.
aug.
aug. de verbis.
aug. de verbis.
aug. in eod.
aug.
ab.
aug.

Quid uero paulus. Mi-
nistri ei cui credidistis.
Et unicuique sicut deus
dedit. Ego plantavi
appollo rigavit sed
deus incrementum dedit.
Itaque neque qui plantat
est aliquid neque qui
rigat sed qui incrementum
dat deus. Qui plantat
autem et qui rigat unum
sunt. Unusquisque
autem propriam mercedem ac-
cipiet secundum suum labo-
rem. Dei enim sumus
adiutores. dei enim
agricultura estis dei
edificatio estis. Secundum
gratiam dei que data est
michi ut sapiens ar-
chitectus fundamentum
posui. alius autem supe-
dificat. Unusquisque
autem uideat quomodo sup-
edificet. Fundamentum
enim aliud nemo potest pone-
re preter id quod positum est quod
est christus ihesus. Si quis autem sup-
edificat supra fundamentum
hoc aurum et argentum lapi-
des preciosos ligna fenum stipula.

Quid uero uel paulus. qui maior est. Sunt ne igitur quorum sacramentis datur
auctores. non utique sed tantum ministri dei cui credidistis. quasi non sunt dii qui dant sed
sunt ministri per quos det nec magis per meliores dat in baptismo quam per minus
bonos. uero uideo glandum est non meus. Ministri sunt dico et hoc non faciunt
uno eodemque modo sed sicut dominus dedit unicuique. id est sic diuisit officia singulis.
Nam ego paulus plantaui. id est predicatione ad fidem conuerti. apollo rigauit.
baptismo sed deus non nos sed incrementum dedit. interius. et que deus tantum dat idem
tamen ex se. Itaque neque qui plantat est aliquid. dando ex se neque qui rigat sed deus
solus qui dat intrinsecus incrementum est autem. quasi plantat paulus rigat apollo.
qui autem plantat et qui rigat unum sunt. id est differentes extrinsecus. non tamen operantur.
Aug.
Nisi igitur reueles ille qui intus est quod prodest quod faciunt. Frustra quippe o-
peratus omnia mouetur ex trinsecus ministrator. intrinsecus latenter operatur ideo
ait unum sunt sic gratie non. ita ministerium ratione. Non dicit quia possunt uidi
quasi isti nichil dant ex se tamen deus magis per hunc quam per illum daret. Unusquisque
autem. quasi in dando non differunt sed in labore in mercede. id est quod ait. Unusquisque
autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. forinsecus ministrandi. Bene dixi mercedem sumus enim
adiutores dei. in colendo agro dominico non depravatores ut quidam aiunt. Et
si igitur non damus incrementum impendimus tamen aliquid adiumentum quod ita patet
quia uos estis dei agricultura. dum extirpantur uicia et estis dei edificatio
Aug. in lib. Enarr. psalmi.
in positione uirtutum. Apertissime ostenditur ex his uerbis quod deus est agrico-
la nos autem dei agricultura sumus quia colit nos ad fructum et dei edificium
quia qui colit nos habitat in nobis. et ita idem est ager et edificium quod non est in re-
bus uisibilibus. Apostoli et agricole possunt dici. agricola enim est qui plantat
Aug.
et qui rigat sed quoniam nec hoc de suo habent sed sic deus dedit unicuique rectius ipse
dicitur agricola apostoli uero operarii illius agricole et hoc ipsum ab ipso impertitis ui-
ribus et donata gratia. homo enim agricola uineam colit et adhibet quod pertinet
ad agricolarum diligentiam incrementum uero dare sarmentis non potest. formare fructus non
Aug.
potest. deus autem quo omnia possunt per se agricola est. Nota quod nos colimus deum et deus colit
nos sed non sic colimus deum ut ipse melior fiat. colimus enim adorando eum non
ornando. Ille autem sic colit nos quod meliores nos reddit. Secundum gratiam. quasi Dei a-
gricultura et edificatio uos estis quibus ego posui predicatione fundamentum
id est fidem christi non aliam sed que per dilectionem operatur. posui dico ut architectus
id est princeps edificii sapiens. id est discretione utens. et hoc secundum gratiam dei que data est mihi. id est
per apostolatum mihi gratis datum. quasi non habeo a me hoc. Ego posui fundamentum alius
autem superedificat. bene fundamento.
bona opera quod utique non uno
modo fit. sed unusquisque uideat quomodo id est
cautius opera superedificet. De
superedificatione uidendum est tamen. fundamentum
enim aliud nemo potest ponere ad quod uidendum
nisi pseudo preter id quod positum est a me quod est christus ihesus. id est christi fides. scilicet que per dilectionem operatur per quam
christus habitat in cordibus. Alia non est fun-
damentum hec autem nemini sinit perire. fides enim demonum cum gratia. id est que per dilectionem operatur. posita est in fun-
Aug. de fide et operibus In eo s.
damento nemine sinit perire perpetualiter.
Si quis autem. quasi fundamentum nemo potest mutare sed de superedificatione uidendum est quod manifestum
erit unius cuiusque opus tunc est quod ait. Si quis autem
autem superedificat supra fundamentum hoc aurum argentum lapides preciosos ligna fenum stipulam.

Aug. de fide et ope.

Uniuscuiusque opus manifestum erit. Uniuscuiusque opus manifestum erit. Quidam ita intelligendum putant ut illi videantur edificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, qui fidei que in Christo est bona opera adiciunt. Illi autem ligna, fenum, stipulam qui cum eandem fidem habeant male operantur. Unde arbitrantur per quasdam penas ignis posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti. Hec sententia est falsa, quoniam erunt illa que obscuritatem ambiguitatemque non habent, scilicet: Si habeam omnem fidem, caritatem autem non habeam, nichil sum. Falsum erit et illud: Neque fornicatores neque avari etc. regnum Dei possidebunt. Illud denique: Quoniam vivum est fides sine operibus mortua est.

Aug. Aliter ergo intelligendum est quod hic dicit apostolus. Hec autem si subtilius dicere conarer, sed vereor ne ad intelligendum difficilior sit illa expositio. Evitatur tamen quantum Dominus adiuvat brevius et dilucide quantum potero expedire quam sententiam. Super fundamentum quod est Christus aliquis superedificat aurum, argentum, lapides preciosos, id est ille qui cogitat que Dei sunt, quomodo placeat Deo. Alius edificat super tale fundamentum ligna, fenum, stipulam, id est ille qui cogitat que mundi sunt, quomodo placeat mundo. Non enim hic tantum de malis operibus accipienda sunt, que hic fides sine operibus salvet, quod non est; sed ligna, fenum, stipulam non absurde possunt accipi secularium rerum, quamvis licite concessarum, tales cupiditates ut amitti sine animi dolore non possint.

Aug. Theod. Qui ergo adhuc amant secularia et negotiis terrenis implicati sunt et dediti sunt vinculis quibusdam et affectionibus carnis, domibus suis, coniugibus, possessionibus, et tamen christiani sunt, ita ut cor eorum non recedat a Christo vel nil preponant Christo, edificant quidem ligna, fenum, stipulam. Vel ut aptius dicam: qui erga divitias suas quodam carnali tenetur affectu, et tamen ex eis multas elemosinas facit, nec ad eas augendas fraudis aliquid vel rapine molitur, nec earum minuendarum vel amittendarum metu in aliquod crimen labitur, ~~nec earum~~ ligna, fenum, stipulam edificat.

Aug. Qui autem bene vivunt et Deum honorant et laudant et pacientes sunt in tribulationibus et desiderant patriam, aurum, argentum, lapides preciosos edificant.

Aug. Aug. Hec enim tria edificant contemptores seculi, qui sua omnia pauperibus dant vel qui tamquam non habentes habent. Nec frustra tria et tria exposita: aurum enim edificant in contemplatione Dei, argentum in dilectione proximi, lapides preciosos in operibus bonis, que non consumuntur ab igne, sed nichil vel parum sentiunt.

Aug. Ligna, fenum, stipulam edificant qui, etsi aliena non rapiunt, rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inherent, quisque secundum suos amandi hos modos, diutius ut lignum vel minus ut fenum vel minimo ut stipula ignem sustinebunt, vel quia hec Deo non preponunt salvi erunt per fundamentum. Qui vero hec Deo preponunt et crimina committunt non superedificant, sed destruunt fundamentum, id est Christum. Si quis superedificat, vel super fidem Christi aurum contemplando Deum, argentum diligendo proximum, lapides preciosos bona opera faciendo, vel qui ita tales

Aug. sunt ut tantum cogitent que Dei sunt. Et si quis edificat ligna, fenum, stipulam, vel qui in his temporalibus infirmitati

Aug. humane concessis utuntur cum aliquo amore, diversi vel diversimode cogitant que mundi sunt, quibus sine dolore carere non possunt, uniuscuiusque opus manifestum erit tandem, etsi non modo. Et vere. Dies enim Domini, id est dies iudicii in quo secreta patent, declarabit cuiusque opus. Hec dies Domini per nutum suo agnitus, sed in iudicio vel in morte cuiusque est dies Domini secundum merita iudicantis. Et vere declarabit, quia in igne, id est in pena purgatoria hominis revelabitur quicquid modo tegetur. Uniuscuiusque opus quale sit, scilicet firmum vel solubile, ignis futuri iudicii probabit. Duos enim ignes legimus futuros: unum eternum quo eternaliter punientur reprobi, qui sequetur iudicium; alterum qui precedet, quo exuretur facies mundi huius, qui emendabit eos qui superedificaverunt ligna, fenum, stipulam. Qui vero superedificaverunt aurum, argentum, lapides preciosos, de

Aug. utroque igne securi sunt, non solum de illo eterno qui in eternum cruciaturus est impios, sed etiam de illo emendato-

Aug. c. xx. ii rio quo purgabuntur quidam salvandi. Ignis enim extremi iudicii tamdiu durabit quousque purgati sint qui salvandi erunt. Si cuius opus manserit, id est

Aug. consumptum in illo igne non fuerit, quod superedificavit, accipiet mercedem, quia nichil

Aug. perdet, id est quod amavit inveniet. Sed si cuius opus arserit, id est cremabile erit, detrimentum patietur ille minoris glorie. Vel patietur aliquid pene. Ipse autem salvus erit per fundamentum quod est Christus, cui nichil preposuit. Sic tamen salvus erit quasi per ignem, qui rem cremabilem fereret per ignem transitorie tribulationis qua cruciata evadit

Aug. ipse post istius sane corporis mortem donec veniatur ad

Aug. diem dampnationis sub temporis intervallo spiritus defunctorum qui edificaverunt ligna, fenum, stipulam huiusmodi ignem dicantur perpeti, quem alii non sentiunt, qui huiusmodi edificia secum non portaverunt, ut inveniant ignem transitorie tribulationis venialia concremantem, non redarguo, quia forsitan verum est. Sed quia dicitur salvus erit, contempnitur; gravior tamen erit ille ignis quam

Aug. quicquid potest homo pati in hac vita. Vel ita dicitur.

Ps. o. xxiv. Dies enim, ut de igne presenti vel igne presenti accipiatur. Nam et hec dies Domini est, dum iudicium incipit a domo Dei, vel a salvandis incipit pena que consummabitur

incorporalis. Ibi enim hic puniuntur electi ut ibi non puniantur. In quo dicit igni tribulationis qui scilicet amor temporalium urit dum homines contristantur amissis. Et non rem. Tribulationem carnis habuerunt huiusmodi. Quod enim sine illicientis amore non habent sine urente dolore non perdunt. Quia sic manifestum erit. Dies enim domini scilicet dies presentis tribulationis declarabit

Dies enim domini declarabit quia in igne revelabitur et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.

(interlinear: ... tribulationis declarabit. Eandem quippe tribulationem ignem vocat. Uniuscuiusque opus quale fuit firmum vel solubile. Ignis presentis iudicii probabit. Hic igne)

illius opus non exuritur qui non ea diligit quorum amissione cruciatur. cum non sit gratum quod temporaliter fluit. Exuritur autem illius opus qui hec temporalia diligit. quia sine dolore non pereunt. que cum amore possessa sunt. Si cuius opus manserit. Ut opus illorum quos amissio temporalium non cruciat quod fit de ac.

Si cuius opus manserit quod superedificatum est mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Ipse autem salvus erit sic tamen quasi per ignem.

(interlinear: non solum post finem quando hoc sumet unde cogitavit scilicet in hac vita ubi habet requiem suam. Omnia contempnenti omnia. Sed cuius opus arserit. Id est inabile erit. Patietur detrimentum quia quod dilexit perdet. Ipse eo quod deo hoc dilexit hic vel in futuro punietur.)

Sed quia alterutrum condicione proposita eis potius mallet carere quam a pene timore amittendi talia deserit. Atque tamen dolet cum amittit. Salvus autem erit ipse quod sic tamen erit quasi per ignem. Quia urebatur dolore amissorum. Non tamen ea prefert deo. Et sic urit eum dolor amissorum. Non subvertit neque consumit eum fundamenti stabilitate et incorruptione munitum. Ideo salvus erit sed quasi per ignem. Iste ignis temptatio est tribulationis de quo scriptum est: Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis.

Hic queri solet quomodo opus illius exuritur dicatur qui edificat ligna fenum stipulam. cum non de malis accipiatur operibus ut dictum est. Non enim opus ardet vel detrimentum patitur nisi malum fuit. Aut quod non ardet opera per illa tria signata sunt aut mala. Ad quod dicitur quod per illa tria mala non intelliguntur sed bona que ad sustentationem sui et suorum aliqui faciunt vel ad sustentationem indigentium ex misericordia. Et quia talia opera faciunt sed quia tamen aliquem affectum habent cum hoc faciunt nec ille tamen affectus est a deo malus ut destruat fundamentum id est fidem que operatur per caritatem. Simul ergo cum caritatem venialem affectum aliquis habet. Talis enim affectus venialis est. Vel potius ligna fenum stipula accipiuntur non opera bona nec mala que sint dampnabilia sed peccata venialia. Unde Gregorius. Quamvis hic de igne tribulationis presentis possit intelligi tamen si quis de igne future purgationis accipiat pensandum sollicite est quia illum dixit per ignem posse salvari non qui super hoc fundamentum ferrum et es vel plumbum edificat id est peccata maiora uno duriora atque tunc insolubilia sed qui edificat ligna fenum stipulam id est peccata minima atque levissima que ignis facile consumat de quibus tamen licet minimis illic nichil purgationis quis obtinebit nisi in hac vita potius hoc promeatur. Unde hic Augustinus ait. Non sibi polliceatur quisque hinc nefaria opera regnum dei et dicat quia habeo signum Christi et sacramenta non delebor. Interim sed per ignem salvus ero. Ait enim apostolus: Fundamentum posuit et cetera. Quod et inquit consequitur. Alius superedificat aurum argentum lapides pretiosos alius ligna fenum stipulam. Hic est qui super fundamentum iusta opera edificat aurum argentum lapides pretiosos edificat. Si autem peccata ligna fenum stipulam. Cirillus quoque ait. Natura peccati similis est materie que cito consumitur igni. Quod edificantia ipse dicit a peccatoribus qui super fundamentum Christi edificant ligna fenum stipulam. In quo manifeste ostenditur esse quedam peccata ita levia ut stipule comparentur feno lignis. Sciendum quoque quod sicut fundamentum corporalis fabrice est in imo ita fundamentum spiritualis fabrice est in summo. Atque sicut pondus parietum tendit ad ima ubi est suum fundamentum ita spiritualis edificatio tendit ad summa ubi suum est fundamentum. Nam ponderum gemina sunt genera. Que alia ima petunt ut lapis supra aquam positus et aqua super oleum. Alia vero summa petunt ut ignis et oleum. Semper enim ignis superiora petit. et oleum et super aquam fusum non se patitur subesse. Sic ecclesia non in imo posita tendit ad celum ubi fundamentum est Christus sedens ad dexteram patris. Vel aliter potest accipi ab illo loco. Ut sapiens architectus. Sapiens architectus est qui fundamentum disciplina auctoritatis collocat

(margins: Augustinus de civitate dei; Augustinus; Augustinus; Augustinus; Augustinus de fide et operibus; Augustinus; Augustinus; Questio; Responsio: cum aliquo amore temporalium ideo hec opera dicuntur arsura non quod ideo puniantur quia ista fecerunt; Gregorius in libro dialogorum; Augustinus in psalmo lxxx; quidam; Cirillus; Augustinus in psalmo xxxix; Ambrosius)

fundamentum. id est que traditionem saluatoris euangelizat.
Ambr. Alius autem superedificat. id est illi qui uenientes post apostolos docent
Aug. Ab. siue boni siue mali sint sed uideant ut edificatio congrua
fundamento. Unde subdit. Unusquisque autem uideat quomodo superedificet. utrum
Ab. & nos qui sumus ueri christi apostoli an & alios ne si obliqua
fuerint & friuola que superedificant ruinam faciant ma-
nente tamen incolumi fundamento quia et si male aliquis
docuit christi tamen nomen permanet. ideo de superedificatione
uidendum est. Fundamentum enim nemo potest ponere preter id quod positum est quod est christus iesus.
Ab. Quia nemo preter apostolo loquens sua commenta commendaret. ideo
quamuis aliqui heretici sint. non tamen docent nisi sub christi no-
mine ut res contrarias & absurdas nominis dignitas ac-
ceptabiles faciat. Siquis autem superedificat super fundamentum hoc aurum argentum lapides preciosos ligna
Ambr. fenum stipulam. uniuscuiusque opus manifestum erit. Id est aurum argentum lapides preciosi preclaram doctrinam
significant. in tribus aliis friuola & uana doctrina significatur. que
si modo fallit. in igne tamen apparebit. quia ardebit bona
permanente. Et uere manifestum erit. dies enim domini declarabit quia in igne reuelabitur. id est
Ambr. mala doctrina in igne omnibus apparebit nec ut modo fallit.
Ambr. Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. quia si in omnibus aliquid non
inuenerit quod exurat manifestat illum bonum fuisse
Ambr. doctorem. mala uero doctrina ignis esca est. Si cuius opus manserit quod superedificauit mercedem accipiet.
Ambr. Cum enim nichil in illo sordis inuenerit fuit praue doctrine
sic ignis non consumit aurum argentum lapides preciosos. ita & bonus magister
& corruptibilis permanebit & recipiet mercedem uitam eternam. Si cuius opus
Ambr. arserit detrimentum patietur. Opus quod ardere dicitur mala doctrina est. quam in tribus determinat
patietur penas peccati. Quasi in pena potius iacturam non habet.
Ambr. Ipse autem saluus erit. Quia non interit substantia qua constat. id est bona doctrina
Ambr. in qua fundatus est. sic doctrina mala perit quam accensa est.
Ambr. Saluus erit dico sic tamen quasi per ignem. quasi non sine pena erit saluus. propter hoc
ostendit illum saluum futurum sed penas ignis passurum ut per
ignem purgatus fiat saluus. non ut perfidi & eterni pereant quod dicit ille
expiri te edidisse christus. N escitis quia templum dei estis & spiritus dei habitat in uobis.

Nescitis quia templum dei estis & spiritus dei habitat in uobis. Siquis autem templum dei uiolauerit destruet (disperdet) illum deus. Templum enim dei sanctum est quod estis uos.

h[abitat]. Siquis autem templum dei uiolauerit disperdet illum deus. Sed continua. Iste saluus erit per ignem qui non discessit a fundamento. sed siquis uel pseudo apostolus male docendo uel homo ei assentiendo templum dei quod uos estis uiolauerit. id est uel in aliis uolens subuertere fundamentum & catholicam societatem

disiungere disperdet illum deus corpore & anima qui sacrilegus
in iuncto templum enim dei sanctum est a tempore baptismi quia in nemi- Aug.
ne habitat deus quem non ante spiritus sanctus sanctificet & purget quod
templum quod estis uos secundum animam & secundum corpus quia
uos estis templum. id est tales. in quibus scilicet deus sedet & habitat. Aug.
Templum dico dei. id est spiritus sancti. Unde subdit & spiritus dei. id est spiritus sanctus
habitat in uobis qui uos consummat in bonis. Et nesci-
tis. h. Nota quod spiritus sanctus dicitur hic deus. cum premiserit enim Aug.
estis templum dei non subdidit & deus habitat sed & spiritus dei maximus
h[abitat] in u[obis]. in quo aperte ostendit spiritum dei esse deum. Ubique ad-
spiritus sanctus ad homines in eternam uitam regnandos & non est eis
deus; Immo uero est deus uiuus quia uere dei membra templum eius
& utique subiectum est templum illi cuius est templum. Quomodo
ergo rex non est cuius templum est que membra sunt regis.
Quomodo non consedet patri & filio qui repleuit
filium qui & membra filii sua possidet domum. Deinde cum
de patre procedat quomodo cum patre non sedet. cum
ipsa sessio non sit utique cogitanda carnaliter. & certe & de
membris eius dicat apostolus suscitauit & consedere fecit in celestibus.
Quomodo ergo spiritui sancto subtrahitur a nobis quisquis ille est con-
sessus. tamquam sede cum patre & filio sit indignus qui
nos ea sede efficiat dignos. Spiritus ergo sanctus & in celestibus
sedet cum patre & filio & in templo suo habitat. id est in sanctis qui
sunt templum dei in hac fide ambulantes. & templum
dei erunt aliquando in re speciem qualiter & nunc templum dei
sunt angeli. Sed dicit aliquis antequam faceret deus celum & terram
antequam faceret sanctos ubi habitabat. In se habitat deus
apud te habitat & apud se est. Non ergo sic sunt sancti domus dei
ut ipsa subtracta cadat deus. Immo sic habitat deus in sanctis ut si
discesserit ipse cadant. P reterea sciendum quod non Aug. ad
dicatur nisi stultissime propter spiritum sanctum non habere locum in nostro cor- Dardanum
pore quod totum nostra anima impleuit. stultius & dicitur an-
gustiis alicubi impediri trinitatem. ut pater & filius & spiritus sanctus
alicubi simul esse non possint. Uerum illud est multo
mirabilius quod cum deus ubique sit totus non tamen in omnibus
habitat. quis porro audeat opinari nisi inseparabilitatem
trinitatis penitus ignoret quod in aliquo possit habita-
re pater aut filius in quo non habitet spiritus sanctus. aut in aliquo
spiritus sanctus in quo non est pater aut filius. Fatendum est ergo ubique esse
deum per diuinitatis potentiam sed non ubique per habitationis
gratiam. Propter hanc enim inhabitationem ubi gratia dilec-
tionis eius agnoscitur. Non dicimus pater noster qui es ubique sed
qui es in celis. Illud quoque mirabile est quod deus est inhabita-
tor quorundam nondum cognoscentium deum & non
quorundam cognoscentium deum. Illi enim ad templum
dei non pertinent qui cognoscentes deum non sicut deum glorificant

Nemo uos seducat. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stulticia est apud deum. sicut scriptum est. Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum. Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uane sunt. Itaque nemo glorietur in hominibus. Omnia enim uestra sunt siue paulus siue apollo siue cephas siue mundus siue uita siue mors siue presentia siue futura. Omnia enim uestra sunt. Vos autem christi. christus autem dei.

ad templum dei pertinet paruuli sanctificati sacramento christi· et regenerati spiritu sancto qui
nondum possint cognoscere deum. Et quem potuerunt illi nosse non habentes
potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi quibus hoc est deum habere quod nosse.
christianis et fidelibus loquens ait. templum dei est et cetera. hoc premisit ideo ut oppugnat — amb
illos qui turpiter uiuentes corpora sua uiolant maxime illos qui uxorem patris
habent. Et quia templum dei uiolans disperdetur. Nemo seducat se. scilicet uos. quasi
Deus hoc negligat. (scilicet potius) Si quis inter uos uidetur sapiens in hoc seculo. id est secundum sapientiam
huius seculi stultus fiat apud se. id est deum contra naturam credat posse ut ita
ita sit uere sapiens. quia stultus seculo prudens est deo et multo apud se stultus — ambr
quia ita est et apud deum. sapientia enim huius mundi stulticia est apud deum. id est sapientiam — ambr
illam stulticiam deus probat qui facit quod mundus fieri posse negat. Et no- — aug
ta quod aliquando in scripturis sapientia ponitur pro astutia abusione ui-
bi non proprietate. Quod autem mundi sapientia sit stulticia confirmat auctoritate.
Scriptum est enim in iob. Comprehendam id est falsos ostendam. sapientes mundi in astutia eorum.
faciendo aliter quam ipsi dicunt. Et iterum in psalmo scriptum est. Dominus nouit cogitationes sapientium — ab
uel hominum. scilicet carnalium quoniam uane sunt id est false. et quia stulta est sapientia
mundi. Itaque nemo glorietur in hominibus. baptistis et doctoribus. quasi melius
ab uno quam ab alio recipiat cum non sint datores gratiarum siue boni siue ma-
li sint sed tantum ministri. Omnia enim et cetera. Non debetis in hominibus
gloriari quia uestri sunt ipsi uere quia omnia uestra sunt. id est ad seruiendum
uobis data et non est gloriandum nisi de rebus excellentioribus et de quibus dixit
omnia uestra sunt aperit subdens. siue paulus siue apollo. qui sunt de ma-
ioribus siue cephas qui omnibus maior. quasi. Non solum minores uestri sunt
sed et maiores. Hoc ideo dicit ut non singulos doctores sibi defendant cum omnibus — amb
utantur. Deinde exequitur de aliis que sunt eorum siue mundus uester est siue
uita presens siue mors. Mundus utique noster est si de illo secundum uoluntatem dei — ambr
sentimus et cursus eius in dei uoluntate ponimus. Vita presens nostra est
si modeste cum gratia dei agitur. Mors nostra est si spe futuri libenter pro christo — ambr
morimur. Siue presentia. uestra sunt quibus sustentati deo seruiunt
siue futura spe quorum seruiunt. Presentia uero nostra sunt si sic utimur eis — ambr
ad sustentationem ut non offendamus. Futura nostra sunt si ea ardentes ma- — ambr
gis optamus. Vel ita. siue mundus uester est. hoc dicit quia et elementa mundi nobis seruiunt.
Siue uita doctorum siue mors eorum de uestra est. Nam et uita et mors doctorum ad edificationem subditorum
esse debent. Vel per uitam sanctos homines accipe et angelos qui student profectui sanctorum fidelium
per mortem diabolum et membra eius accipe qui dum persecuntur utilitati sanctorum seruorum dei et
seruiunt. alia non mutantur. Omnia enim. quasi ideo uestra sunt quia omnia quecumque sunt in mundo
uestra sunt uos autem estis christi. non hominis uos non in homine gloriantes sed in christo cuius sumus creati-
one et recreatione. hoc ideo dicit apostolus ut sicut hec in nostro iudicio concessa sunt et subiecta. ita — ambr
nos christo subiciamus. christus autem est dei patris quia ipse filius eius faciens uoluntatem ut et nos ipsi — ambr
faciamus et si famuli christi sumus. Cur ergo ad iniuriam christi de hominibus aliquis speratis.
Cauendum est ne sic intelligatur christus est dei qualiter illud omnia uestra sunt et illud uos estis christi — aug
Nam omnia illis uestris et illi christo subduntur ut res dissimiles uni non diuise. Christus autem subditur deo — aug e in l.
patri non tamquam dissimilis aut alterius nature sed tamquam patri filius. Sciendum est quod in hac — xx iii questionum
enumeratione rerum sibi connexarum qua dicitur omnia uestra uos christi christus dei. nulla fit — aug de sim-
commemoratio spiritus sancti nec sicut ibi caput mulieris uir caput uiri christus. Caput — bolo.
christi deus. ideo utique quia non fere in his que sibi connexa sunt commemorari solet ipsa connexio. Connexio autem patris et filii spiritus sanctus.

·IIII·

Sic nos existimet homo, ut ministros x̄ et dispensatores misteriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Michi autem pro minimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die; sed neque meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Quia autem iudicat me dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare

que est ipsa divinitas patris et filii. ipsa divinitas dilectio est. Nam ut dicitur deus karitas est. Tacito ergo nomine spiritus sancti dicit vos estis christi et christus dei. ita id est mediante christo vos estis dei. Sic nos.
Hactenus ergo de gloria pseudo hic agit de suo contemptu. Quasi dicat. Et cum ita sit scilicet quod deus auctor vos vero adiutores sumus nec minus de nobis arbitremini sed potius homo quilibet sic nos existimet. non ut dominos sed ut ministros christi. quod non pseudo faciunt. Hoc ideo ait apostolus quia de eo minus sentiebant sed sic homo sentiat ut deus qui eum elegit. Et sic existimet nos ut dispensatores misteriorum vel ministeriorum dei. quia per nos cuique misteria dividimus vel ministeria. Et sciendum quod non solum boni sed et mali dispensatores sunt. Si enim per bonos non dispensaretur non recte apostolus diceret. Imitatores mei estote. Rursus si per malos non dispensaretur non diceret dominus de phariseis quod dicunt facite. que autem faciunt nolite facere. Dispensatores sunt per quorum ministerium perveniunt ad eternam salutem. non enim ad esse salutis illius dispensatorem prodesse verbi et sacramentum est illius esse participem. Hic autem queritur etc. Quasi. Ita de nobis existimandum est ut dixi sed hic id est inter vos quod alibi non iam scilicet in presenti cum expectandum esset donec deus iudicet. queritur quis inter dispensatores inveniatur ut fidelis. scilicet cui possit deus ut bene dispenset. Michi autem. Quasi. hic inter vos queritur quos non esset querendum sed quicquid alii faciant michi pro minimo est ut a vobis iudicer. Quasi. infidelis dispensator aut ab humano die. id est humano intellectu qui non videt occulta ipse fallitur vel ab humano die id est ab hominibus dum sunt in suo die et non est dies domini. humano die quia est et dies domini quo iudicabit quando unusquisque pro se rationem reddet et tunc secreta cordium patebunt. Sed nec quam minimum michi est si a vobis vel ab aliis iudicer sed neque ego qui melius me novi quam vos iudico meipsum. ita periculum est nobis de ignotis cordis mei vel aliorum iudicare. Tanta enim profunditas est cedenda est esse in homine que latet et ipsum hominem in quo est ut in petro profunditatis et infirmitatis latebat cum se cum domino moriturum temere promittebat. Cum ergo de se quisque aut non omnino aut vix possit veram ferre sententiam quanto minus potest de alio iudicare cum nemo sciat quid agatur in homine nisi spiritus hominis. Ideo apostolus non presumens de se diffinitam ferre sententiam ait. neque meipsum iudico quamvis melius me novi quam illi sed melius me novit deus quam ego. ideo illi relinquendum est iudicare. Nichil enim michi conscius sum id est non ideo me iustum puto quia forte esse quod nescio. delicta enim quis intelligit et gloriatur mundum se habere cor. Humiliat se apostolus hoc dicens ut homo loquitur qui forte habeo culpam nescius. Qui autem etc. neque ego debeo me iudicare. neque vos sed qui iudicat me. id est qui debet me iudicare dominus solus est qui novit omnia et quia dominus est qui potest iudicare. Itaque nolite iudicare ante tempus iudicii scilicet quousque veniat dominus iudicare. Aliter enim iniuria iudicatur quia iudicis iniuria est si ante iudicium eius a servo prodatur sententia. Ecce iudicium prohibet apostolus. quia occulta sunt nobis corda hominum. In his plerumque nostra credulitas fallitur sed cavendum ne pernitiosa opinatione fallamur ut quia non possumus hominum indagare consciam de ipsis rebus habeamus veram certamque sententiam hoc modo ut si nescimus an ille vel ille homo sit impudicus pudicus ve iustus sive iniustus. Oderimus tamen impudicitiam et iniusticiam pudiciciam et iusticiam diligamus et hec apponenda illa que vitanda in ipsa veritate conspiciamus vero cum de ipsis rebus quod appetendum est appetimus et quod devitandum est devitamus ignoscatur et nobis quos de hominibus aliquando immo assidue non vera sentimus. Hoc enim ad humanam temptationem pertinet sine qua ista vita non ducitur. Unde apostolus. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Et si ergo suspicationes vitare non possumus quia homines sumus iudicia tamen id est firmas diffinitasque sententias continere debemus. Si ergo suspicamur quod est humana temptatio saltem non iudicemus. Cum ergo non erratur in rebus vero recta sit improbatio viciorum virtutumque approbatio profecto si erratur in hominibus venia tamen est humana probatio. Quod autem perniciosum est prohibens apostolus dicit. Itaque nolite ante tempus iudicare quousque veniat dominus qui et illuminabit id est aperta faciet abscondita tenebrarum id est peccatorum et manifestabit.
id est in nullo me remordet conscientia mea; sed non in hoc iusticatus sum.

dominus b · aug. ad audacem. · aug. · aug. in psalmo xli. · aug. in libro questionum lxxxiii · aug. · aug. · ambr. · ambr. · aug. in libro x.

quoadusque ueniat dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit unicuique a deo. Hec autem fratres transfiguraui in me et apollo propter uos ut in nobis discatis ne supra quam scriptum est unus aduersus alterum infletur pro altero. Quis enim te discernit? Quid enim habes quod non accepisti. Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Iam saturati estis iam diuites facti estis sine nobis regnatis et utinam regnetis ut nos uobiscum regnemus. Puto enim deus nos

con. cor. i. bonas cogitationes quia gesta et cogitata bona et mala tunc erunt aperta et quia tunc erunt omnia nota omnibus poterunt de se iudicare et de aliis. Et tunc un. bene agenti et cogitanti. erit pro merito suo laus. i. remuneratio a deo. Hic autem nescitur quis sit laude dignus. Hec autem. Quia superius dixit illos dixisse ego sum pauli ego a. cum tamen hi nullus forsan dixerit aperte hic. q. Dixi non esse gloriandum in nobis. Hec autem o. fratres in me et apollo christi. cum in nobis non gloriemini. i. me et apollo proposui figuram pro omnibus ut ab omnibus aboriatur. hi sic a nobis. Hec ergo in se et apollo transfigurauit dum pseudo apostolorum glorias et traditiones prauas sub sua persona et apollo euacuat sumatim illos designans non singillatim ne maior nasceretur discordia. Nemo enim audiens nomen suum singillatim taxari et eius cautauet contentus est tacere tacito uero nomine audiens de se aliquid dictum dissimulat et hoc feci propter uos. i. propter utilitatem uestram hac. s. ut in nobis qui maiores sumus discatis ne unus infletur aduersus alterum. pro se. alio ab illo. i. meliori quam ille. i. qui sit alius ab illo. i. melior qui nullus est quantum ad se et quantum ad ministerium. Vel et infletur. pro doctore alio a ministris aliis. i. meliore quam alii sint. Infletur dico agendo supra. i. ultra et aliter quam scriptum est. i. in ieremia. s. qui gloriatur in domino glorietur. unde debes gloriari non in homine. Quis enim te disc. a massa perditorum. Nullus nisi deus solus ipse separat te a perditis sed quia homo inflari possit respondet et uoce et cogitatione et dicere discernit me fides mea et oratio mea iusticia mea occurrit apostolus subdens. Quid autem. q. dico quis te discernit. Sed si dicis fides tua et oratio et iusticia. tunc interrogo quid habes. boni quod non ac. a deo. Sciendum est neminem posse discerni ab illa perditionis massa nisi quibus bonum habet ut credat quod quicquid boni habet gratia saluatoris accepit. Sciendum est quod sic supra temerarium iudicium prohibuit. ita hic aliud genus arrogantie amouere conatur. s. ne homo superbiat propter aliquid gratia a deo sibi data putans se eam habere a se et a ministro quod apostolus redarguens ait. quid habes quod non ac.

Si autem accepisti a deo quid gloriaris in te et in illis qui non accepisti a deo sed a te et ab illis. Vel et ita ne unus infletur a. a. pro baptista alio. i. meliore quam sit alius unde debes quis enim baptista quantumcumque bonus sit discernit te ab eo qui baptizatus est a minus bono. q. Si baptizatus es a petro quomodo discernis ab eo qui baptizatus est a paulo. nichil utique ille habet a baptista nichil tu. quid autem. hic redarguit illos eosdem qui gloriabantur de magistro pseudo contempnentes doctrinam apostoli. q. Gloriaris propter illos sed quid habes ab illis quod non ac. a me quid gloriaris contra me quasi non id accepisti a me. Hoc dicit contra illos qui ea que ab apostolo acceperant audientes de magistro pseudo apostolorum gloriabantur qui per eloquentiam se commendantes gloria in se utebant cum apostolus contemptabilem se uideri fecerat ut gloriam deo faceret. Ideoque apostolus ironice loquitur eis qui concedens quod eis de se ipsis uidebatur cum subdit. Iam saturati. q. ipso uos dicens. Quid gloriaris et est sed non recte uideor hoc facere quia uos iam qui tam cito saturati estis. i. pleni spiritu sancto iam diuites facti estis. q. et alios saturare potestis. ironia est. ac si diceret non est ita tam crescentia enim uerba sunt non confirmantis. regnatis. i. regitis uos sine nobis. Sic enim putabant illi gloriantes de pseudo apostolis et utinam uere regnetis. Vere regnare est de spe et promissis dei securum esse et tamen ad ultimis gaudere. Nota quia ut pius pater et his ingratis filiis bonum optat. Regnetis dico ita ut et nos regnemus uobiscum. non dico uos nobiscum cum nos sequi dedignemini sed dico nos uobiscum. ut nos sequamur uos. sed non uultis sequi nos quos sequi debetis quia nos re uera regnamus sed timeo ne sine uobis. Puto enim. q. Vos sine nobis putatis regnare et hic loquar puto quod nullatenus putandum; ironice enim loquitur et per mala que patior. Nos nostros

aug'
amb
ab
aug' de correctione et gratia et de eod
aug
aug
aug

÷

aug ad unum uidetur loqui, ad partem plebis loquitur. Si autem ac. a me quid gloriaris contra me quasi non id accepisti a me.

aplos nouissimos. i. uilissimos de quibus non curet tamquam morti des.
i. qui ad nullam utilitatem sed morti reseruatos quod per hoc uidetur quia
facti sumus mundo spectaculum. Ad spectaculum enim nostrum qui ad mons-
trum conuenit homines. per quod magis probamus amicicia. Vel ita puto ui-
de non debetis nobiscum regnare. quia ego puto. id est credo sicut quod deus o. n. a. n. i.
Aõ similes nouissimis sanctis. s. helye et enoch in tribulationibus nos dicto.
tamquam m. d. quia ita fit nobis ut illis qui auctoribus morti seruabantur ad
quod spectaculum conueniebat populus sic ad derisionem helye et enoch tunc con-
ueniet. ita modo ad derisionem apostolorum conueniunt mali. Unde non subdit quod f. f.
s. et. quid nomine mundi intellexit subdit et angelis et hominibus utrisque bonis et
malis sed bonis ut conferrent et laudent. malis uero insultent et uituperent.
Aug[ustinus] in ps[alm]o xxxix. Boni enim angeli et boni homines laudant et mali irrident. Hec est dextra et
sinistra his utimur quasi armis ad feriendum hostem. i. diabolum. s. laudantibus et uituperantibus sed nec ista eleuant nec ista frangunt. Secundum
Et nos stulti sumus propter christum. cuius crucem predicamus quod uos tacen-
tes uidemini in christo prudentes. Unde non subdit. uos autem prudentes. tamen ita est hic re-
pario cum ironia quia totum econtra est. Item. Nos infirmi sumus. i. afflic-
Aõ ti. uos autem fortes potestate et securi. uos nobiles. i. reuerendi. nos autem
ignobiles. i. despecti. usque in hanc horam. i. continue usque ad hoc tempus
Aõ esurimus et sitimus et nudi sumus. Liberi enim sine adulatione ueritatem predi-
cantes gesta prauorum uituperantes arguentes gratiam non habent apud homines et co. ce. ii. s.
Aõ quia a persecutione mutamus loca. fugamur enim a perfidis ne plures do-
ceamus et laboramus manibus nostris. s. nobis necessariis operantes quia nemo
Aõ dat nobis. et maledicimur et benedicimus. hortando alios ad bonum. et persecutionem
i. tormenta patimur. i. patienter sustinemus et blasphemamur. a magis et ma-
leficis et obsecramus. orantes pro illis uel eos ne blasphement. et nos facti sumus
i. reputati tamquam purgamenta huius mundi. de quibus manentibus mundus
inquinetur, uel abiectis purgetur quia facti sumus peripsima omnium.
Et peripsima purgamentum est ferri uel pomi et quicquid de qualibet mate-
ria ut purgatior reddatur abicitur ut limatura eris et huiusmodi et ceteris
quelibet domorum quisquilia. Et hec omnia uero probamur inter prudentes
et fortes et si illis aliter uidetur. q. d. abiectiores omnibus facti sumus et hoc
usque adhuc. i. continue usque ad hoc tempus. Non ut confun-
Aõ dam ipsa blandiens mitigat ut salutaris medicus. q. d. et si dixi uos inflatos sic
id est tamen non hec scribo ut confundam uos. i. ut erubescentiam faciam uo-
Aõ bis. sed moneo uos ut filios meos karissimos. pro quibus tot mala passus sum.
Et benedictum quod uos estis filii nam ego pater sum et hoc est quod ait. nam et
si habeatis x. milia pedagogorum finitum pro infinito posuit. i. quantalibet
multitudinem eruditorum in christo qui non genuerunt uos sed tamen non habetis
multos patres qui genuissent uos in fide christi. Nam ego. tamen genui
uos non in me sed in christo ihesu. i. in fide christi ihesu per euangelium. i. per predicationem
Aõ meam. Cum predixisset ego genui uos in christo addidit per euangelium ne ipse pu-
taretur esse quod dei est. Ait enim dominus in euangelio. Ne uos dicatis patrem
in terra unus est enim pater uester deus. quod non ideo dixit ut hoc nomen censuit tollat sed ne gratia dei qua eternam uitam generamur non uel per partum
et scitatem cuiusque hominis tribuatur. Appellantur quidem et alii patres sed non sicut deus pater unus qui regnat spiritu sancto qui sic facit filios ad eter-
nam hereditatem. homines uero dicuntur patres propter honoris gratiam propter etatem cuiusque pietatis. Notandum quod dum loquens corinthiis pe-

aplos nouissimos ostendit ta-
quam morti destinatos. quia
spectaculum facti sumus mun-
di et angelis et hominibus.
Nos stulti propter christum uos autem
prudentes in christo. Nos infir-
mi uos fortes. Vos nobiles nos
ignobiles. Usque in hanc horam
esurimus et sitimus et nudi su-
mus et colaphis cedimur et in-
stabiles sumus et laboramus
operantes manibus nostris.
Maledicimur et benedicimus.
persecutionem patimur et sustine-
mus blasfemamur et obsecramus.
Tamquam purgamenta huius
mundi facti sumus omnium
peripsima usque adhuc. Non
ut confundam uos hec scribo
sed ut filios meos karissimos
moneo. Nam si decem milia
habeatis
pedagogorum in christo ihesu sed non
multos patres. Nam in christo
ihesu per euangelium ego uos genui.

Rogo ergo vos fratres imitatores mei
estote sicut et ego christi. Ideo misi
ad vos timotheum qui est
filius meus carissimus et fidelis
in domino qui vos commonefaciat
vias meas que sunt in christo ihesu
sicut ubique in omni ecclesia doceo.
Tamquam non venturus sim
ad vos sic inflati sunt quidam.
Veniam autem cito ad vos si dominus
voluerit. et cognoscam non ser-
monem eorum qui inflati sunt.
sed virtutem. Non enim in ser-
mone est regnum dei sed in vir-
tute. Quid vultis? in virga
veniam ad vos an in caritate
et spiritu mansuetudinis. Om-
nino auditur inter vos for-
nicatio. et talis fornicatio.
qualis nec inter gentes ita ut
uxorem patris sui aliquis habeat.
et vos inflati estis et non ma-
gis luctum habuistis ut tol-
latur de medio vestrum qui hoc
opus fecit. Ego quidem
absens corpore presens autem spiritu iam iudicavi tamquam presens eum qui sic operatus est.

dagogos nominat pueros illos esse significat. Rogo ergo. et cetera. quia genui
vos ergo o fratres estote imitatores mei. non pseudoapostolorum sicut et ego christi. imita-
tor sum. ideo rogo vos. quia ex debito michi obedire debetis. Ideo id est sed ut
imitemini me misi ad vos thimotheum. per hoc ceditur missa eis epistola
qui est filius meus. in fide. et karissimus bene agendo et fidelis in domino. id est in pre-
dicatione domini qui vos commonefaciat vias meas. id est institutiones meas
que sunt in christo. non tenende. Commonefaciat vos dico ita sicut et ego
doceo eas ubique terrarum in omni ecclesia. non autem tacite sunt. Dico misi
thimotheum et opus erat mitti quia quidam vestrum sic inflati sunt. de
philosophis quorum sapientia terrena gloriantur tamquam non sim venturus ad vos.
veniam autem cito ad vos. Ecce post commonitionem promittit se venire ad illos
sed si dominus permiserit. Unde subdit. si dominus voluerit. et cetera. veniam ad vos nisi
culpa vestra impedierit. non dicit si dominus voluerit ut ostenderet si non iret
dominum noluisse causa utique indignitatis eorum. Veniam dico et cognoscam id est pro-
babo et queram non sermonem humane sapientie sed virtutem. in fide et bona
operatione eorum qui inflati sunt. superbia alta sapiendi et ceteros indicandi non enim
et cetera. ideo non queram sermonem quia regnum dei. id est causa regni dei non est in sermone sed in vir-
tute. id est non sermo humane sapientie sed virtus causa est regni. Quid et cetera. et ego
ego vere veniam sed quid horum vultis? sed an veniam ad vos in virga cor-
rectionis ubi visitet caritas non tamen esse videtur an in caritate. id est in
manifesta dilectione ut bona suppleam et spiritu mansuetudinis. ut
peccatis parcam. terroris verba infert ut inflati humiliarentur et se
prepararent ad excipiendum eum. Absit autem ut pii filii dicerent si in virga
venturus es noli venire melius est enim erudiri in virga patris quam perire in
blandimento predonis. Omnino et cetera. Hic redarguit illum for-
nicatorem qui uxorem patris tenebat et eos qui eum tolerabant.
Erant enim ipsi participes dum paterentur et unum tam ingentis
peccati scelere incorreptum convenire. Non ergo solum illum aperte reum mor-
tis sed et adherentes illi non immunes a crimine demonstrat. et cetera. quasi pro-
pter non ad vos veniam in virga et opus est virga nisi vos corrigatis. quia auditur
omnino. id est ab omnibus inter vos quia inflati estis nec corrigitis quod auditur.
fornicatio. res utique infamis et talis est illa fornicatio qualis nec. id est inter gentes.
Ut grave istud peccatum ostenderet non ab hiis id dicit ad mitti quod deus nesci-
unt. deinde enim minus per hoc graius diceret. ita ut uxorem patris aliquis habeat. et hoc pu-
blice ubi testibus opus non est. Publice enim novercam suam loco uxoris habebat
non conjunctione aliqua per ornatum tegi cum. Sciendum quod causa huius fornicationis
sed de uxore patris incipit de fornicatione. postea monebit de omni carnali
videlicet et spirituali. Et vos. et cetera. id est cum tamen scelus sit inter vos tamen vos inflati estis.
vento superbie qui pellit vestram. quia unum membrum patitur et compaciuntur cetera.
et non habuistis luctum. id est dolorem pro peccatis illius quod magis faciens et cetera illa
utique dolere debetis ut qui fecit hoc opus quod nullo modo tegi poterat tollatur de medio
vestrum quia omnes estis participes. Ego quidem. et cetera. Vos non tulistis eum quasi pre-
sentes eratis sed ego absens corpore presens autem spiritu. id est sollicitudine mentis et
providens vobis iam sine mora iudicavi eum qui sic operatus est ut presens.

am

am

am

ag

am

V

i. ac si presens essem iudicaui dico in nomine domini nostri ihesu christi. i. in fide eius uel in uirtute eius iudicaui. s. tradere huiusmodi reum sathane uobis congregatis et meo spiritu cum uirtute domini. i. hoc modo iudicaui ut congregati uos et uirtute sine aliqua dilatione quibus mea auctoritas uirtusque christi cooperabitur tradatis huiusmodi sathane. uel in nomine domini. i. ad honorem et gloriam domini cuius gloria est in huiusmodi iudicio non pro odio uero iudicaui tradere sathane. in interitum carnis. i. ut sathanas corporaliter eum uexaret et sic ille resipiscat. Hanc enim potestatem dicitur habuisse apostolus ut cum aliquem a stultitia sua non posset dimouere diabolo eum uexandum traderet quousque penitentiam profitens a malo desisteret. Unde subdit. ut spiritus eius saluus sit in die domini nostri ihesu christi. i. ut anima eius salua sit. hic siquando cor eius uisitet dominus sicque illi luceat dominus in corde et appellat hic diem domini ortum lucis secundum expositionem. Vel anima salua sit in die domini nostri ihesu christi. i. in die iudicii. Ex his ubique manifestat apostolus non se odio sed amore illud fecisse. Sic enim apostolus non crudeliter sed amabiliter ex zelo caritatis sathane tradidit. sicut moyses in cultores idoli paucos uindicauit ipse sed reuerenter in posterum disciplinam sanciens. Illa est nulla crudelitate sed magna dilectione fecisse quod fecit aptissime agnoscitur. in ubis eius pro peccatis eorum orantis et dicentis ad dominum aut dimitte illis aut dele me de libro tuo. Sic et helias et alii uiri boni non nullos mala morte puniere quia sicut uiuentibus uitae metus incutiebatur et illis qui morte puniebantur non ipsa mors nocebat sed peccatum quod augeri posset. si uiuerent minuebatur non temere iudicabant quibus tale iudicium donauerat deus. In eo quod helias multos morti afficit ipsa manu igne diuinitus impetrato. unde hoc exemplum helie non reprehendit apostolus in discipulis memorantibus quod ab eo factum sit et petentibus sibi potestatem dari potentiam dandi ignem de sublimi ad consumendos eos qui sibi hospitium non prebent sed ignorantiam uindicandi in apostolis reprehendit. quia odio non amore correctionis desiderabant uindictam. Tales uindicte in nouo testamento non defuerunt. Nam et petrus sic ananiam et uxorem eius iudicasse legitur qui exanimes ceciderunt nec resuscitati sunt. Vel ita. Tradere et cetera. ut non de illa corporali uexatione accipiatur sed de priuatione ecclesiastice communionis quod fit per excommunicationem. quasi iudicaui eum qui hoc male egit tradere sathane. s. ab ecclesia expellere ad monitionem ecclesiasticam ab illo suspendere et liberum illi facere ire in interitum carnis. s. facere quod expetit caro eius in interitum illum ducens. Omnis enim carnalis uoluptas a diabolo est. ideo cum huic uoluptati relinquitur traditur sathane et cum carnis desiderio se iungit anima interitum patitur. Non autem hoc amaritudine odium facio sed ea intentione uel expulsio hec ad reuocandum illum ualeat. Unde subdit. ut spiritus eius saluus sit in die domini nostri ihesu christi. i. ut anima eius salua sit in die iudicii. Vel ideo tradidit eum apostolus sathane abiciendo ab ecclesia ut spiritus scilicet quo contaminati mundantur saluus sit eis non amissus. in die domini. s. in die iudicii. Nisi enim eiectus esset non fieret saluus spiritus ecclesie in die iudicii. Deserebat enim omnis contaminationis causa. ut in die domini mundi a spiritu sancto inuenirentur. Non bona. quasi Et quia talis fornicator inter uos est ergo non bona gloriatio uestra. qua iustos uos esse iactatis qui talem inter uos patimini. Sicut et alius boni sitis. hec tamen gloriatio mala est quia hec omnia bona impedit. quia modicum fermentum. i. consensus huius peccati quod cognitum non arguitur totam massam corrumpit. i. omnes contaminat qui cum possit arguere dissimulant. Participes enim erant dum patiuntur reum sed siquis potestatem non habet quem scit reum abicere et probare non ualet immunis est iudicis non est sed accusatoris dampnare. ut non apostolus iudam abiecit quia non est accusatus. Vel modicum fermentum. i. iste unus fornicator alios suo exemplo ad peccatum trahendo. totam massam corrumpit. i. omnes qui nouerunt et non deuitant. et an nescitis hoc. Expurgate. quasi Et quia modicum fermentum uos corrumpit ergo expurgate uos eiciendo a uobis uetus fermentum. i. eum qui corrumpit uos qui est imbutus ueteris hominis acidus. Electo ergo illo fornicatore uetus fermentum eicitur. Expurgate dico ut sitis. i. ut perseueretis noua conspersio. i. in nouatis uirtutibus. et sine corruptione peccati puri sicut estis in baptismo facti azimi. i. a corruptione peccati puri. Conspersio enim est aqua farina per aquam glutinata sine fermento id est et azima. Vult ergo apostolus

in nomi
ne domini
ihesu christi
congre
gatis uo
bis et meo
spiritu cum
uirtute
domini ihesu
tradere
huiusmodi
sathane
in interi
tum carnis ut
spiritus saluus
sit in die
domini nostri
ihesu christi.

Non bona gloriatio uestra.
Nescitis quia modicum
fermentum totam mas
sa corrumpit. Expur
gate igitur uetus fermentum.

Marginal notes (red): Augustinus de sermone in monte. / Augustinus ex libris contra fabianum. / Augustinus

ut sitis nova consp(er)sio sicut estis azimi. Etenim pascha n(ost)r(u)m immolatus est xp(istu)s. Itaq(ue) epulem(ur). Non in fermento veteri neq(ue) in fermento malicie et nequitie, s(ed) in azimis sinceritatis et veritatis. Scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicariis. Non utiq(ue) fornicariis huius mundi aut avaris aut rapacib(us) aut ydolis servientib(us). Alioquin debueratis ex hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri si is qui nominat(ur) fr(ater) inter vos fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus

ut isti sint nova consp(er)sio .i. unum quid p(er) dilectionem et a corruptione pecc(at)i puri. sicut in baptismo sunt f(ac)ti azimi .i. mundi sine corruptione. Zima enim grece latine d(icitu)r fermentum. Etenim. q(uasi). i(de)o puri esse debemus. etenim .i. quia xp(istu)s immolat(us) est quem s(equ)i et c(re)d(er)e debemus ad patrem. Pascha enim non sicut quidam estimant grecum nomen est. s(ed) ebreum. Opportunissime tam(en) occurrit in h(oc) nomine q(uae)dam congruentia utrarumq(ue) linguarum. quia enim pati grece paschin d(icitu)r i(de)o pascha passio putatur esse et hoc nomine a passione sic appellatum. In sua u(er)o lingua .i. in hebrea pascha transitus d(icitu)r. i(de)o quia tunc primum pascha celebravit p(o)p(u)l(u)s d(e)i qu(ando) ex egypto fugiens mare rubrum transiet. Nunc figura illa p(ro)phetica in v(er)itate completa est cum sicut ovis ad immolandum ducitur xp(istu)c. cuius sanguine illitis postibus n(ost)ris .i. cuius signo crucis signatis frontibus n(ost)ris a p(er)ditione huius s(e)c(u)li tamq(uam) a captivitate egipciaca liberamur .i. saluberrimum transitum agimus scilicet a diabolo transimus ad xp(istu)m. ab isto instabili s(e)c(u)lo ad ei(us) fundatissimum regnum. I(de)o enim ad p(er)manentem d(eu)m transimus ne cum h(oc) mundo transeunte transeamus. Pascha immolat(us) est non transitus sic quibusdam videtur. p(er) eum pascha est .i. sic transit(us) quia tam(en) exemplum est salvatoris .i. sic salus. Itaq(ue). q(uasi). Et quia xp(istu)s immolatus est pascha n(ost)r(u)m itaq(ue) epulem(ur) non in fer(mento) v(eteri) .i. in corruptione veteri quia aliter non transiremus. Deinde fermentum corruptionis p(er) partes distinguit .i. neq(ue) in fermento mal(icie) que in alium exceat. et nequitie quam in se quisq(ue) habeat. Malicia enim est iniquitas que fit in alium. Nequitia iniquitas quam in se quis committit. S(ed) in azimis sin(ceritatis) v(er)i(tatis) .i. in sinceritate a vicius v(er)itate bonorum operumq(ue) p(er) azimos signat(ur). Vel in azi(mis) sin(ceritatis) .i. nove vite. v(er)itatis .i. v(er)itatis omni fraude simul .i. ut sinceritas mundam vitam faciat et v(er)itas omnem fraudem excludat.

Scripsi vob(is). q(uasi). Moneo vos ad hoc purgare et s(ecundu)m hanc admonitionem debueratis facere quia iam in alia ep(isto)la scripsi vob(is). s(cilicet) ne commisceamini forni(cariis). Significat se prius scripsisse eis aliam ep(isto)lam ubi monuit illos ne iungerent se male vive(n)tib(us) hominib(us) et quia non intellexerant que scripserat qualiter accipienda sint determinat. non utiq(ue) fornicariis huius mundi .i. gentilibus qui p(ro)p(ter) varias concupiscentias suas euntes fornicantur a deo quibus misceri non p(ro)hibuit sic isti p(ri)us intellexerant aut ne commisceamini avaris aut rapacib(us) aut ydol(is) servientib(us). h(oc) est tali ep(isto)la p(ro)hibuerat q(uo)d i(ste) modo debet observari a fr(atri)b(us) talib(us). Scripsit ... recedendum esse qui sunt fornicarii et avari et rapaces et ydolatre. s(ed) non a gentibus. Alioquin .i. si p(re)cepissem gentilibus non commisceri debueratis exisse de h(oc) mundo .i. necesse esset de mundana conv(er)satione exire cum ubiq(ue) tales sint. non enim possent homines in h(oc) mundo viventes non cum talibus vivere. n(ec) i(ta) possent tales xp(ist)o lucrari si colloquio eorum vitarent et convivium. Vnde d(omi)n(u)s cum peccatoribus et publicanis comedit. Vel ita. Dico ne commisceamini alioq(ui)n .i. si commisceamini deb(ueratis) de h(oc) m(undo) e(xisse) .i. melius esset vobis mori. Compendium enim est male agentib(us) sicuti(us) moriantur q(uam) diuci(us) peccare usent(ur). Nunc autem. q(uasi). Quia non de illis scripsi g(e)n(tibus) u(e)l (sic) apparet q(uo)d scripsi vob(is) n(on) com(m)is(ceri) (et) c(etera). Vel ita iunge. Tunc scripsi .i. non b(ene) n(on) intellexistis nunc autem determinate scripsi v(obis) n(on) c(ommisceri) h(uius)mo(d)i. Si is qui nominatur fr(ater) .i. si non sit est fornicator. nominabit .i. manifestus et falce euuangelica p(re)cisus .i. notat(us). Vel et aliam litam. Si quis fr(ater) nominat(ur) for(nicator) id(est) sensus. aut avarus aut idolis serviens aut maledicus .i. detractor aut ra(pax) aut eb(riosus). unus in his omnib(us) eos cum h(uius)mo(d)i .i. cum his talibus similib(us) — accepistis

scripsi .i. scribo .i. iussi .i. iubeo nec cibum sumere nedum orare ut sic erubescens corrigatur. Attende quod non simpliciter iub(et) non cibum sumere cum fornicatoribus et avaris. s(ed) p(re)mittat. si quis fr(ater) et cetera nominatur

Vel hoc enim quod ait fratres ostendit quod infideli vel gentili non prohibuit cibum sumere
qui in alia ait. Si quis vocat vos ex infidelibus ad cenam et vultis ire omne quodcumque appositum
fuerit manducate. Dicendo autem nominatur ostendit non temere in quibuslibet sed per iudicium
auferendos esse malos ab ecclesie communione quia quos prohibere non possumus, vel si per iudicium
auferri non possunt tolerentur potius. Nos enim a communione quemquam prohibere non possumus
nisi aut sponte confessum aut in aliquo iudicio ecclesiastico vel seculari nominatum atque
convictum. Hic ergo dicendo noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis
vel etiam extraordinario usurpato iudicio sed potius ex lege dei secundum ordinem ecclesie
sive ultro confessum sive accusatum et convictum. Hac ergo nominatione hic intelligi
voluit apostolus quod sit in quemquam cum sententia ordine iudiciario atque integritate proferetur.
Non autem si nominatio quibuslibet sufficit multi dampnandi sunt innocentes quia sepe fal
so in quoquam crimina nominantur. Q uid enim. Quod non de gentilibus agat sed
de fratribus predictis criminibus notatis hic ostendit. De his dico tantum qui fratres sunt
quid enim mihi vel mea attinet iudicare de his qui foris sunt vel extra ecclesiam. His enim po
tius blandiendum est. ac si dicat. Nichil attinet ad me de his iudicare sed de his quidem qui intus
in ecclesia sunt professione nominis. Nonne vos iudicatis utique. In his enim putredo secanda est.
·VI·
Nam eos qui foris sunt deus tamen iudicabit. non nobis commisit ut eos nunc iudicemus.
Et quia iubeo non commisceri talibus ergo auferte malum hominem ex vobis metipsis quo in
inquinamini. A udet aliquis. Occasione huius iudicii de quo supra tractavit.
incipit agere de iudiciis in quibus multis modis peccabant scilicet quod contemptis fide
libus infideles iudices adhibebant vel stultos iudices instituebant et litigabant
et fraudabant
et alia huiusmodi. quasi dicat. Dixi quod debetis iudicare de his qui intus sunt
et cum hoc debeatis. aliquis vestrum habens negotium adversus alterum fidelem audet iudicari apud iniquos
id est infideles qui iniqui sunt fidelibus quoque in possunt vel leges divinas aut
omnino spernunt aut pro opprimendis bonos falsa expositione interpretantur
et non potius apud sanctos qui cum intimentes iustitiam servaret vel legum veritati salva
karitate vel karitati salva veritate in iudicando deserviret. quasi. Reva audacia et
stultitia in hoc facere. Et quasi aliquis diceret. Debent ne de huiusmodi sancti iudicare
sequitur et ait. An nescitis quod sancti de hoc mundo iudicabunt qui ire tercio est. Quod non ociose
dixit apostolus. Ideo enim dixit de hoc mundo ut ostendat et aliud mundum quod est alter superior.
De hoc autem iudicabunt sancti meliores sancti comparatione quorum exemplo fidei illorum
perfidia huius mundi dampnabitur. Iudicabunt in auctoritate vel potestate et si in mund
vobis iudicabitur. id est per vos quia aliquos sanctos habetis qui iudicabunt. Indigni estis quod id est
de istis minimis. An non. Iure de istis potestis iudicare quoniam iudicabimus et angelos
apostatas qui cum essent tam digni in dignitate tamen lapsi sunt cum isti fragiles
stent et ideo et angeli iudicabuntur quia impugnantes sanctos victi sunt ab eis et
nescitis vos hic scilicet quod angelos iudicabimus et quanto magis possumus iudicare
secularia. id est de rebus seculi. Secularia etc. Sic iam reprehendit eos quia causas agebant apud in
fideles contemptis fidelibus ita nunc reprehendit eos quod contemptibiles iu
dices licet fideles constituebant. quasi. Et quia debetis iudicare ergo si habueritis
secularia. ideo dicit si habuitis quia nec habenda sunt sed potius est condonandum si quando ha
bueritis constituite ad iudicandum illos contemptibiles id est
in discretos viles qui sunt in ecclesia. quasi. hic est quod vos
fecistis unde coacti fratres recurrunt ad illos id est ad in
fideles. hoc redarguit in eis apostolus et ironice eis loquitur.

aut ebriosus aut rapax
cum huiusmodi nec
cibum sumere. Quid enim
mihi est de his qui foris sunt
iudicare. Nonne de
his qui intus sunt vos
iudicatis. Nam eos qui
foris sunt deus iudicabit.
Auferte malum ex vo
bis metipsis. A udet
aliquis vestrum habens
negotium adversus alterum
iudicari apud iniquos
et non apud sanctos. An
nescitis quoniam sancti de hoc
mundo iudicabunt.
Et si in vobis iudicabitur
mundus indigni estis
qui de minimis iudi
cetis. Nescitis quoniam an
gelos iudicabimus.
quanto magis secularia.
Secularia igitur iudicia si
habueritis contemptibiles qui sunt
in ecclesia illos constituite ad iudicandum.

Et quia non sic fieri debet adiecit. Ad verecundiam vel ad reverentiam vestram dico. quasi non ipso sed memoro verecundemini vel debetis

ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum. Sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles.

erubescite quia non inter uos quisquam sic. id est adeo sapiens qui possit iudicare inter fratrem et fratrem suum ut ita necesse est sit ut stultos statuatis iudices. Et huiusmodi potius statuendi sunt quam ad infideles iudices eatur. Si de his sunt sapientes. Sic inquam non est sapiens. Sed cum fratre in iudicio contendis quod malum est. et hoc apud infideles. quod peius est. Vita. Sclauia glossa. Quia dixerat apostolus eos posse de his minimis iudicare determinat qui ad huiusmodi negotia diffinienda sint constituende. scilicet contemptibiles qui sunt in ecclesia maiores enim quia spiritualibus intendere debent. Et quia iudicare debetis glossa huiusmodi modo facite si scelera in. ha. il. con. adu. con. qs. tec. id est aliquos sapientes qui sunt tamen minores in merito. Apostoli in predicando circumeuntes talibus non uacabant. Sapientes glossa qui in locis consistebant fideles et sci non qui hac atque illuc per euangelium discurrebant talium negotiorum examinatores esse uoluit a quibus nos excusare non possumus si uelimus. Christum enim testem inuoco quia mallem per singulos dies certis horis manibus aliquid operari et ceteras horas liberas habere ad legendum et orandum uel ad agendum aliquid de diuinis litteris quam tumultuosissimas perplexitates causarum pati de negotiis uel iudicando dirimendis uel interueniendo precidendis. Dico constituite contemptibiles. Hoc autem ad uerecundiam uestram dico. ut uideatis hi terrenas causas examinent quieti horum sapientia preceperunt. Quia autem spiritualibus donis ditati sunt, terrenis non debent negotiis implicari ut dum non coguntur inferiora bona disponere ualeant bonis superioribus deseruire. Sed tamen curandum magno opere est ut hi qui donis spiritualibus eminent nequaquam proximorum infirmantium negocia funditus deserant. sed hec aliis quibus dignum est tractanda committant uel perseguerant. Sic non est. Redit ad illud quod superius redarguit. scilicet quod ad infideles iudices ibant. q. Non debetis iudicari apud infideles quia sic non est inter uos q. s. re. usque apud infideles. q. ... est inter uos sapiens qui possit iudicare. Eos enim quos contemptibiles nominauerat sapientes postea uocat sapientes cum ait: sic non est inter uos aliquis sapiens. Sequitur:

Iam quidem omnino delictum in uobis est quod iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis et fraudatis et hoc fratribus. An nescitis quoniam iniqui regnum dei non possidebunt?

Iam quidem. q. Quia contentiose et apud infideles uestra repetitis non simpliciter iam quidem o. d. e. i. u. id est ex hoc solo delictum est in uobis quod iudicia debuissetis habetis inter uos. inter quos non decet. peccatum est enim litigare cum par esse debeat, ex hoc enim apparet quia peccatum est iudicium habere contra aliquem. sed ne excuses quod iste hoc agit quia pateris iniuriam quam iudicium sententia uitare remouere occurrit et ait. quare non magis iniuriam. id est apertam uiolentiam accipitis. quare non magis fraudem occultam patimini. q. Mirum est quod non facitis potius hoc. Unde dicitur: si quis uoluerit tunicam tuam tollere iudicio tecum contendere dimitte ei et pallium. Et alibi: Qui abstulerit tua noli repetere. Sed tamen hoc secundum ueniam infirmis apostolus concedit. cum sint in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus. Foris ecclesia uero hoc fieri terribiliter uetat. Ut autem predicta uerba augustini quibus ait peccatum est iudicium habere contra fratrem sane intelligantur. Dicendum est hoc quid in huiusmodi conueniat perfectis et quid non et quid liceat infirmis uel non perfectis. Licet repetere sua simpliciter sed tamen sine lite sine iudicio sed non conuenit eis tamen mouere causam ante iudicem et iudicium habere contra fratrem sed non contentiose uel fraudulenter nec apud infideles iudices. Sed econtra

Sed uos. q. Debetis pati iniuriam et fraudem quod non facitis sed potius uos facitis iniuriam. id est apertam uiolentiam dum contenditis et fraudatis dum iudices corrumpitis donis. Et hoc facitis fratribus quos iuuare debetis. hoc facitis et sic regnum perditis et peius est quia scientes. Nam an nescitis quoniam quilibet non possidebunt regnum dei. quasi dicat nec salutem quia non est salus preter regnum.

possidebunt? Nolite errare neque fornicarii neque ydolis seruientes.

Nolite errare. q. de mi... confisi quasi neque fornicarii neque ydolis seruientes singula horum sufficiunt ad regnum tollendum

neq; adult neq; mol. i. patici. neq; masculoꝝ c. neq; auari. In [illegible] hiis omnib᷒ nota eos argui. Neq; fures neq; ebriosi neq; ma. neq; rapa. regnū dei possidebunt. Et hec quidē. i. tales fuistis s; abluti estis in baptismo uō turpius sit regeditis in. solū abluti s; sci̅ficati estis. i. confirmati ad bn̄ operandum spū sc̄o dato. Et non m̄ sci̅ficati. s; iustificati estis bn̄ operando nota s; repetitam coniunctionem non paruū pond' dare sīe. Sequitur in nomine. q. abluti estis ih̄ in nomine d. n. i. x̄ i. e. s. d. n. i. operatione spē sc̄i. Omnia. ꝛc̄. Quia dixit potuisse se ferend' qua' cās male agē nequis putet sua nullo m̄ repetenda suppo̅nit. Omnia mea licet. i. licita sunt repeti. i. oīa mea licet repetē m̄. s; tn̄ non repetam quia omnia non expediunt ad cursum meū s; impediunt. Lē palia cāni id' ostendit omnia m̄ li. i. licita s; tn̄ ego n̄ repetā quia cum simul b᷒ sub potes. nulli᷒ re. hominis t regis. i. nolo redigi sub p̄tate iudicis t nolo esse sub dominio alicuius rei ū cā eius frem offēdā. Tuncenī res sup nos dominium h̄t cū amorem eius amori x̄ριστι [illegible] ꝑponimus. Esca. ꝛc̄. q. ꝓp hoc quod dixi ū sunt repetenda tn̄ ꝓp h' repetē licet quia esca debet' uentri ꝑ quo c'ata; reficimus enī cotidianas ruinas corp's edendo ꝛ bibendo ꝑ escam h' iocta necessaria ū. Et uent' debetur escas quia al'r non ꝑ sustentari ꝛō licet mea repetē. Deus au᷒. q. Esca debet' u. ꝛu. e. s; non multum ꝑhis laborandū; qr destruentur. ꝛ hoc est quod att. subdit. ds̄ au̅ ꝛ hoc illud. i. uentrem ꝛ escas destruet. sc̄dm̄ hunc statum quod erit c̄ corruptibile hīnduet incorruptionē. ꝟ ita. Dāmt De hiis dicit que ad escam ptinent. erant enim int' eos qui cibos disc'nebant. iudicantes illos mundos alios inmundos. alii omīb; cibis uescendum esse putabānt. q. d. Non solum in iudiciis alis ꝑ dictis offenditis s; ꝛ in cibis. Omnia quid m̄ licent. i. omnib; cibis uesci licet non legali doctrina s; lib'a p'tt. s; n̄ o. e. [illegible] Nota quod ꝑ aliq. licet ꝛ non expedit. expedit aū quod non licet non ꝑ. ac ꝑ hoc n̄ oīa q̄ licita sunt. i. q̄ nullo ꝑcepto dn̄i ꝓhibentur expediunt. omnia ū illicita non expediunt. Sic ꝛi omīs qui x̄ sanguine redemptus homo est non tn̄ omīs qui h' ē ꝛ x̄ sanguine redemptus; ita omne quod non licet n̄ expedit nec omē quod non expedit ꝛ n̄ licet. ꝟ tḡ ꝛ id qd licꝛ ꝑ non expedit ꝛ id quod non licet atq; id non expediat aliquo cto fine utamur distinguē. Fateor quod [illegible] ea m̄ uidentur licere ꝛ non expedire q [illegible] iusticia q̄ coram deo est ꝑmittuntur s; ꝓp offensionem hominum ne ob hoc impediant' ad salutem utanda sunt ea ū non licere ꝛ id non expedire que sic ipsā iusticia uetantur ū facienda non sint ꝛ si ab eis laudantur quibus in noticia fuerint plata. Quod si ita; id non nisi illicita ꝓhibentur a dn̄o ut ea q̄ licita sunt ꝛ non expediunt n̄ legis uinculo s; libera dilectionis beneficientia ꝛ consilio caritatis caueant'. hec s̄t que amplius sautio qui curandus ad stabulū samaritani illius miseratione ꝑductus; h' non ꝑ ap'iuntur a dn̄o quātus; dn̄o moneant' offerri ū tanto itelligant' esse gratiora quanto mag' ostendunt' indebita. Illicita g' ꝓhibentur. licita ꝛ que non expediunt lib'e caueantur. Seqr̄. Omnia m̄ l. Hic repetit qd' dixit ut addat quod non dixerat. s. s; ego. ꝛc̄. q. oīa m̄ licita s; ego s. n. rei potest' red', quod facerem si cum offendiculo frīs manducarem. Ita enim amore esce frem offend'em. Esca. ꝛc̄. q. ūe omnia michi licent ꝑ esca de. u. ꝛ u. e. e. n̄ mutantur ista. Sed n̄ ꝛ ap'le ait. omne quod in macello uenit manducate s; non cum scandalo manducandum ē. Vn̄ alibi dic'. Non manducabo carnē ꝛ in ꝛ ne frem̄ meū scandalizē. Itēq; alibi. Omnia qd' munda sunt s; malū; hōi qui ꝑ offendiculū manducat. Seqr̄. Deus au̅. q. esca debetur uentri ꝛ u. e. s; tn̄ non edā cum scandalo quia ds̄ ꝛ h̄ ꝛ il. t hec ꝛ has destruet. ꝟ t ita. Omnia li. Premittit hic ap'ls quod p'ea plenius acturus ē

neq; adulteri neq; molles neq; masculoꝝ concubitores neq; fures neq; ebriosi neq; auari neq; maledici neq; rapaces regnū dei possidebūt. Et hec aliqn̄do quidem fuistis s; abluti estis s; sc̄ificati estis in nomine dn̄i nr̄i ihū x̄pi ꝛ in spū dei nr̄i. Omnia michi licent s; non omnia expediūt. Omnia michi licent s; ego sub nullius redigar potestatē. Esca uentri ꝛ uent' escis. ds̄ ꝛ hunc ꝛ hac destru [illegible] et;

Omnia ꝛc̄. Q. si n̄ ꝛ contenden du cū frē: tn̄

VII.

Dicit enim quod sibi licet ab his sumptus accipere sicut alii apostoli a subditis suis accipiebant. Sed quia sciebat pseudo querere occasionem accipiendi noluit ab his accipere ne causa ventris iugo evangelice libertatis torpesceret. Quod ergo dicit apostolus omnia licent non de malis sed de bonis intelligi oportet. Quibus dati videntur per libertatem concessi arbitrium hoc apostolum dixisse. quia omnia liceant tamen non omnia expediat sed nunquam dicitur licere quod prohibetur. Unde vox ad herodem ait. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quod si illud esset, quod illi aiunt debuit dicere licet tibi sed non expedit. Et dominus similiter mulieri chananee ait Non licet panem filiorum mittere canibus. Et ideo quod ait apostolus. omnia mihi licent. Non agitur de malis sed de bonis. quasi. Vos me contempnitis et aliis inferiorem quia sumptus non accipio estimatis sed non ideo dimitto quin mihi liceat accipere. Nam omnia licent mihi que coapostolis quod lex naturalis habet non moysi qui multa per duricia illius populi prohibuit. Hoc dicit quia licebat ei sumptus accipere unde paciebatur. sed noluit quia non expedit, unde subdit. Sed non omnia expediunt. Sic non expedit accipere sumptus. si enim ab his acciperet quasi in tantis viciis arguere auctoritatem magisterii inclinaret. Non enim potest instanter argui a quo accipitur maxime cum ille sit promptus ad dandum ut sibi humiliter propositum. Unde non indicit. Sed ego sub nullius redigar potestate minuendo libertatem meam reprehendendi. quod facerem si sumptus ab eis acciperem. Pseudo autem apostoli qui non causa religionis sed questus predicant nolunt amari esse peccantibus. Esca ventri et venter escis. quasi. Vere licet michi accipere necessarios sumptus quia esca debetur ventri et venter escis. Sed non tamen accipiam quia deus et hoc illud destruet. non mutantur horum liberos sensus. Vel ita. Omnia mihi licent. Illi qui predicta vicia habent non possidebunt regnum et ideo non mutanda sunt quia et si licerent fugienda essent. Ponatur enim quod omnia mihi licent id est ponat aliquis licere omnia non quia illi liceant sed quod licere quibusdam videntur ideo quia non impendent credita legalia sed non omnia expediunt quia propter se ipsa vitanda sunt licet reperet. Omnia mihi licent sed ego sub nullius redigar potestate. Cum enim mens concepta desidia sequitur et amore cuiuslibet rei sibi dominatur servire rebus humanis que amore superatur. Esca ventri. quasi. Sub nullius rei redigar potestatem vere quia nec ipse esca in esca debeatur venter et venter escis deus autem et hoc et illud destruet.

Corpus autem. Hic redit apostolus ad superiorem sensum. quasi. Esca debetur ventri et venter escis. sed corpus non debetur fornicationi et ideo de hoc iudicium non pretermitti. ut vos corinthii soletis. Sed debetur domino et

Corpus autem non fornicationi, sed domino et dominus corpori deus vero et dominum suscitavit et nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam membra vestra membra sunt Christi.

servitio domini dominus et dominus debetur corpori ut glorificet illud et suscitaret et suscitabit quia et dominum suum deus. Si non suscitatur dominum nos suscitabit per virtutem suam. cui nichil est

possibile. Nescitis. quasi. corpus non debetur fornicationi sed domino quoniam corpora vestra non solum anime sunt membra Christi ut cum ipsi ut et nescitis hoc vos. Attende quod corpora nostra dicit esse membra Christi quoniam a capite caput ut mentem eo quod hoc factum est pro nos. Corpus autem Christi ecclesia est. Si ergo Christus tantum animam humanam suscepisset membra eius non essent nisi anime nostre. Quia autem et corpus suscepit per quod et caput est nobis qui ex anima et corpore constamus profecto illius membra sunt corpora nostra. Quia enim corpus accepit et corporum caput est. Si ergo aliquis sapiens fornicari velle sciat sibi et in se ipso contempnat se ipsum non in se contempnat Christum. Non dicat faciam hoc nichil sum quia corpus eius membrum Christi est et quanto magis membra sint corpora nostra. Aug'

Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis. Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici unum corpus efficitur sicut in genesi. erunt duo in carne una. Qui autem adheret domino unus spiritus est.

Tollens ergo a servitio Christi membra eius mittere participandum est faciam membra ut eius servia. Aug' involuntarie. Et tamen vivit dignitas ista que tam benigne prestita est. Aug' Absit ut hoc fiat. Notandum corpora nostra que hic dicit apostolus esse membra Christi alibi dicit esse templum spiritus sancti propter corpus Christi quod ex genere corporis nostri suscepit corpora nostra membra sunt Christi propter inhabitantem spiritum Christi eadem corpora templum spiritus sancti et non propterea non esse sanctum corpus quo sanctificatur unitum Christi unitas spiritus. Sed non ut alia taceam non possit simul esse membra Christi et membra meretricis nec isti dicendi sunt manducare Aug' de civitate dei

corpus christi qui sunt membra meretricis. Hic enim non sacramento tenus sed re vera corpus christi manducare et in christo manere ut in illo maneat christus. Non itaque manent in christo qui sunt membra eius nec sunt membra eius et simul membra meretricis. Sequitur. An nescitis. quia ideo non decet ut tollam membra christi et faciam meretricis quoniam qui adheret meretrici unum corpus est cum ea. Fornicatio enim ambos unum facit ut quorum una est natura sic et macula unum sint et an nescitis hoc. Et quia quis quereret an unum sunt. Respondet. utique quia inquit liber genesis id est de legitime coniunctis erunt duo in carne una id est in carnali opere quod inter coniuges fit sine peccato in carne una sunt et an nescitis secundum naturam quia in natura sunt unum vir et mulier. Manifestum autem est cum ut quia mulier de viro est ambo in carne una sunt. Qui autem. quia adheret meretrici unum est cum ea qui autem adheret semper deo faciens voluntatem eius non una caro sed unus spiritus est cum spiritu domini cum quo unus spiritus est non substantie identitate. Diverse enim substantie sunt spiritus hominis et spiritus domini sed quia accedit iste spiritus ad participationem nature divinitatis beatitudinis illius. Unusquisque spiritus est cum spiritu dei cum ei sic adheret ut sit particeps beatitudinis illius quod plene erit cum saciabitur desiderium eius in bonis immutabilibus scilicet in ipsa trinitate domino suo cuius imago est. Non igitur spiritus hominis ita est unum vel unus cum spiritu dei sicut est filius cum patre sunt unum quia unius substantie duo et dicimus unus est sed addimus quid unus scilicet unus deus. Diligenter attende quod quando de rebus duabus vel pluribus dicitur unus est vel una est et additur quid unus vel quid una et de his que diverse et de his que sunt unius substantie dicitur. Pro diverse enim substantie sunt spiritus hominis et spiritus dei tamen dicitur qui adheret domino unus spiritus est. Ubi autem dicitur de duobus aut pluribus unum sunt nec additur quid unum non diverse intelliguntur sed unius substantie sicut dictum est qui plantat et qui rigat unum sunt et item ego et pater unum sumus. Si igitur de his qui diverse substantie sunt recte dicitur quod unus sunt spiritus quanto magis qui unius substantie sunt recte dicuntur unus deus esse. Fugite. quia Qui adheret meretrici unum corpus efficitur ideo fugite fornicationem.

Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est.

Cum alia vitia sepe vincis perpetrato conflictu sed hanc fugite ne approximetis quia non aliter potest melius vinci et fugere debetis. Omne quod enim cumque peccatum fecerit homo excepta fornicatione gerantur. Hic enim anima sub corpore est. Alia enim peccata et si per corpus extra corpus est. id est sine corporis contaminatione. Cetera autem peccata animam tantum maculant. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat.

Qui autem fornicatur in corpus suum peccat.

quia fornicatio non tantum animam sed et corpus contaminat. Non enim sine desiderio carnis quod habet proprium motum anima concupiscit carnaliter quamvis caro sine anima nichil possit. Vel ita. Omne enim. quia ideo debetis fugere fornicationem quia omne peccatum aliud quodcumque fecerit homo extra corpus est. id est extra vinculum carnalis concupiscentie sunt cetera peccata comparatione huius etsi per corpus committantur non tamen animum humanum concupiscentie carnali ita efficiunt obstrictum et obnoxium sicut in solo opere fornicationis corporalis fit. Commisceri enim facit animum vis libidinis cum ipso corpore et unum cum ipso quodammodo conglutinatur. Unde subdit. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Hic enim proprie servit anima corpori. Ideo ut nichil aliud ipso momento et experimento huius tam magni flagitii cogitare homini liceat aut intendere quia mentem captivam subdit ipsa submissio et absorbitio libidinis qua libidinis ardore quo nullus maior est voluptas ipsius corporis animum servum tenet efficitque captivum. Liberum est enim animo malis quibusque scelestibus et unum aliquid corporaliter operari et eodem tempore alibi cogitationes distendere quod in fornicationis opere actu non licet animo. Sic enim homo totus absorbetur a carne ut iam ipse dici non possit animus suus esse sed simul totus homo dici possit caro ut secundum hoc recte dici possint duo esse in carne una. Hec quidem dicta sunt de speciali fornicatione huius corporis. Verumtamen quia non tantum fornicatio in sacris libris spiritaliter sed et generaliter accipitur conemur deo adiuvante et hic aliter dicere. Generaliter igitur fornicatio humane anime est cum aliquis non adherens deo adheret mundo unde dicitur amicus mundi inimicus est dei. Item. si quis dilexerit mundum non est dilectio patris in illo. Quicumque igitur hic eius mundo longe est a deo in corpus suum peccat quia corporali concupiscentia et quecumque temporalia animus distrahitur serviens potius creature quam creatori. Sed qui habet deo non mundo quodcumque aliud peccatum concupiscentia carnali aliter cum singularitate humana incurrerit vel ignorando vel negligendo vel obliviscendo extra corpus peccat unde hic sit quod dictum est Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est quia non temporali vel corporali concupiscentia peccat sed humana temptatione que facile ignoscatur. Cum autem adherens mundo temporaliter diligit et concupiscit mundo in

---

Margin notes (left): q' sunt mb' · amb' · amb' · aug' · aug' de tri. · in unum ... deus sic enim dicimus de patre et filio. · aug' contra maximinum · ambrosio · aug'

Margin notes (right): amb' · aug' · id' · id' · ab'

in corpus suum peccare dr quia uniuse concupiscentie carnali deditur. subditur e tanq totus captiuus seruus ab ipso captiuatur. Sicq quantum m uidr salua fide intelligi p utriusq fornicationis malum. s. spual et uniusat in hoc uno capitulo. Vl r ita intelligi. O me r. re. a. lo fugite fornicationem quia o e alius peccat q. f. h. e. c. t. i. ex coniugem q dr corpus uiri qui e eius caput quia aliud peccatum non fit contra honore coniugu. Qui au f. c. s. p. i. c honorem sui corporis. s. coniugis sue agit. A

An nescitis qm membra uestra templum est spc sci. qui in uobis est quem habetis a do. et non estis uestri.

Empti enim estis precio mag no. glificate et portate dnm in corpore uestro.

nescitis. a. so. ., item fugien da e fornicº qm ciuum e qd sibi r. i. corpora ura templu sps sci templum di catum ope sps sci qui in uos habitat. Vn subdit qui i uobis est qd e templu

quem habetis a do. ura cum hospite ·i· dnm datore offendi tis. Ex hoc patet quia sps scs ds. quod uos negatis. si enim sps non esset ds templum umq nos ipsos non haberet.

Non solum au sps scs s; et pat et filius templum nos hnt. Templum g di he totius trinitatis scã est eccla. Et a non estis. Alia causa hic ostenditur quare debet fuge fornicationem. e. ltem p h fugite ex. i. quia n estis u. uiri. i. uir potestatis s; di qui uos emit a diabolo. Vn subdit. Empti enim estis precio magno sanguinis xp. Ergo ita est. glificate dnm. s. sps scm cum patre et filio. i. p bona opa aliis glorum ostendite. et licet ad usa urgeat tn portate dnm in corpore uro. i. castus molestias sustineatis. adusa p dnm sustinete. Vl portate dnm in corpore uro ut scdm legem eius ambuletis. Et legem enim eius ipe uidetur esse in nobis. Sortatr g dnm e imaginem dei in rebus bn gestis ostende. et est sensus portate dnm i. cu. i. si non partis abi p te ut parcet p dnm qui sibi fe at te donum quam si eius peccas in dnm quod graue est genus pecti. Aliud u genus est peccare in homine. Hec enim sunt duo genera peccor. peccare s. i. dnm. et peccare in hominem. Peccant au in dnm corrum pendo templum eius. De quibus au. O ccasione fornicationis quam phibet de nuptiis continuat de

De quibus au scripsistis m bonum est homini mulierem n tange. Prop t fornicationem au unus quisq uxorem suam ha beat. et unaqq uirum su um habeat.

quibus illi q stie tant. Cum enim pseudo ypocri ut castos putari esse uiderentur nuptias impba tent. et spnentes dicentq quia h non placuit co rinthiis quinon oblectabantur hac sua. hoc so luta ab aplo ep lam qsier pt mittis certis quibus hic respondit; tractans de coniugio fidelium et infidelium. et agit triplicit de ipo. s. scdm consilium et scdm indulgentiam et preceptum. quorum sin gula suis locis diligens lector distinguat. Hic dicen dum e breuit quid sit coniugium et q sit efficiens cã co iugij et cã p quam contrahi debeat et q sint legitime p ad contrahendum matrimonium et q sit bona coniu gij quibus excusatur carnalis coitus. Coniugium itaq siue matrimonium e maritalis coniunctio maris et femi ne int legitimas p indiuidualem uite consuetudine retinens. Nec au descriptione matrimonium fidelium ac legitimor tantum includit et est bonarei. Coniugi um enim e unu de sacramentis eccle tenens imaginem coniunctionis xp et eccle sicut ait aplus. Hoc au dico mag num esse sacramentum in xp et in eccla. Constat itaq re bonam esse coniugium qd quida heretici negant nuptias detestantes quas x approbans nuptiis interfuit et eos mi raculo commendauit. Hoc et p hoc apparet quia pri mum coniugium int primos parentes instituit. Aplus et ait. Virgo non peccat si nubat. Matrimonij au effi ciens causa est consensus maritalis de psenti expssus p uba. scdm illud nicolai pp. Sufficiat solus scdm leges cor consensus. de quor coniunctionibus agit. qui si solus in nuptiis defuerit cetera et cum ipso coitu cele brata frustrantur. Vn et i illud. Matrimonium n fac coitus s; uoluntas. Hinc est illud. Non defloratio uirginitatis s; pactio coniugalis matrimonium facit. Causa au p quam contrahi debet e procreatio pl et uitatio fornicationis. Sunt et alie honeste cause ut inimicor reconciliatio et pacis redintegratio. bonu sone au ad legitime ad matrimonium sunt iuxta institutionem eccle. Alie namq fuerunt legitime i ~~que modo non sunt~~ exordio nre originis et au

Aug. — Aug. — amb. — Aug. contra magnum — ab. — ab. — Aug. in sermone de duobus generibus peccatorum

Aug. — De coniugio — Nicolaus pp. — Iohs Crisostomus — ab.

legem moysi, alie sub lege, alie in tempore gratie. Licet in primitiua ecclesia quedam erant legitime que modo non sunt, et e conuerso que modo legitime sunt uel inlegitime. Quedam sunt plene legitime, quedam omnino illegitime, quedam neutrum. Plene legitime sunt quas non impedit uotum uel continentie uel ordo uel cognatio uel disparitas cultus uel condicio uel etiam frigiditas. Omnino autem inlegitime sunt per uotum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Neutre uero, id est nec omnino inlegitime nec plene legitime sunt per conditionem uel frigiditatem. Si enim tales nescienter coniuncti sunt, possunt permanere quibusdam accedentibus causis uel eisdem deficientibus diuidi. Bona uero coniugii tria sunt: fides, proles, sacramentum. Fides ne cum alio uel cum alia coeatur. Proles ut religiose educetur. Sacramentum ne coniugium separetur. Separatio autem gemina est: corporalis et sacramentalis. Corporaliter uero debent separari causa fornicationis uel ex communi consensu causa religionis. Sacramentaliter separari nequeunt dum uiuunt, si plene legitime sint persone. Et attende quod tertium bonum coniugii dicitur sacramentum, ideo non quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei signum, id est spiritualis et inseparabilis coniunctionis Christi et ecclesie. His tribus bonis excusatur coitus carnalis, quem exercent coniuges, ita ut uel non sit peccatum uel sit ueniale. Cum enim causa prolis tantum conueniunt, sic excusatur ut non sit peccatum; quando uero causa concupiscentie satiande et refrenande, ueniale est. Unde Augustinus: Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam; concupiscentie uero satiande, sed tamen cum coniuge, habet culpam propter thori fidem uenialem. Item: Hoc quod coniugati uicti concupiscentia utuntur inuicem ultra necessitatem liberos procreandi ponam in his pro quibus cotidie dicimus: dimitte nobis debita nostra, et cetera. Ubi autem hec bona non sunt, nullam habet coitus excusationem. Unde dicitur in sententiolis Sexti pitagorici: Omnis ardentior amator proprie uxoris adulter est. Contingit autem sepe contrahi coniugium in quo hec bona non reperiuntur, quia nec fides seruatur nec proles educatur religiose. Hec de his sufficiant. Quia fornicatio fugienda est, sed nubere licet, et hoc est quod ait:

D e quibus autem scripsistis mihi, id est de his de quibus scripsisti mihi, hoc dico: bonum est homini non tangere mulierem propter fornicationem autem, id est bonum est non tangere, sed tamen propter fornicationem uitandam unusquisque habeat suam, non alienam uxorem, non concubinam. Hoc ideo dicit ut excludantur illi qui diuinis auctoritatibus uxores habere non possunt. Et similiter unaqueque mulier habeat uirum suum, scilicet legitimum. Hoc dicit apostolus secundum indulgentiam, non secundum preceptum. Et quasi eximie medicine celestis apostolus non tantum sanos instruit, quam infirmis medicamenta monstrauit. Magnum itaque bonum est mulierem non tangere, quod debet omnis fidelis principaliter obseruare. Tamen si quis adhuc plus est de sua infirmitate sollicitus quam de diuina uirtute securus, si continentiam non nouit, uxore utatur. Sed quia nuptie tales esse non possunt quales primorum hominum esse potuerunt, sint tales quales sanctorum patrum fuerunt, ut carnis concupiscentie, que necessario est in corpore mortis huius, non seruiatur, sed potius ipsa non nisi ad propagandam prolem seruire cogatur, et sic infirmitas incontinentie, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum. Uxori. Et cetera. Concedo uiro habere uxorem et mulieri uirum, ut postquam coniuncti fuerint,

U xori uir debitum reddat. Similiter et uxor uiro. Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir. Similiter autem et uir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.

uir reddat debitum uxori, uxor similiter uiro. Inuicem sibi subici in hac causa dicuntur, ut una sit illorum uoluntas et lege non ideo alter alteri reddat, quia mulier non habet potestatem sui corporis ad alium, sed uir. Similiter autem uir non habet potestatem sui corporis ad aliam, sed mulier. In hoc pares sunt uir et mulier, quia neque uiro neque mulieri corpus suum licet alii tradere. Inuicem enim sibi debitores sunt in hac causa ne peccandi daretur occasio, in aliis uero preest uir. Hic ergo non dominium tollitur uiro, sed uicium. Debent ergo coniugati ad illicitos concubitus euitandos mutua quodammodo seruitute uti, ut si alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit, id est ad hoc uxor non habet potestatem sui corporis, sed uir; similiter uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, ut et quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentie causa expetit uel ille de matrimonio uel illa, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas. Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis; exigere autem ultra generandi necessitatem culpe est uenialis; fornicari autem uel mechari puniendi est criminis. Nolite. Et cetera. Et quia nec uir nec mulier potestatem sui corporis habet, ergo nolite fraudare inuicem, id est subtrahere debitum quod possent esse causa adulterii. Hoc ideo dicit apostolus

N olite ergo fraudare inuicem.

Margin notes (red): Aug. — Aug. de bono coniugali — Ambr. — Gregorius — Fulgentius — Aug. de nuptiis et concupiscentia — Ambr. — Ambr. — Ambr. — Aug. — Aug. de bono coniugali — Aug. [illegible] quod supra — Item [illegible] — Ambr.

nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi et iterum revertimini in idipsum ne temptet vos sathanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium habet donum ex deo.

ut conveniat inter uxoria ne dissensio generet fornicationem. Nolite dico nisi forte ex consensu ad tempus. scilicet ut ex condicto abstineatis propter gratiarum actiones. Unde subdit. ut vacetis expeditius orationi. Ut enim misereatur deus mundius exorandus est et si munda sint coniugia tamen et a licitis abstinendum ut facilius ad effectum deducatur oratio. et iterum revertimini in idipsum. id est in naturalem usum ubi etsi culpa est tamen venialis quod non est in fornicatione. Revertimini dico ne temptet vos sathanas propter incontinentiam vel incontinentiam vestram. ne occasio detur diabolo trahendi in laqueum fornicationis vel adulterii. Hoc enim ideo dicit apostolus ut fornicationem excludat non ut ad meliorem vitam tendentibus viam claudat. Et quia apostolus dixerat unusquisque habeat suam et unaquaeque scilicet virum et revertimini. ne videretur hoc praecipiendo dixisse subdit. Hoc autem totum dico secundum indulgentiam non secundum imperium. id est ideo non peccat qui aliter agit. id est qui continet immo peccat qui sic agit quia aliqua culpa est ibi sed levis. Pro huiusmodi peccatis oportet nos cotidie orare dicentes et dicere dimitte nobis debita nostra etc. Non igitur illud praecepit apostolus sed permisit. Aliud est enim quod permittitur infirmitati aliud quod praecipitur fidei. quod ostendit ex eo quod ait. hoc dico secundum indulgentiam non secundum imperium. et non hoc iubeo castitati sed permitto infirmitati non est laudabile sed veniale. Sed forte aliquis dicet. Si hoc secundum veniam concessit apostolus ergo peccatum sunt nuptiae. Cui enim venia nisi peccato conceditur? plane quod infirmitati concessit apostolus secundum veniam audeo dicere peccatum esse. Veniam namque concedens apostolus concubitum attendit coniugatorum ... Incontinentiae malum est ergo ut cognoscat uxorem vel ultra necessitatem procreandi liberos sed id est nuptiarum bonum. Non enim quia incontinentia malum est ideo connubium quod est praeter intentionem generationis non est bonum. immo vero non propter illud malum culpabile est hoc bonum sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale quod est tripartitum. scilicet fides. proles. sacramentum. fides ne cum alio vel alia coeatur. proles ut religiose educetur. sacramentum ne coniugium separetur. Hoc bonum nuptiarum non reprehendit apostolus sed malum incontinentiae. Concubitus enim necessarius causa generandi inculpabilis et solus ipse nuptialis est. Ille vero qui ultra necessitatem progreditur non rationi sed libidini obsequitur. Et tamen culpabilis non sit generandi intentione concubitus qui propter nuptias imputandus est quod secundum veniam concedit apostolus non quod coniuges debitum carnis exposcunt non voluntate propaginis sed libidinis voluptate quamvis tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam sed propter nuptias accipit veniam. Quocirca et hinc sunt laudabiles nuptiae quia et illud quod non pertinet ad se ignosci faciunt propter se. Neque enim iste concubitus quo servitur concupiscentiae agitur ut impleatur fetusque postulant nuptiae. Ordo ergo in igne suo nuptiae bonae sunt quia fidem thori servant et prolis suscipiendae causa utrumque sexum commiscent et impietatem separationis horrent. Volo autem et cetera. In hoc indulgeo sed tamen volo omnes homines esse castos sicut meipsum quantum ad benivolentiam et sollicitudinem magistri pertinet. omnes tales si fieri posset volebat esse sicut seipsum id est continentes. Sed si non sunt omnes casti habent tamen alia quibus salvari possunt quod ita ait. Sed unusquisque habet donum ex deo quia et coniugium est ex deo sicut continentia. donum dico proprium id est sibi competens ut in hoc quisque vivat quod appetit.

Alius quidem sic alius vero sic. Dico autem non nuptis et viduis bonum est illis si sic permaneant sicut et ego. Quod si non se continent nubant.

Alius quidem sic. scilicet in coniugio potest salvari. alius vero sic. scilicet in vidualitate vel virginali continentia. ideo non debet quis constringi ne prohibitus alicuius admittat illicita sed ipse quid sequatur sibi eligat sed tamen in hoc expensiorem esse melius est. Satis hic ostendit et pudicitiam coniugalem esse donum dei. Non tamen eius contrarium sed et coniugatorum castitas donum dei est. Dico autem coniuncti debitum reddant sed innuptis id est virginibus et viduis dico quod bonum est illis si sic id est caste permanserint vel permaneant sicut et ego. quod si non se continent nubant legitime. Igitur hoc dicat ad viduas. Melius est enim nubere quam uri. id est ardere libidine. Uritur enim desiderium angit vinci. Non igitur ideo dicit melius quasi bonum sit uri et nubere melius sed consuetudinem locutionis est secutus. His autem et cetera. Hoc consulo non iunctis. His autem qui matrimonio

Ab.

Ab.

Aug.

Ab.

Ab.

Aug.

Aug. Aug.

Aug. in sermone de verbis apostoli.

Eo.

Aug. super genesim.

Aug. de bono coniugali.

Id.

Aug. contra Iulianum hereticum.

Ab.

Aug. de nuptiis et cupiditate.

Ab.

Melius est enim nubere quam uri. His autem qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego sed dominus uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit manere innuptam aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat suam. Nam ceteris ego dico non dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem et hec consentit habitare cum illo non dimittat illam.

Et si qua mulier habet uirum infidelem.

Augustinus — iuncti sunt precipio non ego. quia hoc preceptum inuenitur sed dominus ipse per se precipit mulierem (uxorem) a uiro non discedere. hic supple nisi causa fornicationis. hanc enim solam causam excepit dominus ceteras uero uniuersas molestias sique forte extiterint iubet pro fide coniugii et pro castitate fortiter sustinere. Et nota quod aliud est discedere aliud ex communi consensu

Augustinus — continere. illud enim malum est hoc bonum. id est hoc de coniugio utroque fideli. Quod si
Augustinus — discesserit. Non discedat quod si discesserit sed causa fornicationis precipio manere innuptam aut uiro uiuente aut reconciliari uiro suo. si ipsa non continet. Si enim se non continet mulier uiro debet potius reconciliari quam alteri nubere. Et similiter uir non dimittat uxorem sed

Augustinus — nisi causa fornicationis preter quam non debet. uir dimittere uxorem quia faceret eam mechari
Augustinus — quod si illa est adultera ipse non facit sed adulteram dimittat. Supplendum est hoc quod de uxore premisit. sed quod si dimiserit ne ducat aliam uel reconcilietur uxori. similiter forma seruatur in uiro in muliere ambobus in dicendo. Non ideo subdit hoc de

Ambrosius — uiro sicut de muliere quia licet uiro aliam ducere quia inferior non omnino hac lege utitur. quod potior quod a falsariis dicitur esse appositum. Nam ceteris. Post quam egit de coniugio fidelium transit ad imparia coniugia. et dicit utroque fideli hoc

Ambrosius — hoc preceptum domini dedi. Nam ceteris. scilicet non utroque fideli est quod in initio ecclesie contigit cum euangelium predicari cepit. ego dico ex deo quidem non dominus per os proprium quod si quis frater id est si quis fidelis conuersus ad fidem in coniugio habet uxorem infidelem et hec consentit habitare cum illo non dimittat illam. non hoc precipit sed (apostolus) consulit ut si quis aliter agat non

Augustinus de sermone in monte. Augustinus ad Pollentium. — sit transgressor sicut ipse de uirginibus consulit. Monet ergo quod tolerando idcirco cum posset licite relinquere sed non expedit. Tunc enim non expedit id quod licitum est quando permittitur quia sed usus ipsius potestatis aliis affert impedimentum salutis. Sic est illud unde iam diu loquimur. sed discessio fidelis ab infideli quam non prohibuit dominus quia coram illo non est iniusta. sed apostolus ne fiat suadet consilio caritatis ut nemo leare iussionis necessitate teneatur sed consilii uoluntate libere faciat. Hoc ergo in ultimo

Augustinus de sermone in monte. — apostolum monendo docuisse. Coniugium enim fidelis licite potest relinquere infidelem. ydolatria enim quelibet noxia superstitio fornicatio est et coniunctionis fornicationis permisit quod uxorem dimittas sed non iussit. id est sic dedit (locum) apostolo monendi ut qui noluit non dimittat infidelem que fortasse fiet fidelis et qui uoluit licite dimittere possit.

Idem ad Pollentium. Idem — Quia enim fidelis infidelem licite potest id hoc dominus non prohibuit. Quod enim dominus prohibet sed omnino non licet. hoc autem licet. Nam si fornicatio carnis detestanda est in coniuge quanto magis fornicatio mentis id est infidelitas est sed quia ita licitum est ut non expediat ne per coniugium separationes ipsam doctrinam salutis homines

Nec prohibentur fideles recedere. Nam si dimittere tales iubentur a domino — offensi exhorreant interdicit apostolus id est monet non fieri. Sic ergo ab infidelibus nec iubentur a domino sed nullum esset consilium admonentis apostoli ne hi fieret. Legitur tamen quod Esdras propheta a uno domino per eum non tamen premisit sed iussit israelitas uxores dimittere alienigenas per quas fiebant addeos alienos non ille primatus sed adquirebantur deo. recte utique hoc precepit quia non domini

Ambrosius. Idem de eodem. — tanta gratia saluatoris alleuiat, ipse moysen dominus iusserat ne quis alienigenam duceret uxorem ergo quas duxerant domino prohibente domino iubente dimiserunt. Non enim est imputandum matrimonium quod extra decretum dei factum est sed cognoscitur emendandum. Cum uero cepisset gentilibus compingit coniuges ex quibus si non ambo crederent sed unus uel una et fidelis cum fideli consentiret habitare ne prohibita a domino debuit fidelis infidelem dimittere nec iuberi. Ideo non prohibui quia iustitia permittit a fornicante discedere et infidelis hominis fornicatio est maior mente. Ideo autem nec iuberi quia non contra distinctionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. licitum ergo erat permittere sed licitum non erat faciendum propter liberam beniuolentiam. Quod autem dixit de uiro subdit de muliere. Et si qua mulier habet uirum infidelem et hec consentit habitare cum illo non dimittat uirum. Deinde consilium sui causam supponit dicens. Sanctificatus est enim uir infidelis dum non horret non propter mulierem fidelem

Augustinus de sermone in monte. — uel in muliere fideli. id est sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. uel in uiro fideli. Credo iam

⁊ hic consentit ha
bitare cum illa ha
bitare non dimit
tat uirum. Sanctifica
tus est enim uir in
fidelis per mulierẽ
fidelẽ ⁊ sanctificata est
mulier infidelis per
uirum fidelem. Ali
oquin filii uestri in
mundi essent. Nunc
autem sancti sunt. Quod
si infidelis, discedat. (discedit)
Non enim est seru
tuti subiectus frater
aut soror in eiusmodi.

quenat ut nonnulle femine per uiros fideles et uiri per uxores fideles in fide ueniret
quia sepe hoc contingit quod alter per alterum ad fidem conuertitur. Vir. Sanctificatus est.
uir in fide per mulierem fidelem i. mundus est uir infidelis quantum ad fidelem mul
ierem quia nullam ex eius comunicatione inmunditiam mulier fidelis patitur.
sicut mu. i. c. i. munda est mulier infidelis quantum ad uirum fidelem quia uir fi
delis ex eius comunicatione non contaminatur. Veram enim sit fidelis pudici
tiam in coniuge infideli coniuge. Alioquin. i. si discedatis si dimittatis inuicem
uolentes cohabitare et aliis uos copulatis ut ita non est legale matrimonium adulte
ri estis. Filii uestri. qui de hac copula nascentur inmundi essent. i. spurii sunt. Nunc autem.
si permanetis filii uestri sancti sunt. i. mundi quia de licitis coniugiis nati sunt et sub
ceteris generatione nati sunt ex parte. Vel ita ut agat de filiis qui nati sunt in
infidelitate remanent. si uicissim se dimittunt. e. Dico ut fidelis non dimittat
infidelem. Alioquin. i. si uos inuicem dimittatis filii uestri qui ad maiorem partem sectantur
inmundi essent. i. in infidelitate remanebunt maior erat tunc numerus e
fidelium quam infidelium. Nunc autem filii uestri sancti sunt. i. christiani siue uno ex paren
tibus auctore siue utroque quod non fieret si uno credente dissociaretur coniugium et non
tolerarentur infidelitas coniugis usque ad oportunitatem credendi. Quod si. i. e.
e. fidelis non dimittat infidelem consentientem habitare quod si infidelis uir
uel mulier discedit odio fidei discedat non propter fidem fidelis deserat. Ego enim
mulier infidelis rectissime dimittitur si uiro suo dicat non ero uxor tua nisi in-
(de latrocinio) diuitias congeras si absoluta lenocinia exerceas uel huiusmodi. tunc ille cuius uxor
hoc dicit si uacat et amulus est plus tenebitur amore diuitiarum quam caritatis uxoris.
i. membrum quod eum scandalizat fortiter amputet. Non enim est. ideo dico discedat
non est enim seruituti subiectus frater fidelis aut soror in eiusmodi. s. in cohabitatione cum aliis
talibus. i. non cogitur fidelis sequi infidelem odio fidei discedentem sed quamdiu
in pace simul esse possunt non separentur si nec possunt uocari uel non manet
et uidit non est subiectus. quia non debetur reuerentia coniugii eius quem horret auctorem
coniugii. Non est enim ratum matrimonium quod sine deuotione dei est. ideo non est peccatum
ei quo dimittitur propter deum si alii se copulauerit. Contumelia enim creatoris soluit
ius matrimonii circa eum qui relinquitur ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem
discedens in deum et in matrimonium peccat. Itaque nec ei fides seruanda coniugii
qui ad hoc recessit ne audiret nomen christi. Si uero ambo crediderint per cognitionem dei confirmatur coniugium. Nota quod
ambrosius sibi contrarius uidetur. Supra enim dixit quod fidelis dimittens infidelem si alii copulauerit se adulter est. hic uero dicit
quod ei dimissio non est peccatum si alii se copulauerit quod a quibusdam sic determinatur. Aliud est si dimittit
infidelem uolentem commanere aliud si dimittitur propter deum ab illo qui horret nomen christi ibi enim uolente lex non
seruatur hic uero ita seruatur. Itaque cum liceat semper dimittere non tamen semper licet se alii copulare. sed tunc tantum cum
propter deum dimittitur. Vel ita alii dicunt potest se alii semper copulare fidelis, non alii infideli. In pace autem. e. fidelis non est

In pace enim autem
uocauit nos deus.
Unde enim scis mu
lier si uirum saluum

subiectus seruituti in huiusmodi s. pacem debet seruare quia in pace uocauit nos deus.
ideo non debemus esse causa discordie. i. non oportet nos litigare cum discedente
qui odio dei discedit. Unde enim. Supra hortatus est ne fidelis deserat infidelem.
propter ea que forte euenerunt s. quia sanctificatus est uir. i. c. Nunc quia eadem fieri
possunt. idem hortatur reddens rationem cur non expediat ut fidelis dimittat in
fidelem quamuis liceat. hoc autem non iubente lege sed libera caritate fiunt. e. uel
manendum est cum infideli quia unde scis tu mulier fidelis si uirum infidelem
saluum facies. hoc ideo dicit quia forsan possent esse qui non horrent nomen christi.
deum dicit de uiro ideo quod de muliere. aut unde scis uir fidelis si mulierem infidelem saluam facies. unde in quantum hoc scis uir

aug. / amb. / amb. / amb. / amb. / aug. de ser. mo. in mo. / amb. aug. de fide operibus / amb. / amb. / aug. ad pollentium. / aug. / aug.

vel mulier. insita habeas et ad tuum comparem. sicut divisit deus unicuique. id est
sic dedit utrique. scilicet viro preesse, uxori subesse. vel quomodo scis hoc quod predictum est
ab. nisi patienter expectes. Nisi sicut deus divisit unicuique. divisit enim deus cuique quando salvetur. id est
scit quando salvetur. id est sustinet donec cedat. sic tu expecta. Id quomodo scis o vir vel
o mulier quod predictum est. nisi quisque virum ambulet perseverando. id est sic ut statu perficit
ita sicut vocavit deus unumquemque. id est in eo statu in quo deus quemque vocavit. non a quo.
id est coniux cum coniuge perseverando maneat. Nequis autem forte diceret quod
solis corinthiis id est non ceteris fidelibus hoc predicaret, ait. Et sic ita predico in una
ecclesia sicut in omnibus ecclesiis hic et ubique doceo. Tenendum est igitur vobis quod omnes
tenent. Circumcisus. quasi in eo statu permaneat quisque maneat. scilicet coniugum sicut ritus qui
saluti impedimentum non afferunt. ut ubique. Si aliquis circumcisus vocatus est non
adducat. id est non cogatur adducere preputium. id est ritus gentilium. In preputio aliquis
aug. vocatus est non circumcidatur. id est non cogatur ad iudaicos ritus. Servat apte
ubique quod congruit iudeis sive ecclesiis gentium sive iudeorum. Nusquam
enim aufert consuetudinem que servata non impedit salutem. monens ne
in talibus spes salutis ponatur. et sine offensione infirmorum serventur. Unde
ab. dicit nichil esse subdens. Circumcisio enim nichil est et preputium nichil est. quia ad sa-
lutem nec prodest nec obest hoc vel illud. id est iudaicus vel gentilis ritus. Sed observatio
mandatorum dei. Unusquisque. quasi Gentilis non adducat circumcisionem vel iudeus
preputium sed potius unusquisque permaneat in ea vocatione. id est in ea conditione
aug. vocationi non repugnante in qua non a qua vocatus est. Hoc enim ad eas vel
consuetudines conditiones vite retulit que nichil obsunt fidei bonisque moribus.
aug. coniux Sicut enim coniugatus sic latro ad fidem Christi vocatur. sed ille in coniugio non a coniu-
gio iste vero non in latrocinio. Non enim necesse erit ut coniuges desinant esse
coniuges propter Christi fidem sicut necesse est ut latrones desinant esse latrones.
Servus etc. Supra enim posuit unum exemplum de ritu vi-
vendi hic aliud de conditionis officio. quasi Semper Quisque per-
maneat in quo vocatus est, sic Servus vocatus es non sit tibi cure.
quasi velis hoc effugere. sed si potes liber fieri magis utere. servitute quasi li-
ab. est cum humilitas quam docet eam qui in domino est perimet libertatem.
quia quanto quis propter deum despectior est in hoc seculo. tanto magis
exaltabitur in futuro. Qui enim. quasi ideo non debet esse cure si quis
vocatus est servus quia eque videlicet simul servi Christi sunt quasi ita
ait. qui enim existens servus vocatus est in domino. id est in fi-
de domini vel in operatione domini libertus est domini. idest et ac si diceret
servus domini est sed honestius nomen posuit dicendo libertus quod
ab. recte dicitur quia erectus est a peccatis que servos faciunt. Simili-
ter qui vocatus est servus dum liber esset vel adeo per elationem
ab. quod crimen est vel ab homine per conditionem. servus est Christi
quos perfecit sed nec servus conditione despiciatur
nec liber elatus servo se preponat. Precio enim. quasi Vere
servus Christi est quodcumque vestrum quia empti estis precio. id est san-
guine Christi. Et quia empti estis nolite fieri servi hominum. ita
ab. scilicet ut preponatis servitutem dei. quasi Quia empti estis reddite
vicem emptori ut servi sitis Christi non hominum. Hi sunt
servi hominum qui humanis se subiciunt superstitionibus quod contingit vobis si dicatis ego sum pauli ego apollo.

facies aut unde
scis vir si mulierem
salvam facies? Nisi
unicuique sicut deus
divisit unumquemque
que sicut vocavit
deus ita ambulet
sicut ubique in om-
nibus ecclesiis doceo.
Circumcisus aliquis
vocatus est non
adducat preputium.
In preputio aliquis
vocatus est non circumcidatur.
Circumcisio nichil est et preputium
nichil est sed observatio manda-
torum dei. Unusquisque in qua vo-
catione vocatus est in ea per-
maneat. Servus vocatus es? non
sit tibi cure, sed si potes liber fieri
magis utere. Qui enim in domino vocatus est
servus libertus est domini. Similiter qui
vocatus est liber servus est Christi. Precio enim

empti estis. nolite fieri
servi hominum. Unus-
quisque in qua voca-
tione vocatus est fratres
in hoc maneat apud
deum. De virginibus
autem preceptum domini non
habeo. consilium
autem do. tamquam
misericordiam consecu-
tus a domino. ut sim
fidelis. Existimo ergo
hoc bonum esse propter
instantem necessi-
tatem quoniam bonum est
homini sic esse. Alli-
gatus es uxori? noli
querere solutionem. Solu-
tus es ab uxore? noli
querere uxorem.
Si autem acceperis ux-
orem non peccasti.

Unusquisque etc. Quod supra dixerat hic iterat ut plene commendet dicens. Unusquisque fratres in hoc statu maneat apud deum. id est in observatione mandatorum dei in quo vocatus est. non a quo vocatus est. quia nullus status nocet in quo aliquis vocatur. De virginibus autem. Superius ubi ait dico autem non nuptis viduis non tamen virginibus sed viduis continendi consilium dedit. Nunc etiam dat virginibus id consilium. et de coniunctis preceptum domini dedi ubi utrique sunt fideles vel meum consilium ubi alter est infidelis. De virginibus autem non habeo preceptum domini. aliqua lege precipientis ut contineant vel nubant. consilium autem a spiritu sancto tamen inspiratum do. id est quod supra dedi scilicet non iubendi sed continendi. ubi tamen aliud licet consilium do. tamquam a domino consecutus misericordiam. id est apostolatum ita ut sim fidelis. in dispensatione mihi credita. ac per hoc constat quod sum ydoneus in dandis consiliis salutaribus. Existimo ergo. Quia apostolus sum fidelis ergo hoc consilium do. scilicet non iubendi quia existimo hoc. id est in virginitate permanere bonum esse propter instantem necessitatem coniugium comitantia. necessitatem dicit penuriam scilicet quam sepe patiuntur coniugati. Infirmus infirma ratione persuadet. Possumus et digniorem reddidisse rationem virginitatis multo amplius commendando. Superegreditur enim virginitas condicionem humanam ut per quam homines angelis assimulantur. Maior tamen victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine carne vivunt. virgines sive in carne triumphant. Unde quod in tabernaculo domini supremum operimentum erat de pellibus iacinctinis per quos intelligitur celibum vita. Habet enim iacinctus speciem similem throno. Ita qui in carne virgineam puritatem servant supercelestibus simulantur. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati sequentes agnum. Quoniam etc. Ita existimo ut dixi ibi virginem vel ita est. quasi bonum est homini sic esse. id est in virginitate. licet sit hoc bonum tamen si alligatus es uxori noli querere solutionem vel si sustinet necessitas. Sed si solutus es ab uxore noli querere uxorem. si potes continere. Hec consilia sunt que nullo domini constringentis imperio in potestate dimissa sunt. In his audiendus est apostolus in spiritu sancto monens et consulens. Si autem etc. Noli querere uxorem sed tamen si acceperis uxorem non peccasti. Similiter si nupserit virgo non peccavit. Tribulationem etc. Si nubunt vel ducunt non peccant. tamen leve est esse sine coniugio quia huiusmodi scilicet coniugati habebunt tribulationem carnis. id est pro rebus necessariis sibi providendis. filiis. Ego autem etc. Consulo evitare coniugium quod tamen concedo. sed in his ego parco vobis. dum consulo vobis evitare quod tribulationes carnis id est sollicitudines memoratas habent. vel dum concedo vobis [illegible] sit. Itaque hic ad temperantiam monet. Et quia [illegible] sine peccato possit fieri. Itaque hoc consilium do vobis. dico vobis o fratres quod tempus breve est quo non generatione carnali propagandus est populus dei sed regeneratione spirituali colligendus. Et quia tempus breve est reliquum est. id est hoc solum restat agendum ut qui habent uxores sint tamquam non habentes. studendo dei servitio non operi carnis. quod utique facit qui habens uxorem reddit non exigit debitum

Et si nupserit virgo non pecca-
vit. Tribulationem tamen carnis
habebunt huiusmodi. Ego
autem vobis parco. Hoc itaque
dico fratres. tempus breve est.
Reliquum est ut qui habent
uxores tamquam
non habentes sint.

Ab
Aug
Ab
Amb de [?] stitutione viduarum
Amb
Aug
Aug in psalmo cxlii

i. quisque pro infirmitate propriam duxit uxorem plangens potius quia sine uxore esse non potuit. quam gaudens quia duxit. et maxime qui pari consensu continentiam

aug. de sermone in monte. servat. Beatiora sane coniugia iudicanda sunt que sive filiis procreatis sive ipsa prole contempta continentiam pari consensu servare potuerunt. Sequitur. Et qui flent pro casibus coniugii vel pro aliqua tristicia seculi. sint tamquam non flentes

aug. in spe futuri boni non cedant vel frangantur. Et qui gaudent pro aliqua

aug. prosperitate seculi. sint tamquam non gaudentes. ut intus spiritualia timeant et cetera [illegible] et qui emunt ut faciunt coniugati qui provident filiis. sint tamquam non possidentes. ut

aug. ad iustificandum comitem scilicet non apponant cor perituris rebus. sed sic habeant ut amore illas non habeant. Et ut universaliter colligat. qui utuntur hoc mundo sint tamquam non utantur. ut scilicet ex bonis eius faciant bona. ne mali fiant. que bona ne putentur mala bonis dantur. Itemque tolluntur ut probentur. ne putentur magna vel summa dantur et malis. Itemque eis tolluntur ut crucientur. Preterit enim. et ideo hec mundialia quasi non sint sunt estimanda quia figura. i. pulchritudo

ab. ad non substantia huius mundi preterit. i. cotidie senescit et tandem in iudicio mundanorum ignium conflagratione peribit. non substantia sed figura. atque ipsa substantia eas qualitates habebit que corporibus inmortalibus mirabili mutatione conveniant. Ideo non dixit mundus sed figura quia substantia non perit sed qualitas. Volo autem et cetera. Similitudinis hic facere consilio sed magis volo vos esse sine sollicitudine

ab. rei uxorie qua diminuta in dei rebus propensius vigilatur. et recte hoc volo quia qui sine uxore est sollicitus est. ut compleat ea que dei sunt. et quomodo placeat interiori pulchritudine deo non quoquomodo eis servat. Qui autem cum uxore est sollicitus est de his que sunt mundi. scilicet de domo regenda et huiusmodi. quomodo et placeat uxori.

ab. ab. Magna enim amaritudo est in domo uxor [illegible] et divisus est. non animo sed actu quia partim deo partim servit mundo. Et similiter mulier innupta. i. vi

ad dua et virgo cogitat que sunt domini. iam non cogitat [illegible] ne dampnetur a deo quod facit timor custos malorum. hec autem de dampnatione non timens et de

Fulgentius aug. de sancta viduitate salute secura cogitat tantum que sunt domini. scilicet ut sit sancta corpore. i. actionibus que geruntur ministerio corporis et spiritu. i. voluntate. Hoc innupta fidelis et casta facit. que non tantum spiritu sed et corpore sancta est. Non enim potest fieri ut non sit sanctum corpus quo sanctificatus utitur spiritus sed amplius innupta hoc facit que libera a necessitatibus mundanis quibus constricta est nupta intensius vacat celestibus precep

aug. tis. Que autem nupta est cogitat que mundi sunt et quomodo placeat viro. Non ideo hoc dicit ut ipsa sancta non sit corpore et spiritu.

aug. de sancta viduitate sed minus quam innupta. Hec itaque loquens apostolus de innuptis et nuptis ampliorem innuptarum et corpore et spiritu sanctificationem intelligi voluit non corpus nuptarum omni sanctificatione privavit. Porro hoc et cetera. Consilio non nubere sed hoc dico ad utilitatem vestram maiorem. scilicet ut expeditius deo serviatis non ut si incontinentes estis iniciam vobis laqueum fornicationis. Non hoc dico ut vel laqueum vobis iniciam sed hoc dico ad id tendens quod honestum est. scilicet ut homo sit castus

ad anima et corpore. Non hoc ideo dicit quod turpe sit coniugium sed quia [illegible] honestius est. et ad id tendo quod prebeat facultatem et utilitatem alicui observandi se deo sine impedimento. quod est i.

et qui flent tamquam non flentes. et qui gaudent tamquam non gaudentes. et qui emunt tamquam non possidentes. et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur. Preterit enim figura mundi huius. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est sollicitus est que domini sunt quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat uxori et divisus est. Et mulier innupta et virgo cogitat que domini sunt ut sit sancta corpore et spiritu. Que autem nupta est cogitat ea que sunt mundi quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico. non ut laqueum vobis iniciam sed ad id quod honestum est et quod facultatem prebeat sine impe

dimento dn̄o obseruan-
di. Siquis aūt se turpē
uideri existimat sup
uirgine sua quod sit
sup adulta ita opor-
tet fieri. quod uult fa-
ciat non peccat si nu-
bat. Nam qui statuit
in corde suo firmus n̄
habens necessitatem
potestatem aūt habens
sue uoluntatis et
iudicauit in corde
suo seruare uirginē
suam bene facit. Et
qui matrimonio iun-
git uirginem suam
bn̄ fac̄ et qui non iun-
git melius facit.
Mulier alligata est legi quanto tempore
uir eius uiuit quod si dormierit uir
eius liberata est cui uult nubat tm̄ in dn̄o.
Beatior aūt erit si sic pmanserit scdm meū consilium.

coniugio. Cum g̃ ait ad id quod honestū ē n̄ matrimoniū turpe esse monstrauit s; quod honestū erat honestius generali honesti nomine om̄daut quia honestius quod utiq; qđ magis ē honestū. Sic g̃ bono melius & beato beatius ē sic honesto honestius est. quod honestū uoluit appellare. Si quis aūt. Sic de uirginibus determinauit quod sit melius & honestius. sic & de custodib; uirginū determinat qđ illis sit faciendum si uirgines continere uoluerint t̄ noluint. ē. h̄ est honestū & expedit. s; esse sine coniugio s; tm̄ si quis existimat uideri se, quāq; turpē sup. i. de uirgine sua. eo qđ sit sup adulta. s. ultra pubertatē ita oportet fi. s. ut nubat quia uirgo n̄ uult contine quod uult uirgo faciat custos quia non peccat custos si nubat uirgo. Et dico si oportet non peccat nam de isto alio patet quia bn̄ fac̄. n̄ tm̄ n̄ peccat ille. s. qui statuit in corde suo uirginē suā seruare non ingerens ei consortiū nuptiale. Statuit dico firmus in pposito non curans t̄ sobolem t̄ aliū huiusmodi. & non hn̄s necessitatem cum uirgo uelit continere. S; hn̄s ptatē scdm alumnē potestatem continentiam uoluntatis sue pficiende. ille qui hoc statuit bn̄ facit. & ille utiq; qui hoc non ex leuitate statuit s; & corde suo iudicauit. i. ex iudicio mentis bonum esse discernit. & quia oportet. s; ut diximus g̃ & qui matrim̄ iungit uirg̃. s. b. f. s. qui aliceat quod facit. & qui non iung̃. cum habeat potestatem sue uoluntatis melius fac̄. qui & ap dm̄ uirtutum illi collocat & a scti sollicitudine illam libat. uo recte ait. melius fac̄. Melius est enim quod licet & expedit quā quod licet tm̄ expedit. Nec enim bn̄ utitur homo malo ubi ue bn̄ utitur bono. Duo enim. s. bonum & malum & alia duo. s. usus bonus & usus malus sibimet adiuncta. iiii. differentias faciunt. bn̄ utitur aliquis bono continentiam dedicans deo male utitur quis bono continentiam dedicans p dolo. male utitur malo concupiscentiam relaxans adulterio. bn̄ utitur malo concupiscentias restringens connubio. Sic g̃ melius est bono uti quā bono quā bene uti malo cum utrumq; sit bonum itaq; qui dat uirginem suam nuptui bn̄ fac̄ & qui non dat melius fac̄. Bonū ē enī pudicicia coniugalis s; melius & continentia uirginalis t̄ uidualis. Mulier. i. ē. t̄ uirgo p̄ nubē. sit & uidua p̄ nubē. s; beatius est contine. & hoc est quod ait. Mulier alligat̄ ē legi uiri quanto tempore uir eius uiuit. ut non liceat aliū nubē. Quod si dormierit uir eius libat̄. ē. a lege uiri & pmittitur ei. ut cui uoluit nubat. & cui uult dic̄ quia inuite nuptie solent malos puentus hr̄e. cū ū dic̄ nubat legē loquitur naturali quamq̄ prime nuptie tm̄ a dn̄o sit institute. scde ū pmisse sunt. Denique prime nuptie sub benedictione di celebrantur sublimī scde ū & in psenti carent gla. Nubat dico tm̄ in dn̄o ut dn̄o faciat. s. s; n̄ turpitudinis suspitione & in uiro sue religionis nubat. Vel ita continua. mulier. i. ē. uirgo quocumq; tempore p̄ nubē. s; coniugata & si cā fornicationis dimissa ē n̄ p̄ dum uiuit uir ei. qr̄ mulr̄ ablig̃. uiri. q. t. u. e. u. qđ s. d. u. e. l. a. l. e. cui u. n. t. i. d. Beatior aūt ē. si sic. i. innupta pmans. m. ē. silicz. S; aūt ostendit beatam esse uiduā & p̄ mortē uiri uiri nubentē fidelem s; beatiorē n̄ nubentē uū mag̃

Aug̃ de sca uiduitate.

ab

ab

ab

ab

ab

Aug̃ de bapt̄ paruul.

Aug̃ de sca uiduitate

ab

ab

ab

Aug̃ de sca uiduitate.

catafrigarum et nouatianorum hereses concidunt quas buccis sonantibus non sapientibus tullianus inflauit dum secundas nuptias quasi illicitas maledico dente conscidit quas omnino licitas apostolus sobria mente concedit. De tertiis autem et quartis et deinde ultra pluribus nuptiis solent homines mouere questionem. Sed quis audeat diffinire quod non apostolum uideo diffinisse. Ait enim. Mulier alligata est uiro. et cetera. Non dicit primo uel secundo uel tertio uel quotuslibet. nec nobis diffiniendum est quod non diffinit apostolus. Unde ut breuiter respondeam nec ullas nuptias debeo dampnare nec eis uerecundiam numerositatis auferre. Ipse quoque christus in euuangelio magister et dominus septem uiros mulierem in euuanglio non dampnat sed dicit in resurrectione non posse esse, ubi ait. neque nubent neque nubentur. Unde nec contra humane uerecundie sensum audeo dicere ut quotiens uoluerint nubant nec ex meo corde preter scripture sancte auctoritatem quotaslibet nuptias audeo condempnare. Quod autem dicit uniuire uidue hoc omni uidue dicitur. Beatior erit si sic permanserit secundum meum consilium. Et ne quis hoc consilium tamquam humanum non diuinum putaret contempnendum adiecit.

Aug. ad pol.

Puto autem quod et ego spiritum dei. quo inspirante hec alia suadeo quod uos non putatis.

Aug. sr. 10.

Nota quod dicens puto non dubitat apostolus sed contemptores increpat. ut dominus non dubitat sed increpat dicens. Si me sciretis et patrem meum forsitan sciretis. et alibi. cum uenerit filius hominis putas inueniet fidem in terra. Uerbo dubitationis arguit infidelitatem non opinatur diuinitatem.

Cap. VIII.

De his autem que ydolis. Supra egit de nuptiis de quibus ipsi quesierant hic agit de ydolotitis. id est immolaticiis ydolorum in quibus adhuc indiscretum usum quidam habebant uel ex eo aut scandalizarentur aut saltem confunderentur infirmi, ipsique licitis et ordinatam uetabantur ecclesiasticam iuste formam confunderent et unitatem scinderent. Scientes enim omnia esse ex creatione munda immolata ydolorum coram infirmis in ydolio manducabant quod infirmi uidentes putabant eos edere sub ueneratione ydoli et exemplo eorum sub ueneratione ydoli edebat. Illos ergo increpat apostolus hic. et dicit his predictis questionibus et documentis sed de istis aliis non fuit opus querere quia de istis uel ego scitis et hoc est quod ait. De his autem que ydolis immolantur an liceat edere uel non scimus. et cetera. ego scio uos scitis eque mecum quod licet ea comedere. uel scimus ego uos quoniam omnes habemus scientiam de ea turbe reatus. hoc dicit de his scilicet eos maioribus qui habentes scientiam cum offendiculo minorum edebant quos primum arguit non sufficienter scire dixerat quod offendiculum primum uitabant. alii autem ignari sub ueneratione ydoli edebant. Scientia et cetera. habeatis scientiam sed non ualet hec scientia que facit uos superbire et ignaros. Scientia enim si sola est inflat. id est in superbiam extollit caritas autem que non inflatur edificat infirmos quia quod eis obesse potest dimittit uolo ergo habere non inflantem scientiam addite scientie caritatem et utilis erit scientia. Per se enim inutilis est scientia sine caritate utile. Per se enim inflat uel superbia ut demones qui greco nomine a scientia sic nominantur in quibus scientia est sine caritate. Propter hoc autem uitandum id est elationem scientie repromissa datus est paulo stimulus sathane a quo tamen dicit ne extollatur. proponenda est scientia scientie. Melius est scire infirmitatem nostram quam naturam rerum. Laudabilior enim est animus cui nota est infirmitas sua quam qui ea non respecta siderum uias scrutatur et terrarum fundamenta et celorum fastigia sed meliores sunt qui huic scientie preponunt non se ipsos. scientiam quam apponunt apponit et dolorem peregrinationis ex desiderio patrie et conditoris. Si quis autem et cetera. habetis scientiam de ydolotitis sed non perfecta scientia est illa quia id est si quis se existimat se scire aliquid. scilicet quod licet eis uti. nondum tamen cognouit quemadmodum oporteat eum scire. id est nondum nouit quod sic ea scientia debet uti ne noceat alium. Ipso ergo quidem scientia gloriatur ostendens non ita cognouisse sicut cognoscendum est. Cum enim caritatem quam mater omnium bonorum est non sectantur non sciunt sicut oportet. Si quis autem et cetera. hic non perfecte scit sed qui diligit fratrem uere scit deo approbante et hoc est quod ait. Si quis autem diligit deum hic cognitus est. id est approbatus ab eo. hic diligit deum qui caritatis causa scientiam mitigat ut perdit frater propter quo christus mortuus est. De escis autem. Uituperata scientia eorum tandem aperit que ea est. Superius enim non dixerat que esset eorum scientia sed hic ostendit. et cetera. his predictis modis non ualet scientia sed tamen in hoc uera est quod de escis que idolis immolantur scimus ego uos quod licet comedi et quos non ab ydolo

Puto autem quod et ego spiritum dei habeam. De his autem que idolis sacrificantur scimus quoniam omnes scientiam habemus. Scientia inflat caritas uero edificat. Si quis se existimat scire aliquid nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit deum hic cognitus est ab eo. De escis autem contaminatae sunt, et scio

que ydolis immolantur scimus quia nichil est in mundo ydolum et quod nullus deus nisi unus.

quia nichil est ydolum in mundo. i. inter creaturas mundi. Naturam enim deus formavit sed simulacra hominum formam dedit. hec quidem forma quedam humana sed ipse homo per ubi factus est. Creatureque enim facta sunt talia. que sunt in creaturis facta sunt per verbum sed forma hominis in ydolo non est facta per verbum sicut peccatum non factum per verbum sed est nichil et nichil fiunt homines cum peccant. Vel ydolum non est in mundo. i. illud quod putabant esse ydolum nichil est. Estimabant enim ydolum esse per se subsistentem ex simulacro et spiritu presidente. Vel ydolum nichil est in mundo. i. nullius rei que sit in mundo similitudinem habens. Ydolum enim hic appellat speciem que non videtur oculis sed animus sibi fingit. Ut si quis humanis membris caput canis vel arietis formet vel in uno habitu hominis duas imagines huiusmodi que hic facit non similitudinem sed idolum facit. Facit enim quod non habet aliquid simile sui. sed quod mens ociosa dictum est in lege. Non facies ydolum neque omnem similitudinem rei. Similitudo non est cum

in lege curiosa reperit. Ideo distincte ... ex his que sunt ut in eglot in terra vel in aquis formatur. Et scimus quia nullus deus nisi unus. hic dicit ne putet deus esse in ydolo. Unus tamen deus est pater et filius et spiritus sanctus. i. ipsa trinitas unus deus est nulla quia sit patrum identitati unitate divisio. Non est deus pater pars est dei. Tres enim persone sunt pater et filius et spiritus sanctus in hiis tres quia unius substantie sunt unus deus. Et summe unum sunt quia in nulla naturarum nulla est diversitas voluntatum. Si enim non unum esset consensione non esset non summe unum esset. Si vero in natura dispares essent unum non esset. Porro si una persona est gemine substantie quia et deus et homo est non tamen deus vel homo pars huius persone dici potest alioquin filius dei antequam sumeret formam servi non erat totus cum cum homo divinitati eius accessit. Quod si in una persona pars non potest esse deus quanto magis pars trinitatis esse non potest quecumque unus et tribus huius trinitatis. Non tria pars est unius nec maius aliquid omnes quam singuli. Tu nempe dixisti unum deum ex partibus non esse compositum. Hic de patre vis intelligi. Ille est inquis virtute ingenita simplex. Hic autem virtutis quam simplicem esse dixisti neque partes sunt bonitas sapientia clementia et potentia. Si dixeris partes sunt simplex ergo non ex partibus constat quia te diffiniente unus est deus. Quomodo deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico inquis nisi ergo partes. Si ergo in una persona partes in illa invenis et partes non invenis quanto magis pater et filius et spiritus sanctus et propter individuam deitatem unus est deus et propter uniuscuiusque proprietatem tres persone sunt et propter singulorum perfectionem partes unius dei non sunt. Virtus est pater virtus est filius virtus est spiritus sanctus. Hic verum dicis sed quos virtutem de virtute genitam virtutem de virtute procedentem non vis eandem habere hic falsum dicis. Hoc fides catholica dicis eiusdem enim est filius non est pater a quo differt non natura sed proprietate persone quia ipse pater est auctor dei. Unde non habet. Ipso enim quo pater dicitur est quia genuit auctor ostenditur. Ideo habens nomen quod neque ex alio perfecto intelligitur ex quo is qui genitus est subsistisse doceatur. Est ergo unus ab uno proprietate ... in unoque in nascibilitatis vero originis. Sig... ergo in scripturis proprie intelligentia et distinctio innascibilitatis nativitatisque sensu solitarius deus non est opinandus. Non ecclesia unum innascibilem deum novit unigenitum dei filium confitetur patrem ab origine liberum confitetur in filium originem ab initio non ipsum ab initio sed ab initiali non per se ipsum sed ab eo quia nemine est natus ab eterno nativitatem vel ex paterna eternitate sumentem. Discretio ergo vel distinctio persone est in scripturis posita in nullo autem nature distinctio. Nam et si sunt etc. Vel unus tamen est deus. idem.

Nam et si sunt qui dicantur dii sive in celo sive in terra siquidem sunt dii multi et domini multi. nobis tamen unus deus pater ex quo

Nam et si sunt qui dicantur dii. participatione deitatis ut sancti sive in celo. iam recepti ut qui de corpore exierunt sive in terra morantes. ut qui in mortali corpore adhuc peregrinantur et non falso putatos dico deos sed in veritate deos sicut multi sunt dii participatione deitatis ut sancti et sunt domini multi qualis est ut Paulus. apostoli in terra archangeli in celo. et si inquam hi sint nobis tamen tamen unus deus pater. qui naturalis et substantivus est deus unus est cum filio et spiritu sancto. Dii enim deus tribus modis. substantive. adoptive. nuncupative. Substantive dicitur trinitas. adoptive sancti qui per adoptionis gratiam dii fiunt. Nuncupative. demones et ydola que nomine tenus tantum dii sunt non natura nec participatione. De diis adoptivis dictum est et si sunt qui dicantur dii. sive in celo sive in terra. sicut sunt dii multi et domini multi. Eos enim intelligi voluit qui digne in divina dicuntur dii ita sane ut latria que in precipue latrie servitus eis non debeatur qui prohibiti sunt in lege maledici ut legitur diis non maledices. Vel de eis hic sed non sunt nisi sacrificiis vel ullis latrie obsequiis honorari. Vel potest ...

de nuncupativis diis accipi illud. Nam et si sunt qui dicantur dii a gentibus sive in celo ut sol et luna sive in terra. ut apollo esculapius hercules et huiusmodi. Quod dixit dicantur sicut dii sunt multi opinione paganorum et domini multi nobis tamen tamen unus deus pater quem colimus et nos in se credentes facit deos. Si ille dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Nobis ergo unus est deus de gentibus vero plures quos nichil terret et demones que volentes videri dii sunt exigunt illa que deo debentur. Sacrificia talia huiusmodi. Non vero deus homines deos facit qui non est factus. Et ideo verus deus est ydola autem homines esse appellatos

ex quo omnia et nos in illo. Et unus dominus ihesus christus per quem omnia et nos per ipsum. Sed non in omnibus est hec scientia. Quidam autem infirma conscientia usque nunc ydoli quasi ydolothitum manducant. Et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Esca autem nos non commendat deo. Neque enim si manducaverimus habundabimus neque si non manducaverimus deficiemus. Videte autem ne forte hec licentia vestra offendiculum fiat infir-

§ ut sanctificatos

inuenimus in illo psalmo. Deus stetit in sinagoga deorum. Et item. Ego dixi dii estis. Sed queritur. Si homines dii uocantur utrum angeli uocandi sint dii cum omnibus. Sed maximum [illegible] nescio utrum facile possit reperiri apud angelos dictos deos. Sic igitur [illegible] in diuinis eloquiis reperitur [illegible] [illegible] angeli non dicuntur dii ne ab hominibus putarentur colendi ne homines ad [illegible] [illegible] religionis [illegible] liturgia [illegible] angelis exhiberent. [illegible] uocantur angeli quia [illegible] nuntii [illegible] [illegible] ex quo [illegible] omnia [illegible] nos [illegible] [illegible] Quidam dicunt quod debet quia gratia qua regeneramur ita est filii et spiritus sancti ut patris et quicquid nobis a patre est nobis a filio [illegible] [illegible] dicunt quod deus trinitas unus nobis est pater [illegible] [illegible] [illegible] filium gignendo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] patris. [illegible] filius est unus deus cum patre [illegible] [illegible] translatiue ad [illegible] adoptione filiorum [illegible] scriptum est audi israel dominus deus tuus deus unus est [illegible] excepto filio aut excepto spiritu sancto oportet intelligi. Quem unum dominum nostrum recte dicimus [illegible] patrem [illegible] nos regnantem [illegible] filii nullomodo dici potest. Ihesus christus unus deus et dominus cum patre in substantia [illegible] unus deus [illegible] per quem [illegible] omnia creata sunt. Omnia [illegible] a patre [illegible] per filium creata sunt [illegible] per patrem [illegible] per filium. Sic omnia per patrem et omnia per filium [illegible] pater filius [illegible] inseparabiliter operantur [illegible] [illegible] Et nos per ipsum [illegible] [illegible] in cognitione dei [illegible] nos hoc scimus quod unus est deus [illegible] non omnibus est scientia [illegible] mysterium unius dei cognoscunt. Quidam autem [illegible] non in omnibus est scientia [illegible] Ut nos scimus quia ydolum nichil est. Sed quidam manducant de sacrificiis [illegible] conscientia ydoli quia putant ydolum aliquid diuinum esse [illegible] usque nunc [illegible] nunc per consuetudinem [illegible] [illegible]. Manducant dico conscientia [illegible] ydolothitum [illegible] cum reuerentia ydoli [illegible] aliqua [illegible] diuinitas. Conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur [illegible] caritate [illegible] hunc errorem infirmum inducebant [illegible] [illegible] conscientia. Esca autem [illegible] nocet [illegible] commestio [illegible] esca sumpta [illegible] non commendat nos deo [illegible] fideles [illegible] omnia creata a deo munda [illegible] Neque enim si non manducauerimus deficiemus [illegible] habentes bonum neque si magis habundabimus in bono uirtutum [illegible] beatitudinis [illegible] fide [illegible] Videte autem. Quantum ad uos nichil est esca [illegible] uidete ne forte hec licentia uestra fiat offendiculum in fide qui nesciunt ad huc ydolum nichil esse [illegible] offendiculum. Si quis enim infirmus uidit eum qui habet scientiam recumbentem in ydolo [illegible] ydoli nonne conscientia eius cum sit infirma [illegible] ad manducandum ydolothita [illegible] ad manducandos carnes sacrificiorum [illegible] ydolothita. Videns enim [illegible] in ydolio sacrificata edere incipit ipse [illegible] conscientia qua ille [illegible] sciens nichil ydolum esse [illegible] putant illic numen [illegible] illicede [illegible] peribit infirmus [illegible] conscientia [illegible] sapientem [illegible] commedere uidens sub ydoli ueneratione propter quem

mus. Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam in ydolio recumbentem nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum ydolothita. et peribit infirmus in tua scientia. frater propter quem mortuus est christus. Sic autem peccantes in fratres et percutientes conscientiam ipsorum infirmam in christo peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in eternum ne fratrem meum scandalizem. Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne christum iesum dominum nostrum uidi? Nonne uos opus meum estis in domino? Et si aliis non sum apostolus sed tamen uobis sum. Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant hec est. Numquid non habemus potestatem

saluandum christus mortuus est ita grauiter peccas. Sic autem. quasi ita in fratres peccans sed sic peccantes in fratres et percutientes conscientiam ipsorum infirmam in christo peccatis. cuius membra sunt. dum enim caritatis non emuli estis quasi christi nos liberauit peccatis in christum. non minus christum qua in christum peccare est negare christum. In christum autem peccare est in his qui christi sunt peccare sicut hic qui sub lege est in lege dicitur peccare. Ita hic qui in christo est in christum peccare dicitur. In christo peccatis. cuius regnum diminuitis. ideo in christum peccatis. Quapropter abstinete sicut ego etiam ab omni carne quia si esca scandalizat fratrem meum non manducabo. non solum immolata sed et omnem carnem in eternum. id est nec hic nec in futuro. Sic enim constat quod non post mortem licet sum quod non in uita manducabo non quod mala sit esca. sed ne scandalizem fratrem meum. Non sum liber.

Incipit se proponere in exemplum ut sicut ipse abstinet a licitis pro scandalo fratrum uitando ita et illi abstineant. Ipse enim apostolica dignitate potestatem habens non operari manibus sed de euangelio uiuere neque tamen accipiendo scandalizaret abstinuit. quasi abstinete ab hoc licito quia et ego habeo libertatem accipiendi stipendia et tamen non accipio et uere habeo libertatem. Numquid enim non sum liber accipere. Utique liber sum accipere quia licet mihi quod et aliis apostolis. scilicet de euangelio uiuere. Hic et si sic inductum sit intendit tamen comprobare se apostolum quia occasione pseudoapostolorum de eo senserunt corinthii minus subdendo. Non sum apostolus. quasi uere sum liber quia sum apostolus et uere sum apostolus quia christum uidi per quo minus uideretur apostolus ideo est quod dicit sub interrogatione loquens ut iratus. Nonne iesum christum dominum nostrum uidi. in uia et in templo etiam solum in eo dum orarem. Nonne. quasi uere sum ego apostolus quia uos estis opus apostolatus mei. Id dicit sub interrogatione. Nonne opus meum estis uos o corinthii in domino. id est domino operante. uel in domino. id est ad gloriam domini. Id quia estis opus meum ideo si non sum apostolus aliis. id est iudeis quorum legem euacuabat. sed tamen uobis qui per me conuersi estis sum apostolus. quia uos estis opus meum perfectum. Id uere sum apostolus. Nam signaculum. id est forma apostolatus mei uos estis in domino. id est domino auctore ad similitudinem sigilli quia in uobis apparet quod ego sum apostolus dum ea habetis per me que et alii per alios apostolos. Id ideo per uos apud alios qui dubitant apostolum defendo.

Id hoc est quod ait. Mea defensio hec est uos scilicet apud alios qui de me interrogant utrum sim apostolus. Id quia sum apostolus. Numquid ego et mei non habemus potestatem manducandi et bibendi in uita. id est uiuendi de stipendiis uestris. quasi Utique habemus. Fecit multis enim dominus sed non iussit apostolis accipere necessaria a subditis ut quisquis uellet eo uteretur quod sibi liceret ex domini constitutione. Si quis uero uti nollet non contra iussum faceret sed de suo iure cederet. Potestas enim est non iussio domini accipere sumptus. Id numquid non habemus potestatem circumducendi nobiscum sororem mulierem que nobis ministret. sicut et ceteri apostoli et fratres domini qui maiores sunt. scilicet iacobus. iudas et reliqui et cephas. id est petrus qui princeps apostolorum est. Non hos reprehendo apostolos sed eorum more se probat licere. Mulieres enim desiderio

VIIII

doctrine divine et cupiditate virtutum sequebantur apostolos ministrantes ei
et sumptus et servitia. Sicut et salvatorem secuti sunt ministrantes ei de fa
cultatibus suis. Dominus enim noster evangelii ministrabat. Christus enim operarie
loculos habuit quibus mitterentur pecunia a fidelibus data ad necessaria
necessaria quos commendavit iude ut et fures si non possemus vitare
disceremus in ecclesia tolerare et mulieres ministraturas secum secuolu
it ostendens quid a plebibus deberet evangelista. Id est dominus et comitatum
suo mulieres ne videntur aliena a salute quod et ministrabant ei
sicut et apostoli. Aut ego. etc. Ceteri apostoli hanc potestatem domino constituente
habuerunt. Aut. id est an ego solus et barnabas non habemus. Et nos utique potestatem
hoc operandi. quasi habeamus potestatem hoc operandi et accipiendi sub honestius
loquens. Vel secundum aliam litteram non habemus potestatem. etc. habemus utique potestatem
non operandi manibus nostris. id est cessandi a labore manuum. et ne quia
abstinet ceteros apostolos reprehendisse videatur addit. Quis militat. etc.
Probat hoc per similitudines humanas id hoc est et aliis et supponit
auctoritatem legis ipsius domini tamen. etc. Recte utique sicut nos sicut
illi hanc potestatem habemus. Quis enim militat suis stipendiis umquam.
Et quis plantat vineam et de fructu eius non edit. Et quis pascit
gregem et de lacte. non manducat utique nullus. Lac gregis dicit quod quisque a plebe pre
positus dat. Nusquam satis indicat apostolus non esse aliquid usurpare
ultra debitum ceteros apostolos suos sed sicut dominus constituit ex evangelio vive
re et panem gratuitum manducabant ab eis sumptum quibus gratuita
tuita gratia predicabant. Hec quasi secundum humanae consuetudinis
licentiam dicta sunt. sed numquid secundum hominem tamen hoc dico. id est humana
similitudine tantum hec probo. An non lex dicit hoc. id est lex moysi id probat
utique. Scriptum est enim in lege moysi non alligabis os bovi tri.
id est non prohibebis predicatorem vivere de evangelio et de predicatione.
sed ne hoc videatur ad litteram esse dictum subdit. Numquid de bubus
cura est deo. quasi de eis in lege precipiat. Non probabiliter. hoc dicit quia propter nos
tamen dicit quod ita ait. An propter nos utique hoc dicit. etc. Dicit utique. Nam
etc. etc. Vel hoc propter nos dicit quia et hec et alia eo spectantia propter nos
scripta sunt ut hoc ipsum intelligeremus quoniam qui arat. id est predicator
qui corda aperit ad fidem debet arare in spe stipendiorum temporalium
lium non propter hanc spem. Non enim hoc debet esse intentio sua
et finis in ministerio suo. Et qui triturat. id est bonos a malis
qui grana a paleis discernit in eorum qualitate debet sibi hoc
facere in spe percipiendi fructus id est stipendiorum. Si nos vobis.
Postquam probavit per similitudines. item probat per rationes quod licet
eis accipere. etc. Vere potestatem accipiendi habemus quia si nos se
minavimus vobis spiritualia. id est ea que spiritum vestrum vivificant
et que a spiritu sancto data sunt. id est verbum dei et ministerium regni celorum
magnum si nos ea ad sustentationem vestram carnalia. id est hec temporalia
alia que vitae indigentie carnis indulta sunt. Si alii. Ex
minori et probat sibi licere sumptus ab eis accipere dicens.
Si alii id est pseudo sunt participes vestrae potestatis et tamen potentes utuntur vestris ut ipsi. quare non potius nos apostoli qui cum salutis vestrae laboravimus. Sed non etc.

manducandi et bibendi potestatem.
Numquid non habemus
sororem mulierem circum
ducendi sicut et ceteri apostoli
et fratres domini et cephas. Aut solus
ego et barnabas non habe
mus potestatem hoc oper
andi. Quis militat suis
stipendiis umquam. Quis
plantat vineam et fructum
eius non edit. Quis pas
cit gregem et de lacte gre
gis non manducat. Nu
quid secundum hominem haec
dico. An et lex haec non dicit.
Scriptum est enim in le
ge moysi. Non alligabis
os bovi trituranti. Num
quid de bobus cura est deo.
An propter nos utique haec dicit.
Nam propter nos scripta sunt.
Quoniam debet in spe qui arat
arare et qui triturat in

spe fructus percipiendi. Si nos uobis spiritualia seminauimus magnum est si nos uestra carnalia metamus. Si alii potestatis uestre participes sunt. quare non potius nos. Sed non usi sumus hac potestate. sed omnia sustinemus ne offendiculum demus euangelio christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur que de sacrario sunt edunt. Et qui altario deseruiunt. cum altari participantur. Ita et dominus ordinauit his qui annuntiant euangelium de euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum. Non scripsi autem hec ut ita in me fiant. Bonum est enim michi magis mori quam ut gloriam meam quis euacuet.

Ecce manifestum est quod licet nobis accipere. Sed tamen non sumus usi hac potestate.
quia forsitan eum non egere dicerent contra hoc subdit apostolus. Sed omnia sustinemus ne quod
offendiculum demus euangelio christi. quia si acciperet apostolus, tam pseudo libentius ac-
ciperent et sic in predicatione durarent. ita impedimentum fieret euangelio.
Vel ergo regula ex tanta usus maneret licita quasi illicita fecit. Vel ideo hoc dicit
quia forsitan ibi auari erant ut ideo apostolum odirent si aliquid ab eis acciperet.
Vel ideo hoc dicit quia si acciperet ab eis putarent se emisse licentiam peccandi
ita libertatem arguendi apostolus minueret. Nescitis. etc. Redit nota
rursus ad illud quod inceperat id est atque id commendans. Vel pluribus modis
ostendens quos sibi licet accipere et tamen non facit. Naturalis id est ratio hoc habet
ut qui sibi uiuat tamen ut laboret. Nec igitur improbat se potestatem habere
accipiendi per similitudinem sacerdotum gentilium iudeorum autem
naturalis ratio constituit ut nec leue faciat nec ociosum quod tanti
testimoniis commendat. etc. Vel licet mihi accipere quod probat patet
quoniam qui in sacrario. id est in templo operantur ut artifices. que de sacri-
ficio sunt edunt. Qui altario deseruiunt. id est sacerdotes. cum altari
participantur. quia partem habent de hiis que offeruntur in altari. etc.
Nescitis hoc. Vel illud de gentilibus sacerdotibus dicit. scilicet qui in sacrario
et tibi deuidis. scilicet qui altari deseruiunt. Per sacrarium enim intelligit templum gentium.
per altare iudeorum quorum utrorumque ministri eorum que offeruntur partem
sumunt. et sic hic fit. Ita et dominus christus ordinauit. id est rationabiliter dis-
posuit de predicatoribus. Ordinauit enim his qui annuntiant euangelium.
id est predicatoribus quid disposuit. scilicet uiuere de euangelio. Hoc rationabiliter
fecit ut expeditiores sint ad predicandum uerbum dei qua licentiam dominus
dedit eis quando misit eos ad predicandum dicens. Ecce ego mitto uos etc.
Et paulo post. In quamcumque domo intraueritis in eadem d. m. edentes et b. q. a. i. s.
Dignus est enim o. m. s. Ego autem. etc. Tot modis constat licere. ego autem
nullo horum. id est auctoritate et exemplo usus sum in accipiendo. Et ne
forte quisquam arbitraretur ideo eum non accepisse quia illi non dedissent
et de sua potestate hac de causa totiens dixisse ut deinceps daretur subdit.
Non scripsi. etc. Non sum usus sed nec uti uolo. non scripsi autem hec
scilicet quod liceat accipere ut ita hec in me fiant. id est ut ego accipiam. Bo-
num est enim. etc. Vel non ideo scripsi ut accipiam quia si sumerem perderem gloriam.
et bonum est michi magis mori. id est malo ego magis mori uel uolo magis mori
id est affligi quam ut quis euacuet gloriam meam. quod esset si acciperem oportune et im-
portune. id est si euangelizarem ut ab eo acciperem. Gloriam suam dicit quam
habet apud deum infirmis compaciens. Quisquis enim eo quod sibi debetur
uti non uult. amplius impendit ecclesie. Maximam igitur gloriam habet apostolus apud
deum non exigendo stipendium debitum ab infirmis sed de suis labo-
ribus transigendo cotidianum uictum. Hoc est quod stabulario ad quem uul-
neratus ille qui incidit in latrones perductus est dominus ait. Si quid amplius
erogaueris in redeundo reddam tibi. Amplius erogabat apostolus qui suis
stipendiis militabat. Vel gloriam suam dicit quam habet apud deum de hoc
quod pseudo repellebat a predicatione non accipiendo quia non nisi propter pa-
libus predicabant. Ideo enim abstinet apostolus a sumptibus ne sit for-
ma accipiendi pseudoapostolis rapacibus. Nam si. etc. quereret aliquis an euacuaret gloriam si euangelizaret [illegible] in ita hec

fieret. Resp. utique. quia non ex dilectione predicare. et ita non esset gloria michi. Nam si evangelizavero tantum. ita quod non pro dilectione dei et proximi illud faciam, sed ex libera voluntate, non est michi gloria apud deum. vel de hoc solo non est michi gloria quod necesse est hoc pro iniunctione quod ita ait. Necessitas enim preceptum michi incumbit. nec audeo omittere quia ve erit. Unde subdit. Ve enim michi est si non evangelizavero. sicut iniunctum est michi. Si autem. quasi diceret. Si necessitate facio non est michi gloria. sed si volens hoc ago. id est voluntas adiungitur necessitati vel ex dilectione predicem habeo mercedem eternam. Si autem invitus ago dispensatio tamen michi credita est. quia si mercedem non habeo aliis tamen dispenso ex officio. Manifestum est etiam quod nemo accipit remuneratione apud deum eius rei quam invitus facit. Si autem voluntarius facit dignus est mercede quod consentit deo. et quod voluntate fit melius fit. Qui autem devotus aliquid facit non voluntate sed necessitate facit quia facit invitus quod sibi preceptum est. Ut ita ab illo loco. Nam si evangelizavero ubi dicit gloriam evacuari suam. si per sumptibus quibus sustentetur predicaret. utique videtur si non abstineret ubi expediret. quasi diceret. Ve evacuabit gloriam mea. Nam si evangelizavero ut ita hoc fiat tunc. id est si ideo evangelizavero vel ad illa pervenia et sine evangelio in cibo et potu et vestitu collocavero non est michi gloria apud deum. Quare non est gloria si ita evangelizo. quia tunc esset pro necessitate id est quia necessitas sustentande huius vite michi incumbit vel ve. Ve enim. id est penuria michi est sicut pseudo si non evangelizavero. quasi diceret michi. lo meo si non evangelizabo quia fame cruciabor. et unde vivam non habeo. Hec ergo est ne cessitas que michi incumbit ut evangelizare quia unde vivam non habeo. Ut non acquiram temporalem fructum de predicatione eternorum. Si enim necessitas est in evangelizando non voluntas. Si autem volens. id est sine necessitate huius vite. hoc ago mercedem habeo sempiternam. Si autem invitus hoc ago ut qui necessitate cogatur dispensatio michi credita est. id est aliis provideo non michi et est sensus. Si coactus inopia earum rerum que temporali vite sunt necessarie predico evangelium, alii per me habebunt mercedem. Ego autem non quia non ipsum evangelium diligo sed eius precium in illis temporalibus constitui quod nefas est. sed non ita quasi filius ministret quisque evangelium sed tamquam servus cui dispensatio credita est ut tamquam alienum erogans nichil inde ipse capiat nisi cibaria. Alibi tamen et se dispensatorem dicit apostolus. Potest enim et servus in filiorum numero adoptatus eandem rem in qua coheredi sortem meruit fideliter dispensare participibus suis. Hec autem dispensatio talis intelligitur. ut qui servus alienum dispenset unde ipse nil capiet preter cibaria. Alibi vero ut dictum est dispensator dicitur qui ut filius ministrat evangelium coheredibus suis ergo simplici corde debemus operari bonum. Non ergo debemus ideo evangelizare ut manducemus sed ideo manducare ut evangelizemus ut cibus non sit bonum quod appetitur sed necessarium quod adicitur ut illud impleatur. Querite primum regnum dei et cetera et hec omnia adicientur vobis. Non dicit primum querite regnum dei et iusticiam eius et deinde querite ista quamvis sint necessaria sed autem hec omnia adicientur vobis. id est hec consequentur si illa queratis ne cum ista queritis illico aut ut hoc tantum aut ne duos fines constituatis ut et regnum propter se appetatis et ista necessaria propter illud. Et propter regnum dei tantum debemus operari omnia non solam et cum regno dei mercedem temporalem meditari.

Que est ergo. quasi diceret. Quia ex voluntate est merces ergo videamus quomodo quod dicit sic interrogatione ita. Que est ergo merces mea. id est quid faciendo et quomodo mercedem habebo respondet ita. Sic habeo mercedem scilicet tanti regni habeo caritatem ut predicans evangelium gratis et sine sumptu ponam. id est stabiliam illud evangelium ut non abutar potestate mea in evangelio predicando. quod esset si acciperet quod peteret non libere argueret. vel infirmis operaretur et cetera. Mercedem habeo si ex dilectione ita facio ut potius paciar penuriam quam abutar potestate quod utique facerem si sumptuosum credentibus evangelium et importune exigendo et indiscrete accipiendo monstrarem. Unde forte hoc contingeret quod putarent ad hoc sibi evangelizari ut evangelium venderet per quod in vigore evangelice autoritatis et arguendi libertas torpesceret. humane infirmitati ut compatiar per quod et multa alia feci.

Nam cum liber essem. quasi diceret. Et hoc utique quod dixi faciam nam et maius feci sed cum liber esse ex omnibus. id est

Nam si evangelizavero non est michi gloria. Necessitas enim michi incumbit. Ve enim michi est si non evangelizavero. Si enim volens hoc ago mercedem habeo. Si autem invitus dispensatio michi credita est. Que est ergo merces mea. ut evangelium predicans sine sumptu ponam evangelium ut non abutar potestate mea in evangelio.

vnd Segr

Nam cum liber essem ex omnibus omnium me servum feci ut plures lucrifacerem. Et factus sum iudeis tamquam iudeus ut iudeos lucrifacerem. his qui sub lege sunt quasi sub lege essem cum ipse non essem sub lege. ut eos qui sub lege erant lucrifacerem. his qui sine lege erant tamquam sine lege essem cum sine lege dei non essem sed in lege essem xpi ut lucrifacere eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus ut infirmos lucrifacere.

nullius iuris obnoxius feci me servum omnium id est commodis omnium servire. Servum omnium se factum dicit dum se per humilitatem similem omnium imbecillium exhibuit ut eos per pacientiam firmaret ad salutem futuram confovens animos illorum. Et hoc feci ut plures lucrifacerem id est lucrum predicationis mee facerem. Et in me modificavi omnibus quod ita ait. Factus sum iudeis tamquam iudeus in cibis accipiendis vel non accipiendis, in hiusmodi, ut in thimotheo quem circumcidit, quod quidem simulasse videtur quod solent adulatores facere. Vir enim divinus et medicus spiritualis sciens omnium causas et vulnera magna indulta confovet illos et compatitur. Factus est ergo iudeis tamquam iudeus quia propter scandalum illorum circumcidit thimotheum et purificatus ascendit in templum ne occasio esset per eum accipere blasfemandi. Et hoc ideo ut iudeos lucrifacerem vel lucrarer xpo. Et his qui sub lege sunt scilicet samaritanis qui quinque libros moysi tantum recipiunt quibus non coutuntur iudei factus sum quasi essem sub lege. dum non negat legem esse a deo sed ex ea docet xpm sicut mulier samaritana per legem docta dixit. Scio quia messias venit. cum tamen ego non essem sub lege servitute id est circumcisio. ita factus sum: ut lucrifacere eos qui sub lege erant. Qui sub lege erant samaritani intelliguntur. Sunt autem ex origine persarum et assiriorum quos sennacherib rex assiriorum sublatis filiis israel posuit ad incolenda loca samarie. Et factus sum his qui sine lege est id est gentibus tamquam sine lege essem dum eis assentit per phisicas rationes mundum esse factum a deo et quod in eo sunt et animam esse immortalem et ab ipso nos originem habere et huiusmodi cum tamen non essem sine lege dei sed essem in lege xpi. non iudaica. Ideo ita factus sum ut lucrifacerem eos qui sine lege erant id est gentiles. Et factus sum infirmis infirmus in fide infirmis abstinendo a licitis. quare ut lucrifacerem infirmos. Quid per singula? Omnibus omnia factus sum. quasi omnium sectarum esse. Prudens enim et spiritualis apostolus omnibus cessit per potum tamen vere religionis non excessit quia ut cessit ad hoc cessit ut proficeret. Unde subdit. Ut omnes salvos facerem. Attende quod in his ubi dicit factus sum iudeis tamquam iudeus dissentire videntur ieronimus et augustinus. Vult enim ieronimus quod non iudeus vere fuerit et legalia non vere servavit sed dispensatione simulavit. Solebant enim illa legalia post xpm sine peccato posse servari. Augustinus vero ait quod nullo modo se iudeum vel illa legalia servare simulavit sed vere iudeus fuit et vere non tamen spem ponens in illa legalia servavit que dicebat post xpm sine peccato non posse servari. Ieronimus enim rexit factus sum iudeis tamquam iudeus dicit tamquam quia non vere iudeus erat sicut non vere gentilis quibus et ab eis idolothitis assentiat nec tamen in cultu ydolorum quia in xpo ihesu nec circumcisio aliquid nec preputium. Dispensatione itaque simulabat se iudeum. Sed augustinus dicit hoc factum compassione misericordie non simulatione ut qui ministrat egroto fit quasi eger non cum se febribus habere mentitur sed cum animo condolentis cogitat quomodo serviri sibi vellet si egrotaret. Ait enim augustinus ita factus sum iudeis tamquam iudeus. Quod non simulandi versutia dixit sed compatiendi misericordia. vel non ita hoc dixit ut se fingeret iudeum sicut quidam putant. Libere enim illa fecit sicut ait. Circumcisus aliquis vocatus est non adducat preputium. id est non sic vivat quasi preputium adduxerit. Et alibi ait. Circumcisio nichil est et preputium nichil est. Secundum hanc sententiam suam quod non fecit illa intelligentibus et parum attendentibus finxisse putatus est. Iudeus enim erat et circumcisus vocatus noluit adducere preputium. id est noluit ita vivere ac si circumcisus non esset. Hoc enim iam in potestate habebat et sub lege quasi servilis non erat. Vere ergo non ficte ut iudeus quod erat sicut nec fallaciter gentilem se finxit sed licite omnibus cibis quos et dampnant iudei. Permisit uti eum omnis creatura dei non simulate sed vere bona erat. Sicut ergo hos ritus gentilium vere sic et iudeorum sacramenta non fallaciter suscepit ut illis simplex et sibi esset duplex aliud habens in corde aliud in ostensione. Cum enim mater quesissem in epistola quomodo putarem ideo factus sum iudeis tamquam iudeus quia fallaciter suscepi sacramenta iudeorum cum gentibus factus sit tamquam gentilis non tamen suscepit fallaciter ritum gentium. tu respondisti. Et eo factum

gentibus tamquam gentilem quod indifferenter permisit, vel eciam ubi omnibus in quibus dampnant iudei. Quero ergo utrum ista simulate fecit. Quod si absurdum atque falsissimum est, ergo illa in quibus iudeorum consuetudini congruebat libertate prudentie non necessitate servili et dispensatione fallacia gerebat. Cur enim oleastro inserto veritatem servavit in naturalibus, ramum nescio quod dispensatorium simulationis velamine obtinuit. Ita et cum dicitur quis infirmatur et cetera non infirmitatem alterius simulavit sed doluit. Itaque quod factus est infirmus infirmus non erat mendacium sed ut etiam ubi dixit sic et cetera in superius ubi dixit et sumptus debitos in manibus abstinuit, ne videretur evangelii venditor, ne ubi dixi cursum apostoli impetuosum in malam suspitionem decidens impediret, noluit accipere quod ei iure dominico debebatur, non ideo quia noluit utique mentitus est. Non enim dixit non sunt debita ostendit et debito servitium non esse, non omnino uti velle professus est, eo ipso factus est infirmus infirmis. Non est ergo fallax et in suppellis simulatoris sed omnibus congruit eius misericors compassio. Portatque infirmitatem eorum in compassionis similitudine non fallens mendacium fictionis. Ita eis et iudeo et pagano subveniendo sicut ipse sibi si illis esset subveniri voluisset, qui infirmitatem eorum ipse haberet. Sicut qui enim egrotus est qui ministrat egroto non cum febres se habere mentitur sed cum animo condolentis cogitat quomodo sibi vellet serviri si egrotaret. Sed iudeis dixit tamquam iudeum et gentilibus tamquam gentilem. Non ideo quod misericorditer illa simulavit sed quia sic ea non simulavit que fecit similia iudeis sicut nec ea que fecit similia gentibus. Et sic omnibus omnia factus est, non mentientis astu sed compacientis affectu, in non omnia mala eorum fallaciter agendo sed omnium malis tamquam sua essent misericorditer medicando aliis agens que sibi fieri vellet si opus esset. Cogitat enim et ipse homo se esse potuisse in eis viciis in quibus sunt alii. Unde alibi ait: Considerans teipsum ne et tu t.

Omnibus omnia factus sum ut omnes facerem salvos. Omnia autem facio propter evangelium ut particeps eius efficiar.

Omnia. Ecce quare omnibus se contemperet. Quasi Omnibus omnia factus sum et cetera. Hec autem omnia facio propter evangelium ut currat sine impedimento ut efficiar particeps promissionum, id est vite et beatitudinis eterne. Nescitis quod hii qui in stadio et cetera. Agonistarum similitudine ostendit faciendum quod dixit, id est abstinendum ab his que concessa sunt. Quasi Pro evangelio omnia predicta facio recte utique quia nisi omnia fecero et ab omnibus que concessa sunt abstinuero, non habebo premium sicut per similitudinem apparet. Nescitis, id est quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt, id est in labore equales pares sunt, sed unus accipit bravium. Bravium est premium cursus sicut et vos. Sic currite per opera caritatis perseverantes usque in finem ut comprehendatis bravium eterne vocationis. Vel ita Nescitis et cetera. Ostendit hoc exemplo quanta sit utilitas legis nostre in qua non unus sed omnibus promissa est palma quod non est in illo stadio, in illo spectaculo. Ibi enim unus accipit bravium, ceteri victi discedunt qui simul laboraverunt. Hic autem non est sic. Quotquot enim currunt si perseverant currentes accipiunt et qui prior venit expectat ut coronetur cum posteriori. Agonem quippe istum non cupiditas sed caritas facit. Omnes currentes amant se et ipse amor cursus est. Quasi ideo sic instate omnibus quia omnes possunt habere coronam quod non in agone mundiali. Nescitis enim quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed tamen unus, hoc est non omnes, accipit bravium. Vos autem omnes sic currite ut comprehendatis. Vel ita Nescitis. Quasi ideo sic omnibus instate quia et si multi vocati tamen pauci sunt electi. Ideoque instate ut ex multis pauci salventur. Sicut apparet in hoc simili. Nescitis enim quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus. Quasi Raro non omnis accipit bravium. Et quia non omnis currens accipit, ideo sic, id est tam perfecte currite ut comprehendatis.

Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus accipit bravium. Sic currite ut comprehendatis.

Et nota quod convenit hec sententia cum prima in parte. Omnis autem vel enim. Quasi Vere sic est intendendum quod in minori hoc apparet ubi unus accipit. Enim, id est quia Omnis qui contendit in agone et cetera. Vel ita iungitur. Ita facite ut dixi, hoc autem debere fieri in minori apparet quia omnis qui contendit in agone ab omnibus se abstinet que premium agonis impediunt. Ita et vos ab offendiculo debetis abstinere. Attende quod de rebus non laudandis trahuntur multe similitudines ut in evangelio de iniquo iudice qui viduam nolebat audire. Et de illo pigro qui non propter amiciciam sed tedio victus panes commodat petenti. Et in psalmo datur similitudo de marso qui incantat ut educat aspidem de tenebrosa caverna. Ita et hic non commendatur agonista ludicra, tamen inde similitudo trahitur. Sequitur. Et illi. Quasi Vere debemus abstinere ab offendiculis cum illi abstineant

Omnis enim qui in agone contendit ab omnibus se abstinet.

Et illi quidem ut
corruptibilem coro
nam accipiant nos
autem incorruptam.
Ego igitur sic curro non
quasi in incertum.
Sic pugno non
quasi aerem uer
berans sed castigo
corpus meum et in
seruitutem redi
go ne forte cum a
liis predicauerim ipse
reprobus efficiar.
Nolo enim uos
ignorare fratres quoniam
patres nostri omnes
sub nube fuerunt
et omnes mare tr
ansierunt et om
nes in moyse bap
tizati sunt in
nube et in mari.

a contrario quia res maior est hic. id est quia illi quidem abstinent ut corruptibilem coronam [accipiant]
nos autem abstinere debemus ut accipiamus coronam incorruptibilem. Nobis enim non terre-
nis et marcessentibus floribus sed eternis conserta gemmis in modum regalis diadematis
spiritualis corona seruatur. Et quia talis corona seruatur. ergo ego sic id est tam legitime
operando curro non quasi in incertum ut sim incertus de premio. In incertum currit qui ita
facit ut ex quibusdam sperare ex aliis possit desperare. hoc autem se non fecisse dicit apostolus in
quo ponit se aliis exemplum. Sic pugno contra hostes non quasi aerem uerberans id est non
uerbis sed rebus contendo vel non inaniter pugno ut qui preter hostem ferit aerem. Sed castigo corpus meum
id est reprimo illicitos motus corporis in seruitutem rationis redigo. illud cum alio tendit.
Seruituti enim subicitur dum non suam sed superioris perficit uoluntatem. Ideo ita facio ne forte cum
aliis predicauerim ipse reprobus efficiar id est a deo reprobatus. Suo enim timore nos terruit
apostolus. Quid enim agnus faciet ubi aries tremit. Nos ergo terret suo exemplo dicens se
timere quod posset contingere tunc aliis magis cauendum est ne offendendo fiant reprobi.
Sequitur. Nolo enim uos ignorare. In precedentibus abstinere alicatis in ductione
similium in exemplo sui docuit. hic exemplo iudeorum qui negligentia sua of-
fenderunt nos sollicitos facit ostendens antiquos per sacramentorum ueterum
communicationem penam non euasisse. et Volenti comprehendere sic est agendum
ut dixi. Non enim baptismus vel sacramenta sufficiunt ut quidam putant sicut non
iudeis beneficia dei ualuerunt cum postea peccarent. Nolo enim uos ignorare fratres quoniam patres nostri.
institutores nostre fidei omnes tam boni quam mali. fuerunt sub nube. protegente
eos ab estu et contra egyptios ne uiderentur ab eis. Vel sub nube fuerunt. quia in figura
nostri contingebant illis omnia et omnes transierunt mersis hostibus mare rubrum et in moyse id est
in ducatu moysi omnes baptizati sunt in nube et in mari. id est purgati per ista signa
illa quia a peccato et a morte imminente liberati sunt et ab ignorantia dei que premebat
tunc omnes gentes mundati preparati sunt ad accipiendam legem et omnes eundem
potum spiritalem biberunt. scilicet aquam de petra. Manna et aqua que fluxit de petra dicitur spiritualis
quia non nature non mundi lege sed dei uirtute parata sunt sine elementorum commixtione habita in
se figuram futuri misterii quod nos sumimus in memoria christi. Vel quia panis angelorum
dictus est quia uirtute qua angeli subsistunt creatus est. Vel significans quia decet uenturum erat qui
spiritualiter pasceret. Vnde manna prius dominico die uenit de celo ad satietatem populi
Ideo quia fuit vel recte escam et potum illorum dicit spiritualem id est spirituale aliquid significantem.
Sequitur. Bibebant autem de spirituali petra quia de uirtute ex ea fluebat aqua consequente
eos id est satisfaciente uoluntati eorum quia quocumque irent aque inundantes secute sunt eos. sic
christus in deserto huius mundi suos comitatur. Vel de petra consequente id est consecuta ueritatem
significante. de qua subdit. Petra autem erat christus in signo. Solet enim res que significat
nomine rei quam significat nominari. Erat ergo christus petra non per substantiam sed per significationem.
Vnde recte sequens dicta est petra quod intelligitur christus. Vbi enim deficiebat et
humanum suffragium. aderat christus. Non enim petra aquam dedit illis sed christus.
Vel patres nostri non illorum quia eis non similes sumus non illis superbi. et agit tantum
de hominibus patribus. omnes sub nube fuerunt. et omnes mare transierunt. hi non mutantur et omnes in moyse
baptizati sunt in nube et in mari. Baptizati dum in moyse in nube et in mari quia illa omnia gerebant
formam nostri sacramenti id est baptismi. Moyses enim christum nubes spiritum sanctum mare ru-
brum baptismum significant sanguine christi consecratum. Populus transiens significat fide-
les. mors egyptiorum significat ablutionem peccatorum. Illa ergo omnia nostri fuere fi-
gura illa tunc figuraliter gesta nunc in nostra salute complentur quia tunc futura

·X·

id est signum baptismi acceperunt: quod et nos credentibus idem ualuit. Ecce quod dixit quod dixerat mare transierunt. Hoc exponit cum ait. Omnes baptizati sunt in mari.

pronuntiabantur nec preterita leguntur in presentia cognoscuntur etc. Omnes in moyse id est in illo
duce baptizati sunt in nube et in mari. Significat figura maris tantum valuit, spes baptismi sicut quantum ua-
lebit. Si quod gestum est in figura traiectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Christus
in ueritate baptismi sui traiecto per eum populo. Per baptismum traiecit credentes occisis omnibus peccatis tamquam
hostibus. Quo trahit. Ad manna. Quidem manna. Panis uiuus qui de celo descendit. Sequitur. Et omnes
manducauerunt eandem escam spiritualem quam et nos. Cum dicit spiritualem ostendit illud spiritualiter intelligi in Christo. In hoc de
omnibus innuit scilicet quod spiritualiter debet intelligi cum unum exponit scilicet petra erat Christus quod aperte
certa fulserunt. Exponendo enim hoc unum in cetera introduxit intellectum. id est scilicet. Manducauerunt escam
utique corporalem et spiritualem sed spiritualem eandem quam et nos corporalem non alteram. id est manna quod significauit
Christum et idem credentibus effecit. Alii uero scilicet qui non crediderunt manducauerunt et mortui sunt eternaliter.
quod non moyses et alii boni. Quia cibum uisibilem spiritualem intellexerunt spiritualiter esurierunt
spiritualiter gustauerunt ut spiritualiter saciarentur. Et nos hodie accipimus uisibilem cibum
sed aliud est sacramentum aliud uirtus sacramenti. Sacramenta illa fuerunt sacramenta sunt et nostra
id est utique eiusdem rei. Manna enim Christum significauit. Hic panis significat altare dei. Christus enim panis
qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane non morietur in eternum. sed quod pertinet ad uirtutem
sacramenti non ad uisibile sacramentum qui manducat intus non foris qui manducat
corde non qui premit dente. Ideo apostolus uigilanter non simpliciter ait. Manducauerunt escam sed addit spiritualem
quia spiritualem eandem manducauerunt quam et nos. Nam corporalem alteram quia illi manna nos
aliud. Ita uigilanter ait. Patres nostri illorum. Per hoc tantum bonos significat quibus nos si-
miles sumus non illi fuerunt qui eandem escam spiritualem manducauerunt quam et nos et tamen
aliud illi aliud nos. scilicet specie uisibili quod tamen hoc idem significat aliud uirtute spirituali. Sequitur.
Et omnes biberunt potum utique corporalem et spiritualem sed spiritualem eundem quem et nos. Cor-
poralem non alterum id est aquam que fuit signum sanguinis Christi uidelicet credentibus effecit. Spiritualem ergo
dicit potum quem biberunt ipsi et nos bibimus quia idem illorum potus et noster significat. Ideo que id est potus
spiritualis et cibus noster et illorum quia id in misterio est cibus et potus illorum qui noster sed significatione id est non specie
quia idem Christus illis in petra est figuratus nobis in carne manifestatus et in altari sub specie pa-
nis significatus. In signis utique diuersis eadem est fides sed illi uenturum nos uenisse credimus. Ideo non ait
eundem potum biberunt sed addit spiritualem. Spiritualem enim eundem biberunt quem nos corporalem non e-
undem. Quid enim biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. spirituali scilicet que Christum significabat. et
fidelis fuit. Manent ergo in fide uidete signa uariata. Ibi et petra erat Christus. Nobis Christus quod
in altari dei ponitur est Christus. Si speciem uisibilem attendas aliud est si intelligibilem significationem eundem
potum spiritualem biberunt. Erant enim in illo populo in quibus spiritualiter intelligeret. habentes fidem que post erat reuelata est non ad
legis litteram sed ad gratiam spiritualem pertinentem. Ideo hi eundem potum biberunt de spirituali petra de qua. Petra autem
erat Christus. In signo. Percussa est petra de uirga bis. Geminata enim percussio duo ligna crucis significat.
De petra educta est aqua accedente gratia uirga quia ligno accedente ad petram Christum gratia spiritualis
manauit. Multum hic locutio notanda est ut aliqua significantia earum rerum quas significat nomine ap-
pellari. Sed non in pluribus etc. Ostendit temporalia beneficia iudeis collata tam bonis quam malis et
cum mali perierunt. Hi omnibus beneficiis ad litteram usi sunt uicti. sed non est beneplacitum deo in pluribus
eorum uidelicet scilicet in illis qui offenderunt dominum. Cum dicit non in pluribus ostendit quod aliqui erant ibi
in quibus beneplacitum est deo. et cum essent omnibus communia sacramenta non tamen omnibus communis
erat gratia que est uirtus sacramentorum, ita et nunc baptismus communis est omnibus baptizatis. sed
non uirtus baptismi id est ipsa gratia. Nam etc. Inde apparet quod in quibusdam eorum non est bene
placitum deo. Nam id est quia prostrati sunt in deserto. Ne autem putetis homines frustra esse
sub deo. Hec autem etc. Non dico dictata scripta sed facta in figura nostri. Non enim propter ipsos hec facta sunt sed propter nos scilicet correc-
tionem nostram. Ille enim pene figure fuerunt nostrarum penarum. Quanto ergo pene ille sunt quarum ille figure fuerunt. Sicut
in bonis multo melius est id quod per figuram significatur quam ipsa figura id est regnum celorum melius est quam terra promissionis ita et in malis

Nota quod idem effectus est in illis sed non tantum quantum in nostris sacramentis.

Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hec autem in figura facta sunt nostri.

ut non simus concu-
piscentes malorum sicut
et illi concupierunt.
Neque ydolatrę efficia-
mini sicut quidam eorum
quemadmodum scrip-
tum est. Sedit populus m-
anducare et bibere et
surrexerunt ludere.
Neque fornicemur sicut
quidam ex ipsis forni-
cati sunt et ceciderunt
una die viginti tria
milia. Neque temptemus
christum sicut quidam eorum
temptaverunt et a ser-
pentibus perierunt.
Neque murmuraveritis
sicut quidam eorum
murmuraverunt et
perierunt ab extermina-
tore. Hec autem omnia
in figura contingebant illis scripta sunt autem ad correctionem nostram.

longe peius est quod significatur quam figura significans. Nam gehenna
peior est quam tantilibet atrox pena temporalis. Omnes enim pene
minores gehenna sunt. Et ideo gehenna vigilantia maiore cavenda est. Hec autem
que in figura nostri facta sunt ista ut considerantes illorum supplicia non simus concupiscentes malorum
sicut et illi concupierunt. id est non ita peccemus sicut illi ne similiter puniamur. Neque effi-
ciamini ydolatrę. Per ydolothita. Illos enim tangit qui in ydolio epulabantur
putantes se immunes a crimine. ~~Notat ea que in corinthiis sunt.~~ Non
efficiamini dico sicut quidam ex ipsis fuerunt quemadmodum scriptum est in exodo
de illis. Sedit populus. id est quidam. Totum pro parte ponit. Sedit inquam
manducare ibi coram vitulo. ita vos in ydolio. Per commemorationem eorum
notat ea que in corinthiis sunt ostendens quam graviter punita sint in iudeis.
et surrexerunt ludere. id est ludos facere in veneratione vituli. Vel ludere id est
adorare quod est ludo puerorum simile. Facilis utique ad lusum pueritia est. Quid
autem lusui puerili tam simile est quam ydola adorare. Neque fornicemur
ut aliqui in vobis faciunt sicut quidam ex ipsis fornicati sunt cum madiani-
tis mulieribus et ideo ceciderunt una die xx tria milia. Neque temptemus
christum sicut faciunt illi qui desperant de resurrectione sicut quidam eorum temptaverunt
dicentes numquid poterit parare mensam in deserto. Notandum christum esse deum quem temptaverunt
iudei. et ideo a serpentibus perierunt donec serpens eneus erectus est quem qui
intuebantur a morsibus serpentium sanabantur. Neque murmuraveritis
ut contra me facitis vel qui minora dona spiritus habent contra deum sicut quidam eorum
murmuraverunt contra moysen. unde perierunt ab exterminatore. angelo qui
extra terminos promissę terrę eos percussit. Hec autem omnia. et propter sua
peccata hec eis contigerunt tamen maxime propter hoc scilicet ut figuraretur quod pro similibus
puniremus. Et hoc est quod ait. Hec autem omnia contingebant illis in figura nostri. scripta sunt autem ad correctionem nostram.
Per hec enim exempla ad correctionem vitę provocamur. Ut autem premium habeamus si obe-
dientes fuerimus. aut perpendamus penam si inobedientes inveniamur. Ad hoc enim
relatę sunt penę peccantium ut corrigamur. aliter erit maior pena. Ecce
hic aperit cur ille littere vetus accipiuntur ab eis nobis cur illa rursum signa iam non sit
necesse observari a nobis. Dum enim dicit scripta sunt ad correctionem nostram demonstrat
quam ita nobiscum legenda et intelligenda sunt. Cum vero dixit in figura
ostendit tamen non esse opus ut figurarum prenuntiantium celebrationem ser-
vamus cum res ipsa manifesta sit ad correctionem nostram dico. in quos scilicet nos
fines seculorum devenerunt. id est sexta etas que a ultima seculi etatum sumus. id est tot exemplis
priorum magis corrigi debemus. Vel fines seculorum in nos. id est scelaritas et carnalitas
scilicet amor rerum temporalium in nobis finitur per christum et ideo turpius est si peccemus.
Itaque et cetera. Et quia illi in suis beneficiis usi perierunt. Itaque eorum consideratione
qui se existimat stare per opera bona videat ne cadat a se. Adeo enim stat
quod stat a se cadit quod cadit. Ideo ait videat ne cadat peccando vel pecca-
re faciendo alios. ut illi qui presumentes de scientia cum scandalo fratrum
edebant idolothita. et de doctrina pseudoapostolorum gloriantes iudicabant apostolum
cum ipsi essent rei. Superbiam quoque amputat ne peccam temptetur sicut iudei
temptati sunt et perierunt quia sicut illi moysi detrahentes deum temptaverunt
ita hi vero de-
trahentes
apostolo deum temptant. dico ne cadat non quod penitus aliquis sine casu sit temptatio id est peccati delectatio non apprehendat vos

[N]on ducat rationem et consensum uestro nulla sit in uobis temptatio nisi humana. id est nisi de his sine quibus ista uita non agitur. Vel non apprehendat uos temptatio nisi humana. Hortatur ut humana temptatio illos apprehendat non alia. Humana enim temptatio est ut in necessitate uel pressura diffidat homo de deo. auxilium humanum requirendo. Apostolus, secundum Augustinum, parti humana temptatio est. per quam perficitur apud deum. Vel humana temptatio est aliter sape quam res se habeat cum bono animo aut mussitando sententiam suam et inuidendo melioribus usque ad perdendae communionis et condendi scismatis uel heresis sacrilegium peruenire diabolica presumptio est. in nullo autem aliter sape quam res se habet angelica perfectio est. Humana ergo temptatio est cum bono quis animo ex humana tamen fragilitate in aliquo labitur consilio uel cum irritatur in fratrem studio corrigendi. plus tamen quam christiana tranquillitas postulat. Et quia homines sumus, sed spe angeli sumus quibus in resurrectione equabimur. Si non est in nobis perfectio angeli. non sit presumptio diaboli. Ideo ait. Temptatio uos non apprehendat. id est si fiat. quam permittit deus per sathanam. uel ad probandos et excercendos bonos. uel puniendos malos. Non apprehendat dico nisi humana. Fidelis autem deus est. Ergo uos ad hoc hortor, sed deus est fidelis, in promissionibus. uel uerus. uel qui sic se protectorem suorum electorum fore promisit qui non patietur uos pressos tribulationes temptari super id quod potestis. ferre et ne cadere non sinit uel a casu erigit sed faciet cum temptatione et proventum. id est uirtutis augmentum. Qui enim dat temptanti diabolo licentiam impedat temptantis maliciam ita faciet prouentum ut possitis sustinere. perseuerantes ne deficiatis in lucta, sed uincatis. Quod non fit per humilitatem. humilitas enim custos est omni temptatione ut illi perit in fornace quod non habent uentum superbie. Propter quod karissimi. Quia sola sacramenta non saluant et qui cadit punitur et qui auxilium dei non deest. Propter quod karissimi fugite ab ydolorum cultura. id est abstinete ab omni societate ydolatrie, ne per hoc nascatur in deum contemptio. Nemo ergo sit assiduus in ydolo uel spe de eo. De eo enim sperare est de deo dubitare. Sicut Saul relicto deo qui ei fuerat pro delicto iratus ad ydolatriam redut sperans aliquid de ea cum nunquam senti obstitit in futurum gehennam ultimo grauauit. Ideo apostolus istos hortatur fugere ab ydolatrie superstitione. Vel ne comedant sapientes ydolothita cum offendiculo infirmorum quibus ydolatre uiderentur. Vel ne ipsi infirmi ydolatre sint edendo sub ydoli ueneratione et putando ydolum aliquid esse. et ut fugiatis loquor uobis ut prudentibus. id est loquor uobis altum quid quasi prudentibus uos. uos ipsi iudicate quod dico an uera et bona sint quod per similitudinem et exemplum noui sacramenti ostendit ut facilius suadeat quia cum uerba non satis faciunt solent exempla suadere. Dicit itaque: Calix benedictionis cui benedicimus et cetera. Ideo fugiendum est a cultura ydolorum quia comedens ydolothita unus fit cum ydolothitum unum est cum demone. Sicut per corpus Christi digne et spiritualiter sumptum unum est cum ipso Christo quia calix. id est potus sanguinis Christi. benedictionis. id est per quem benedicuntur participantes cui nos benedicimus. id est quem nos fideles exaltamus edendo et gratias agendo. uel calix benedictionis cui benedicimus. id est potus calicis qui non solum a Christo in cena est benedictus, sed cui et nos sacerdotes cotidie benedicimus. Nonne ~~participatio~~ communicatio corporis sanguinis Christi est. id est nonne facit nos habere quandam communionem cum uita Christi. Est utique facit. Et panis quem frangimus in sacramento. id est participatio fracti panis in altari nonne participatio corporis domini est. id est nonne facit nos esse unum cum ipso. Est facit utique. Non enim quando Christus manducatur uita manducantur. Sed quis audeat manducare dominum suum. Quod cum inuitat

communicatio sanguinis Christi est. Et panis quem frangimus.

nos ad manducandum ait. Qui manducat me ipse uiuet propter me. Nec occiditur Christus ut manducetur. sed mortuos

in quos fines seclorum
deuenerunt. Itaque
qui se existimat
stare uideat ne
cadat. Temptatio
uos non apprehen-
dat nisi human(a).
Fidelis autem deus
qui non pacietur
uos temptari super
id quod potestis
sed faciet cum temp-
tatione et prouen-
tum ut possitis
sustinere. Propter
quod karissimi fugite
ab ydolorum cultura.
Ut prudentibus
loquor uos iudica-
te quod dico. Calicem
benedictionis cui
benedicimus nonne

nonne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis unum corpus multi sumus omnes qui de uno pane et de uno calice participamus.

vivificat quem manducant. Reficit non deficit: vivit manducatus quia surrexit occisus, nec quando manducamus partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, et noverunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam. Unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur et manet integer totus. Per partes manducatur in sacramento et manet integer totus; totus in celo manet, integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem quando venit in virginem, implevit illam nec recessit ab illo. Veniebat in carnem ut homines manducarent, et manebat apud patrem integer ut angelos pasceret. Secundum. **Quoniam unus panis.** Exponit quomodo calix benedictionis et panis fiat accipienti caro et sanguis Christi, quasi dicat: Per hec sumus unum in Christo. Quoniam omnes qui participamus spiritualiter et digne de uno pane scilicet corpore domini et de uno calice scilicet sanguine eius, licet multi simus, tamen sumus unus panis unione fidei spei et caritatis, et unum corpus illius capitis quod est Christus sumus per subministrationem operum caritatis, id est unum omnes sumus una ecclesia, id est uniti vinculo fidei spei et caritatis et mutua operum exhibitione. Per unitatem enim panis et unitatem corporis fidem et caritatem oportet intelligi, que si desit, iudicium sibi sumit qui sumit. Et quia unum sumus, unum sentire debemus, dicere, ut fidem unam, unum sensum habeat totum corpus. Accipite autem unus panis et unum corpus ecclesia Christi dicitur pro eo quod sicut unus panis ex multis granis et unum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Hoc misterium pacis et unitatis nostre Christus in sua mensa consecravit. Qui autem accipit misterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non misterium accipit pro se, sed contra se. Nulli quoque ambigendum est tunc quemque corporis sanguinisque dominici participem fieri, quando membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam illum panem edat et calicem bibat de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Quia illius sacramenti beneficio non privatur, quando ille hoc quod illud sacramentum significat esse invenitur. In illo sacramento corpus et sanguinem suum commendavit, quod etiam fecit et nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus.

Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo dico? quod ydolis immolatum sit aliquid, aut quod ydolum sit aliquid? Sed que immolant gentes demoniis immolant et non deo.

Videte Israel. Similitudo inducitur hic ad intelligendum quod supra dictum est, quasi dicat: Qui de uno pane et calice participant fiunt participes corporis domini, quod per hanc similitudinem apparet. **Videte enim Israel secundum carnem**, id est Israel carnalem et carnalia legis precepta servantem et in sacrificiorum umbris servientem. Ideo ait secundum carnem, quia vos estis Israel secundum spiritum. Videte dico. **Nonne enim qui edunt hostias** illas legis, scilicet carnalis Israel, **participes sunt altaris?** Sunt utique. Sic qui edunt carnem Christi et sanguinem eius bibunt participes fiunt eius. Vel ita per legem, ut Israel sit vocativus casus, quasi dicat: Ita est de nobis sumentibus panem et calicem. Ideo vos qui estis **Israel**, id est homines videntes deum, **videte**, id est discernite qualiter se habeant illa que **secundum carnem**, id est carnalia, scilicet ydolatria. Sicut enim nos de uno pane et uno calice participantes sumus consortes corporis Christi, sic qui edunt hostias ydolis oblatas sunt participes altaris erroris, id est demonis. Et nunc ita est? Utique ita est. **Quid ergo**, quasi dicat: Quod dico fugite a cultura ydolorum. **Quid ergo dico**, id est dicere videor? **quod idolis immolatum sit aliquid aut quod ydolum sit aliquid** magnum? Non hoc dico, sed potius dico **quod ea que gentes immolant demonum sunt**, quia in ydolo diabolus colitur, qui est prior ydolo. Et quia ab ydolatria prohibebat, unde locus iste superius exordium, ne putarent ideo non nocere si de sacrificiis ederent ydolorum, quia ydolum nichil est, ut confirmavit ydolum nichil esse et se non prohibere ista ideo quod ydolum aliquid sit, sed quia demoniis **et non deo** immolatur. Non ergo se excusent quia ydolis insensatis dediti non sunt; demoniis magis dediti sunt, quod est periculosius. Nam si tantum ydola colerent, sic eos non adiuvarent ita ut nichil nocerent, quia nec ydola nec eis immolata aliquid sunt, id est nichil per se possunt sive ad iuvandum sive ad nocendum; sed malis spiritibus est iniquitas multiplex quod dat in malivo

lentia nocendi nobis.

Nolo autem uos. a. Dico quod immolant demoniis. ego autem nolo uos
qui fideles estis fieri socios demoniorum. quod non est non rei immolatice.
sed conscientia idoli et conscientia ydolatris qui percutiuntur exemplo uestro.
Ad hoc genus pertinent consultationes et pacta quedam significationum
cum demonibus placita atque federata qualia sunt molimina ma-
gicarum artium. aruspicium et auguriorum atque ligaturarum et remedia que
fiunt in precantationibus et quibusdam notis rebus suspendendis uel
ligandis. Nec illi ab hoc genere perniciose superstitionis segregandi
sunt qui genethliaci ~~ob natalium~~ ob natalium dierum considerationes
nunc autem uulgo mathematici uocantur qui conantur actionum certa
predicere. Ideo nolo quia non potestis bibere calicem domini simul et demoniorum.
id est non potestis simul uniri deo et demoni. Et rursus non potestis
esse participes mense domini et mense demoniorum. id est non potestis simul esse cum deo et cum demonibus.
Deum zelus animi nostri facit. An emulamur dominum? id est an ad
iram prouocamus eum et inuidemus ei ydolothita comedentes?
a. Non debemus hoc facere. Videtur illi emulari et inuidere
domino. regnum eius diminuit qui cum scandalo fratrum comedit
ydolothita imitantes diabolum. Ideo enim inuidit sathanas ydola
tamen inuenit. ut homines negando deum ydolis seruirent et ca-
ret debitum cultum perdat. Sic et isti uidentur zelare dominum. Vnde
male cedet eis cum non fortiores eo sint. Vnde subdit. Numquid
fortiores sumus illo ut ualeamus ei resistere? Non. Omnia
michi licent. et si illos peccare dicam qui comedunt ydolothita
non tamen dico non licito esse hos cibos. quia omnia michi licent
de his dicit que ad escam pertinent sed non omnia expediunt. id est
adiuuant me in cursu sed magis impediunt. Deinde idem aliter
infringit dicens. Omnia michi. potestate liberi arbitrii et doc-
trina legis naturalis. Omnia enim secundum legem naturalem licent quia
omnia munda sunt. De cibis autem et carne ydolis immolata hoc agit.
Ideo recte ait licent. id est precepto domini nullo prohibentur. Vel omnia li-
cent quia omnia liceant et illicita. Sed ecce ponamus omnia licere.
sed non omnia edificant proximos ut quis faciendo dum comedens
ydolothitum scandalum facit proximo uestro. Nemo querat tantum
quod suum est. id est quod sibi tantum aliquomodo utile est. sed quod alterius. loquitur a
licitis aliquando temperandum est ut prosit aliis. Et quia omnia li-
cita sunt. et tamen non est utendum semper eis determinat quomodo liceat
edere uel non edere. dicens. Omne quod in macello uenit. id est et uenditur
manducate sine ulteriori nichil interrogantes. si an immolatum sit
uel non et huiusmodi. et hoc propter conscientiam astantis infirmi. Dico m-
anducate omnia quod quidem secure potestis facere quia auctoritate teste.
Domini est terra et plenitudo eius omnia quibus terra impletur et non esse potest
immundum quod domini est. Item. Si quis uocat uos infidelium ad cenam et
uultis ire omne quod a. u. et cetera. Quare? Non quia immundus sit
cibus sed propter illum qui indicauit ne edat te manducare sub ue-
neratione ydoli. et glorietur in superstitione sua. quia qui ydolis
seruit glorabitur. a. Venereris ydola et confirmabitur in errore suo quia iudicat te libenter appetere ydolothitum et

Nolo autem uos socios fieri demoni-
orum. Non potestis calicem
domini bibere et calicem demo-
niorum. Non potestis mense do-
mini participes esse et men-
se demoniorum. An emulamur
dominum? Numquid fortiores
illo sumus? Omnia michi li-
cent sed non omnia expediunt.
Omnia michi licent sed non
omnia edificant. Nemo quod
suum est querat sed quod alterius.
Omne quod in macello u-
enditur manducate nichil
interrogantes propter conscientiam.
Domini est terra et plenitudo eius.
Si quis autem infidelium uocat
uos ad cenam et uultis ire omne
quod uobis apponitur man-
ducate nichil interrogantes
propter conscientiam. Si quis autem dixerit
hoc immolatum est ydolis
nolite manducare propter illum

qui iudicatur et pro
pter conscientiam. Con
scientiam autem dico non
tuam sed alterius. Ut
quid enim libertas
mea iudicatur ab
aliena conscientia?
Si ego cum gratia par
ticipo quid blasfem
or pro eo quod gratias
ago? Sive ergo man
ducatis sive bibitis
vel aliud quid facitis
omnia in gloriam dei
facite. Sine offensi
one estote iudeis et
gentibus et ecclesie dei
sicut et ego per omnia
omnibus placeo non
querens quod mihi
utile est sed quod m
ultis ut salvi fiant.

Imitatores mei estote sicut et ego Christi. XI

fecit, malum dat exemplum. Hic ergo sapientibus loquitur qui contempnentes ydolum que
victime manducabant de sacrificio cum scandalo infirmorum, dico propter illum id est
propter conscientiam infirmorum (alii) scilicet ut mors determinat dicens. Conscientiam autem dico non tuam quia
firma est sed alterius scilicet infirmi. Ut quidem enim etc. quasi dicat. Pro alio dimittendum est
quasi aliter facerem delicto dampnabilis essem, id est actione gratiarum vituperarer
ab imperitis qui putarent me sentire ydolum aliquid magnum esse quod ne
contingat magnopere cavendum est. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? id est cur
ita ago ut de eo quod libere licet dampner propter alium qui me in aliquo suspicatur
impium? quasi dicat. Cum ab ydoli devotione conscientia mea sit libera, quid opus est ut putetur
causa venerationis edere? Iudicor enim non distare ab ydolatria. Si ego cum gratia
id est agendo gratias deo participo, id est edo, quid blasfemor? id est cur cado in blasfe
miam imperitorum pro eo quod gratias ago. Et quia hec mala contingunt inde sive ergo manducatis
sive bibitis vel aliud quid facitis omnia in gloriam dei, id est ad laudem dei scilicet cum invocatione eius vel in
actibus id est conversatione vita laudetur deus. Sic enim hec recte fiunt laude dei sed
Non solum ergo ut vox tua sonet laudes dei sed et opera concordent cum voce tua.
Cum enim voce cantabis silebis aliquando, vita sic canta ut numquam sileas. Si enim
ore clamas et fraudem cogitas siluisti a laude dei et quod gravius est et blasfemi
am prorupisti. Cum enim laudatur deus de bono opere tuo laudas deum, et cum blasfema
tur deus de malo opere tuo blasfemas deum. Si ergo quod manducas et bibis ad re
fectionem corporis sumis reparatione membrorum gratias agens ei qui tibi prebuit
mortali et fragili ista supplementorum solatia cibus tuus et potus laudat deum. Si
vero modum non debitum in moderatione voracitatis excedas et vinolentia te ingurgites
quantaslibet laudes dei lingua tua sonet vita blasfemat. Sequitur. Et sine offensione
estote iudeis qui abhorrent ydola et gentibus que sic non arguuntur sed in suo
errore firmantur. Et ecclesie dei, quantum ad infirmos qui sunt in ecclesia quibus fiunt
offendicula dum eorum exemplo adherent hiis que inimica sunt deo. Estote dico
ut placeatis omnibus sicut et ego qui per omnia omnibus placeo, sine scandalo cuique
agens. Hoc est enim per omnia omnibus placere sine scandalo cuiusque agere ad profectum
aliorum ut in illis et hinc sit utile. Attende quod hic ait omnibus placeo, alibi vero ait
si hominibus placerem Christi servus non essem. Placere autem dixit quantum in semetipso est id est quantum
ad eius voluntatem pertinet. Ac si diceret: Si placere vellem si placere quererem servus Christi
non essem. Qui autem hominibus placet propter veritatem iam non ipse sed ipsa veritas placet. Si
homo propter seipsum placet id est propter privatam tantum propriam gloriam placere querit scriptum est et deo non placet.
Cum autem propter veritatem hominibus placet iam non homo sed deus placet. Utrumque ergo recte dicit, et ego
placeo et ego non placeo. Si enim adsit bonus intellector piusque pulsator patebit
utrumque et nulla inter se repugnantia repellit intrantem. Illud etiam
non moveat quod dicit placeo omnibus. Non utique placebat persecutoribus
suis. quasi dicat. Sed placebat omni generi hominum quos Christus congregabat ecclesia si
ve iam intus positis sive introducendis in eam, vero studebat quod propter veritatem
placebat adde. Non querens quod mihi tantum utile est sed quod multis, non
aliquid tantum mihi utile quero sed ut salvi fiant. Imitatores mei estote quasi di
co ut sitis sine offensione sicut ego ut nullum offendatis. Imitatores mei estote
sicut et ego Christi, qui nullum offendit sed omnes salvare venit. In ecclesia nam
que gradus sunt ordinati maiorum et minorum
ut illi exemplo precedant. Hii vero imitatione
sequuntur. Sed et illi qui exemplo precedunt numquam neminem secuntur. Si neminem sequuntur errabunt. Sequuntur ergo et illi aliquem, id est Christum.

Laudo autem etc. Hic agere incipit de velationibus, in quibus arguit illos suas traditiones non servantes, quia illorum aliqui viri velato capite et mulieres non velato capite orabant aut prophetabant. Unde succenset eis apostolus quia contrarie erant et apostolo immemores erant traditionum eius. etc. De aliis culpo vos, sed de his laudo vos fratres. quasi de aliis culpo, tamen de his laudo quod per omnia memores estis mei, id est mee auctoritatis, et mea precepta tenetis tam perfecte sicut tradidi vobis. Ironia est quod sic loquitur eis apostolus, quia non eius traditionem servabant nec eius auctoritatem sequebantur, ac per hoc qui noverat tradidit illis dicens. Volo autem etc. Non tenetis precepta mea. Volo autem vos scire o fratres quiddam utile ad sequentia, quod vos non attenditis, scilicet quod Christus caput est omnis viri, id est dominus, quia creator est viri, per eum est creatus. Vir autem caput mulieris. Caput vero Christi deus pater, quia ab ipso genitus est. Dignum quippe est ut filii caput pater dicatur qui genitor eius. Una ergo dictio diversam habet intelligentiam. Aliter enim dicitur Christus caput viri, aliter vir caput mulieris, aliter deus caput Christi. Viri nomine intelligitur hic spiritus, non ille spiritus scilicet qui cum patre et filio incommutabiliter manet, id est dignus animus incommutabiliter datus, sed spiritus hominis quasi animi maritus animalem affectionem tamquam coniugem regens, de quo dicit apostolus: Nemo scit que sunt hominis nisi spiritus hominis; de quo et dominus ait mulieri samaritane: Vade voca virum tuum. Hic ergo spiritus cum presens est, id est intus est in se pietate subiectus deo, intelligit spiritualiter que dicuntur luce sapientie illustratus. Huius viri Christus est caput, quia spiritus hominis regitur a sapientia dei que est Christus. Et sicut in capite sunt omnes sensus corporales, ita in Christo sunt omnes sensus spirituales, id est plenitudo gratie de qua accepit vir iste. Per hoc autem est vir caput mulieris, id est rector animalitatis que regitur a spiritu tamquam mulier a viro. Caput vero Christi est deus pater, quia filius a patre est, id est de patre, non pater a filio et de filio. Ille huius principium, unde et caput eius dicitur, id est principium, sed non patris. Hic vero illius imago nulla ex parte dissimilis, omnino equalis filius patri debet quod est, et hoc quod patri equalis est, et quod principium est. Pater vero nulli debet quod est. Vel dei nomine intelligitur hic trinitas. Sed si deus omnia simul tria hic intelliguntur, quomodo caput Christi est deus, id est caput Christi est trinitas, cum in trinitate sit deus Christus, ut sit trinitas? An quod pater est cum filio et spiritu sancto caput eius, quod est solus filius? Cum filio etenim et spiritu sancto pater deus est; filius autem solus homo factus est, et quam humilitatem eius in maiore eorum pater; et hoc vere dicitur, quia quod illic est pater et spiritus sanctus unum est caput sit hominis mediatoris, quod ipse solus est. Si enim mentem recte dicimus principale hominis, id est quasi caput humane substantie, cum ipse homo, cur non multo congruentius verbum cum patre simul deus dicitur esse caput Christi, qui vere Christus homo nisi cum verbo quod caro factum est intelligi non possit? Est ergo deus, id est divina essentia vel trinitas, caput Christi secundum quod homo, quia divinitas ut potentior creatura caput est creature assumpte. Hac interpretatione non pietas filii minuitur, sed in ea prius dicatur. Omnis vir etc. Et quia viri caput est Christus sine alio mediante, et ipse pro nobis deus, ideo in signum libertatis vir non debet habere velum, quod est signum subiectionis, quia vir omnis in potens et sapiens orans aliquid a deo aut prophetans, id est scripturas reserans, velato capite, quasi non sit liber in Christo, deturpat caput suum, id est turpe est ei illud facere velato capite. In aliis enim [illegible] est [illegible] velare, sed nondum suo iudicio se offerret, et colloquitur [illegible] necesse est profiteri.

Omnis autem mulier, que inferior est et subiecta viro quia caput est mulieris, orans aut prophetans non velato capite, scilicet signo subiectionis quod debet viro qui medius sit inter medium ad deum, deturpat caput suum, id est virum. Unum enim est, id est tantumdem est ad turpitudinem, ac si decalvaretur. Nam si non velatur etc. Non velata idem habet ac si decalvaretur, quod et fiet utique, quia aut decalvabitur aut tondebitur, quos constat eam nolle; unde ita ait: Nam si non velatur mulier tondeatur. Si vero etc. Mulier decalvetur non velata et tondeatur. Sed si turpe est mulieri tondi aut decalvari, velet caput suum. Vir quidem quia maior est non debet velare caput suum, id est signum subiectionis habere, quasi non sit liber ad deum. Tamen hic intelligendum est non omnes, sed quodam quo utebantur antiqui, et adhuc in utuntur plerique alicubi, quo totum caput obvelabatur, et est pene simile

Laudo autem vos fratres quod per omnia mei memores estis et sicut tradidi vobis precepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est. Caput autem mulieris vir. Caput vero Christi deus.

Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum.

Ynum est enim ac si decalvaretur. Nam si non velatur mulier tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decalvari velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput quoniam imago et gloria est dei. Mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem sed mulier propter virum. Ideo debet mulier potestatem habere super caput propter angelos.

velamen ... testate ha

uelamini mulierum. Quoniam et c. Vir non deb; uelare. i. honor obstat ne uelet. quoniam
uir est imago dei et gloria que non deb; abscondi. Vir etenim ad imaginem dei factus est non
mulier. Sed que est imago dei in uiro? Hoc scilicet quod unus est deus qui unum fecit hominem
ut sicut ex eo omnia sunt. sic ex isto omnes homines essent ut unus dei inuisibi
lis unus homo uisibilis imaginem gereret interius ut unus deus in uno homine auc
toritatem unius principii uideretur conseruare ad confusionem diaboli qui ne
glecto uno deo sibi dominium usurpare uoluit. Sed non uir est imago dei quia sicut ex deo sunt
omnia sic ex adam omnes homines et sic conseruat auctoritatem principii quod ab
uno deo sunt omnia contra illum qui deus esse uoluit. Vel est et hic similitudinem quod sic
de latere christi in morte dormientis origo ecclesie fluxit scilicet sanguis et aqua quibus significantur
sacramenta per que saluatur ecclesia. sic de latere ade nata sibi sponsa quia ei sumpta est costa
de qua formata est eua. et sicut ipse pater est et regit ecclesiam et ecclesia subseruit ei ita uir pater est et
regit mulierem uir non habet uir signum subiectionis sed libertatis et plationis. et gloria dei
est uir quia ex eo est et quia deum in principaliter glorificat. Mulier autem est gloria uiri. ex quo
ipsa est et cui subseruit. Vel uir esse dicitur imago dei quia principaliter creatus est
ad imaginem dei in quo naturaliter amplius quam in muliere
uiget ratio que ipse sit deo. Et attende diligenter quod hic dicitur homo
imago dei in genesi legitur factus homo ad imaginem dei ubi dicitur. Faciamus
hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et nota quod pluraliter
dictum est faciamus et nostram quod de trinitate relatiue accipi non oportet.
Non enim intelligendum est ut facerent dii uel ut ad imaginem deorum sit
factus homo sed ut facerent pater et filius et spiritus sanctus ad imaginem patris et filii et spiritus sancti ut subsi
steret homo imago dei factus est. Sed quia non omnino equalis fiebat
illa imago dei tamquam non ab illo nata sed ab illo creata. Huius rei significande causa ita est
imago dicitur ut ad imaginem factus esse non sileatur quod non est equat sed quadam
similitudine accedit. Non enim locorum interuallo sed similitudine acceditur ad deum
et dissimilitudine receditur ab eo. Homo ergo cum sit imago propter imparem similitudinem
dictus est ad imaginem dei factus. filius autem imago patris est et non ad imaginem in quantum
deus est quia equalis est patri eius solus imago est. Homo autem imago trinitatis est et ad
imaginem. Unde fecit deus hominem ad imaginem suam ut sicut deus preest omnibus creaturis
per omnipotentiam sic homo uniuersis animalibus terrenis per intelligentiam preesset et ipse
est gloria dei cum dei sapientiam sequitur. Mulier autem gloria est uiri quia facta est mulier in
adiutorium uiri et non ad carnalem concupiscentiam quia non corruptibilia
corpora tunc habebant antequam eos mortalitas inuaderet. sed ut haberet uir gloriam ab
ea cum ei preiret ad deum et se ei daret imitandum sanctitate sic ipse esset gloria dei. cum eius
sapientiam sequeretur. Unde subdit. Non enim uir et c. Mulier est gloria uiri non uir eius. quod
ostendit ordo creationis quia non est uir scilicet adam ex muliere scilicet eua sed mulier scilicet eua
est ex uiro scilicet adam. Alia ratio est cur mulier est gloria uiri. Etenim quia non est creatus uir scilicet adam
propter mulierem et in auxilium eius sed mulier et eua propter uirum et in adiutorium uiri. Ideo scilicet ut
ostendatur mulier subiecta uiro quia per eam preuaricatio cepit debet mulier habere potestatem uel
uelamen alia littera super caput ut non habeat caput liberum in ecclesia sed uelamine tectum et hoc
propter angelos. id est propter reuerentiam sacerdotum qui nuntii dei sunt ut sicut ante iudicem deo
ita ante uicarium eius sacerdotem sit subiecta uiro. Vel propter angelos. scilicet ne sacerdotes in eorum
faciem inspicientes irritentur ad libidinem. Aliter ab illo loco quoniam imago et c. Apostolus dicit quod
uir est imago dei et ideo uelamen capitis eidem mit quod mulieri adhibendum monet. quia ipsa non est imago. Sed quid dicemus ad hoc. est et mulier non est imago dei.

Augustinus in libro retractationum. Non in hoc distinguitur
quod aliud sit imago dei et similitudo et aliud
ad imaginem et similitudinem dei. Quod non i
ta intelligendum est qui homo non dicatur ima
go dei cum dicatur ad imaginem
dei quod unigenito non dicitur qui tantum
modo imago est non ad
imaginem

·i· totū genꝰ humanū

Videtur hoc utiq; contrariū illi qd i genesi dr̄ fec̄ ds
hominē ad imaginem di fec̄ eū masculū & feminā fec̄ eos.
Quomō g uir est imago di ut non uelet cap; mulier ū uelet.
S; credo esse in creatura humanę mtis qd dicit aplc̄. Mistice lo-
quitur de uelatiōe. Vir etenim nisi aliquod secretū referat
inane est quod dr̄. Sicut enim non solū ueritatis ratio s; et ipi'
apli declarat auctoritas, hō factus est ad imaginē di n̄ f for-
mā corpis s; f rationalem mētē in qua dr̄ renouari i ag-
nitionem di ab eod aplo. Renouamini spū m. u. ut n. h.
q f d. c. Et alibi. Induite n. h. q. r. i a. di f imaginē ei'
qui creauit eū. Sig spū mtis suę renouamur ipe ē nou'
homo qui renouat in agnitione di f imag. ē. q. c.
Nulli dubiū est hominem esse fc̄m ad imaginē di n̄
scdm corpus neq; scdm quamlibz ai partē s; scdm rōnalē
mentem ū pt esse agnitio di. ū in nullus sexꝰ
.s. mulier cū uiro
.s. in spū mtis. Si id ē ubi femina ē uiro,
.i. tota illa subā una est imago di q̄ n̄
ipa humana .i. ad imaginē di fc̄a ē.
imago di completur a qua imagine
femina non separatur sic n̄ gra re-
nouationis et reformationis imaginis di
excludit. Hc utiq; mulier mentē suā
rationalē scdm quam ipa fc̄a ē ad imaginē
di. Sic femina alienat a consortio imaginis q ī ipsa
prima conditione hominis habebat mētē rationalem.
f quā ipa fc̄a ē. Ad imaginē di ergo fec̄ ds hominē totū
ad imaginē suā. h utiq; scdm spm s; pp unitatē con-
iunctionis inquit fec̄ ds hominē ad imaginē di. Et
ne quisquā putaret solū spm hois fc̄m in q ē imago di ē.
subiunx. masculū et feminam fec̄ eos. h scdm corp'
ubi duo esse discuntur scdm sexū. cum p' singlare
num posuit pp coniunctionis unitatē. Est g in mtib;
eoꝝ communis s; in sexu corporis signat distributio
mtis. Est enim pars animę et mtis eminens q se extend'
i id qd ēṫnū ē contemplando ueritatē. h; imago di q et
iis rōnib; conspiciendis et consulendis adheret. uō n̄ ē co-
hibeda uelo ut se nū contineat. Ideoq; uir n̄ deb; uelare
cap. Est ·i· alia pars animę et mtis q diriuat ad actiōe
temporalium rer. quadā inntiōe ·i· ei ipa anima ex q
parte consulit ueritatē ·i· conspic imago di. Quia u in his
reb; corporalibus temporalibusq; piculosa ē nimia infe-
riora pgressio. Ideo h̄t potestatem sup cap q cohibeatur.
quod indicat uelam capitis mulieris. Quod g ad
totum uirum ptinet imago di ē. Qd u ad
eā solam ptinet q ei ē ad adiutoriū tribuitur
n̄ ē imago di. quia n̄ ē imago di n̄ q d'

iubet incomutabili ueritati. In cuius etiā figura aplo
dic. uirum tm̄ ēē imaginē ⁊ glam di. Mulier aūt ē
glam uiri. Hoc g in duobus hominib; diuisi sexus
exterius figuratum sit in uno eo uno intiori homine intel-
ligit cuius superior uis .i. rō uir dr̄ et pncipale mtis quod
deb; regē inferius q quia regē deb; sensualitatē. Iste
uir est imago di quia inheret incommutabili ueritati
ut gla di dum rō subiungat sensualitatē q rō ordi-
natissime fit cum ea ipa uir ē. Mulier aūt gla ē uiri.
Mulier est ipa sensualitas q bn̄ signat p mulierem
.s. femina quia illi pual; q subseruiendo gla ē rationis. Ideoq;
dr̄. Non ē bonū solū ēē hominē. Ad h enī bonū erat
ut fieret ut non sola anima dn̄aret corpi quod
seruilē locum obtinet s; et intellis ratio subiugaret
sibi animalem partem. ut appetitū aię p quem
uoluptate corpis optamur. habeat mens intior
tamq intellis rō subiugatū. Sic deb; uir feminā regē s;
eam pmitte dn̄ari uirum. Quod si animalis pr
.i. appetitus animalis et illa rationalis portio cui dele-
gata est ministratio temporalium in modū aco pgssu
nimis interiorq ap labitur consentiente capite suo .s.
ratiōe .i. non eam cohibente atq; refrenante. illa in
specula consuliū psidet uirili portiōe p usā ē uinūa
domus ubi mulier dn̄atur uirū. Inuetatur uir
intior homo int inimicos suos et nudos uirtutū .s.
demones. Et noꝝ uisio ab ipso i uiro, coniuge ad istar
primoꝝ parentū uetitū manducāte subtrahit ū
lumē oculoꝝ eius non sit cum illo i sic ab illa illustra-
tione ueritatis in pta ambo nudati aptis oculis, conscię ad
uidendum quam indecori in honesti sint tamq
folia dulcū fructuū sine ipsis fructib; .i. sine bo-
nis opibus bona uba contexunt. ut male uiuētes
bn̄ loqndo turpitudinem suam contegant.
Videamus ubi sit quasi quodā hominis exterioris
interiorisq; confinium. Quicquid enī habemus i
animo commune cum pecore recte adhuc dr̄ ad
exteriorem hominē ptinē. Non enim solū corp' hō
exterior deputatur s; adiuncta quadā uita sua q
compages corporis et omnes sensus uigent quib' ī struc-
tus ē hō ad exteriora sentienda. Quare animo
tenemur ab eo qui nos fec̄ in meliore nr̄i parte .i.
animo similes pecoribus sumus a quibus corpis
erectione distamus. Ascendentibus itaq; introrsus
quibusdā gradibus consideratiōnis p animę partē
un incipit aliquid occurrē quod non sit commu-
ne cum bestiis. Inde incip rō ū iam hō interior

possit agnosci. Rationis autem pars superior aeternis rationibus conspiciendis vel consulendis adhaerescit. Porro inferior ad temporalia gubernanda deflectitur. Illud vero mentis nostrae quo in actione temporalium tractandorum ita versamur, ut non nobis sit commune cum pecore, rationale est quidem, sed ex illa rationali nostrae mentis substantia qua subhaeremus intelligibili atque incommutabili veritati tamquam ductum et inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus non inventum est viro adiutorium simile illi, nisi de illo detractum in coniugium formaretur, ita menti nostrae qua supernam et internam consulimus veritatem nullum est ad usum corporalium rerum quantum naturae hominis satis est, simile adiutorium ex animae partibus quas communes cum pecoribus habemus. Et ideo quiddam rationale nostrum non ad unitatis divortium separatum, sed in auxilium societatis quasi derivatum in sui operis dispertitur officium. Et sicut una caro est duorum in masculo et femina, sic intellectum nostrum et actionem vel consilium et executionem vel rationem et appetitum rationalem vel si quo alio modo significantius dici possunt una mentis natura complectitur, ut quemadmodum de illis dictum est: Erunt duo in carne una, sic de his dici possit: Duo in mente una. Cum igitur disserimus de natura mentis humanae, de una quadam re disserimus, nec eam in haec duo quae commemoravi nisi per officia geminamus. Carnalis autem vel sensualis animae motus qui in corporis sensus intenditur nobis pecoribusque communis est, qui seclusus est a ratione sapientiae. Rationi autem scientiae coniunctus est. Illa enim rationis intentio qua contemplamur aeterna, sapientiae deputatur, et illa qua bene utimur rebus temporalibus scientiae deputatur. Mens igitur humana ex qua parte consulit veritatem imago dei est, id est secundum rationem sapientiae. Haec est vir qui est imago et gloria dei. Ex qua vero parte intenditur ad agenda inferiora non est imago dei. Haec est mulier quae est gloria viri. Et quia quanto magis se extendit in id quod aeternum est tanto magis inde formatur ad imaginem dei, et ideo non est cohibenda ut inde se contineat. Idcirco vir non debet velare caput. Quia vero illi rationali actioni quae in rebus temporalibus versatur periculosa est nimia in inferiora progressio, debet habere potestatem super caput, quod indicat velamentum quo significatur esse cohibenda. Sicut ergo in illo coniugio duorum priorum hominum non manducavit serpens de arbore vetita, sed tantummodo manducandum persuasit; mulier autem non manducavit sola, sed viro suo dedit et simul manducaverunt; ita in occulto secretoque quodam coniugio quod in homine uno geritur et dinoscitur, cum ratione scientiae, id est intentioni mentis quae in rebus temporalibus agendis rationali vivacitate versatur, carnalis vel animalis sensus ingerit quandam illecebram ~~consentire est de~~ tantum velut serpens

alloquitur feminam. Huic autem illecebrae consentire est de ligno prohibito manducare. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superioris vero auctoritate consilii ita membra retinentur ut non exhibeantur iniquitatis arma peccato, sic habendum existimo velut cibum vetitum sola mulier comederit. Si autem in consensione male utendi rebus temporalibus quae per sensum corporis sentiuntur ita decernitur quodcumque peccatum ut si potestas sit etiam corpore compleatur, intelligenda est illa mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suaviter verum etiam efficaciter perpetrandum mente decerni, nisi et illa mentis intentio penes quam summa potestas est membra in opus movendi vel ab opere cohibendi malae actioni cedat et consentiat. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen et volvens libenter quae statim ut attigerunt animum respui debuerunt, negandum est esse peccatum, sed longe minus quam si opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectusque percutiendum atque dicendum: Dimitte nobis debita nostra, faciendumque quod sequitur atque in oratione iungendum: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim sicut in illis primis duobus hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola utique mortis supplicio plecteretur, ita potest dici in homine uno si delectationibus illicitis a quibus continuo se debuit avertere cogitatio sola libenter pascatur, nec facienda decernantur mala sed tantum suaviter in recordatione teneantur, non est dicendum quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hoc quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur nisi haec quae sine voluntate operandi sed tamen cum voluntate animus talibus oblectatur solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur.

Haec itaque disputatio qua in mente cuiusque hominis quaesivimus quoddam rationale coniugium contemplationis et actionis officiis per quaedam singula distributis, tamen in utroque mentis unitate servata, ad hoc tantummodo audienda est ut intelligatur apostolus imaginem dei viro tantum tribuendo, non etiam feminae, quamvis in diverso sexu duorum hominum, aliquid tamen significare voluisse quod in uno homine quaereretur. Non enim est. Mulier, id est sensualitas, est gloria viri, id est rationis. Deinde: Non est enim vir, id est ratio, ex muliere, id est ex sensualitate, ut a sensuali portione regatur rationalis; sed mulier, id est sensualitas, est ex viro, sed ut ab eo regatur. Ac si diceret: Distributio utriusque indicat ut quod spirituale est regat illud quod est animale, et non e converso.

Ida memoriae quod secundum quosdam sensualis motus animae per serpentem, inferior portio rationis per mulierem, superior rationis portio est per virum. Illecebrae consentire est cibum vetitum edere. Si sola cogitationis delectatio est, femina sola manducat. Si vero mala cogitatio in actum trahitur vel voluntas perficiendi assit, tunc vir cum femina cibum vetitum gustat. Aliis vero non improbabiliter potest sensum corporis per serpentem, sensualitatem per feminam, rationem per virum.

i. sic decet. Etenim. i. quia non est creatus uir. i. rationalis propter mulierem. s. ut seruiat sensualitati. sed e contrario mulier propter uirum. i. sensualitas ut subseruiat rationi. Ideo mulier debet habere uelamen super caput. s. adhibet significandum quod sensualitas debet subici rationi propter angelos. Grata est enim sanctis angelis in sacrata ypia significatio ista. Nam deus non ad tempus uidet nec aliquid noui est in eius uisione in sancta cum aliquid temporaliter et transitorie geritur sicut non afficiuntur sensus ut carnales hominum et in celestes sensus angelorum. Angelici enim spiritus nobis adesse credendum est maxime cum diuinis mancipamur obsequiis. i. cum ecclesiam ingressi et lectionibus sacris aurem accommodamus uel psalmodie operam damus uel orationi incumbimus uel missarum sollempnia celebramus. Ideo quoque apostolus habere uelamen mulierem monet propter angelos monens. Nec dubitari licet ubi corporis dominici et sanguinis misteria geruntur superiorum ciuium adesse conuentus qui monumentum quo uenerabile corpus positum fuerat inde resurgendo abscesserat tam sedulis excubiis seruaret.

Verumtamen. et cetera. Quamuis ita primus. i. in prima conditione non sit uir de femina sed e conuerso. Verumtamen in subsequenti generatione non est hoc quia neque uir sine muliere neque mulier sine uiro in domino. s. ad domini. i. secundum operationem domini in qua alter sine altero non creatur. Quod in primo tacuit ex uno ambos. i. ex una materia quia mulierem de uiro formauit et ambos unum in natura fecit. quod unum in anima sint confirmat apostolus. Nam sicut mulier. prius de uiro facta est ita et uir per ea nascitur per mulierem. Omnia autem ex deo. Postquam gradatim singula dixit. uniuersa deo in principio subicere addit. Omnia autem. s. i. corpus et anima utriusque ex deo auctore sunt. Hoc ideo dicit ut neque mulier de subiectione doleat neque uir de exaltatione superbiat. Verumtamen. et cetera. licet primum mulierem prevaricatio cepit et uiro subiecta sit. uerumtamen neque uir sine muliere neque mulier sine uiro in domino. i. in fide christi quia non ita se habet uir. i. alter corporis christi domino admisso uiro mulier excludatur a salute neque admissa muliere uir excludatur a salute. Reddit autem causam quod alter admisso alter uero non sit excludendus subdens. Nam sicut mulier de uiro ita uir per mulierem. Hoc non mutantur. Vos ipsi. Quia corinthii eius traditionem non seruauerant propter quod superius eis succensent uero dicens laudo uos et cetera. iam non ex auctoritate quam neglexerant traditionis. suadet ueritatem sed ex natura que docet ut uelate sint mulieres in ecclesia ne eas reuelatas esse illi pacientur agentes contra sacramentum uelationis et admonicationis. et cetera. Et cum hec predicta ita sint uos ipsi iudicate istud. An decet mulierem non uelatam orare deum. Nec ipsa natura docet quod. i. quia uir si comam nutriat ignominia est illi. Hoc secundum legem locutus est que prohibet uirum comatum esse. Quod si quis opponat de samuele et prophetis ueteris testamenti qui capita sua non tondebant cogitet quid inter sit inter illud uelamentum misticum et hanc tonsuram. Illud enim uelamentum. i. coma secundum quod significabat quod uelamen positum super faciem moysi. i. uelamen lectionis ueteris testamenti. Hoc autem tonsura reuelationem euuangelice gratie significat. Coma ergo samuelis et prophetarum per uelamine ueteris testamenti olim habita nunc in reuelatione euuangelii deponitur de qua dicit apostolus. Cum transieris ad dominum auferetur uelamen.

Mulier uero si comam nutriat gloria est illi. Ideo gloria est mulieri quia naturaliter hoc habet quod pro uelamine. Vnde subdit. Quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Coma enim indicium uelaminis est. Ideo naturaliter hoc honestum est ut uelata sit mulier et obediat ut nature uoluntas addatur que ad hoc uelamen ut rea se cognoscat et subditam uiro gloria est illi. si comam habet quia naturaliter habet. Ad hoc enim naturalis ratio consentit et ideo uir non naturaliter comatus est. quia non est uelandus. Item lex prohibet uirum esse comatum.

Si quis autem. Post rationem redditam ut uincat contentiosos ponit auctoritatem quia disertione non uult uti sed auctoritate. et cetera. Natura in docet quod trado. Si quis autem uidetur contentiosus esse. s. qui non uult acquiescere nobis

Verumtamen neque uir sine muliere neque mulier sine uiro in domino. Nam sicut mulier de uiro ita et uir per mulierem. Omnia autem ex deo. Vos ipsi iudicate. Decet mulierem non uelatam orare deum. Nec ipsa natura docet uos. Quia uir quidem si comam nutriat ignominia est illi. Mulier uero si comam nutriat gloria est illi. quoniam capilli pro uela

mine ei dati sunt.
Si quis autem uidetur
contentiosus esse
nos talem con
suetudinem non
habemus neque
ecclesia dei. Hoc autem
precipio non lau
dans quod in de
(non in melius sed)
tius conuenitis.
Primum quidem
conuenientibus
uobis in ecclesiam
audio scissuras
esse et ex parte
credo. Nam opor
tet et hereses esse
ut qui probati sunt
manifesti fiant
in uobis. Conue
nientibus ergo uo
bis in unum
iam non est.

(dicimus)
domini quod nos iudei .i. nos apostoli qui de iudeis sumus non habemus talem consuetudinem
neque ecclesia dei de aliis gentibus ad fidem Christi uocata non Christus sic docuit scilicet ut uir
uelet caput et non mulier. Hoc autem quod dictum est de uelandis capitibus ego pre
cipio obseruari; auctoritate precepti utitur apostolus ut obtemperetur. Valde enim iniquum
est uelle sibi obtemperari a minoribus et nolle obtemperare maioribus. Et hic ostendit
quedam esse de quibus non est disputandum sed auctoritati precipiendi acquiescendum.
Vnde ait. Hoc autem precipio ut scilicet differentis sollertia non requiratur sed precipientis auc
toritas attendatur. non laudans et cetera. Postquam egit de uelamine capitis ubi
plurimum auiditate deuiabant incipit de dominica cena agere in qua ipsi id multum
peccabant. Quod dictum est de uelando et non uelando capite precipio utique non
laudans sed improbans quod conuenitis ad dominicam cenam. non in melius scilicet ut decet. sed
in deterius .i. non in usum perfectionis sed in (ad) detrimentum dampnationis quod ex pluribus
postmodum. Primum quidem et cetera. Hoc quod conuenientibus uobis in unum. quod exigit unitatem
caritatis. ut sicut ibi corporaliter conueniunt homines ita et spiritaliter scilicet affectu caritatis
uniantur. audio scissuras .i. discordias esse inter uos. Nota quod dicendo primum
ostendit quod primum malum dissensio est unde cetera oriuntur. Vbi enim dissensio est nichil
rectum est. audio scissuras esse inter uos et et credo esse ex parte .i. in quibusdam uestrum
quod non est inutile bonis. Nam oportet .i. utile est et hereses esse. sic erant et hiis
qui dubitabant de resurrectione. Sed assurgere auerant pro donis spiritualibus. Videt
enim diabolus templa demonum deseri et in nomen liberantis mediatoris currere
genus humanum mouit hereticos qui sub uocabulo christiano doctrine resisterent
christiane. Qui enim in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque sapiunt. si correc
ti ut sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter suaque pestifera dogmata
emendare nolunt sed defensare persistunt heretici fiunt et habentur in ex
ercitibus inimicis. Et hii et sic malo suo prosunt ueris catholicis. dum deus
utitur et malis bene et diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Omnes
enim inimici ecclesie et errore cecati uel malicia deprauati prosunt. Quia
si accipiunt potestatem corporaliter affligendi exercent eius pacientiam.
Si uero male sentiendo aduersantur exercent eius sapientiam. Ab aduersario enim
mota questio discendi extitit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam perti
nentia dum hereticorum callida inquietudine exagitantur ut aduersus eos de
fendi possint et considerantur diligentius et intelliguntur clarius et predica
tur instantius. Hereticorum enim est genus callidum. non spiritu sapiens dum pacem
catholicam perturbant in usum cedit proficientium secundum illud filius eruditus
(erit) sapiens impudente autem ministro utetur. Vtamur ergo et hereticis non ut eorum approbemus
errores sed ut catholicam doctrinam aduersus eorum insidias asserentes uigilantiores
et cautiores simus. Prosunt ergo nobis heretici non uerum docendo quod nesciunt
sed ad uerum querendum rapiendum. catholicos excitando. Ideo quoque diuina prouiden
tia hereticos esse multos permisit ut cum insultant nobis et interrogant nos que nesci
mus. uel sic excutiamus pigritiam et diuinas scripturas nosse cupiamus. Vnde ait.
Oportet hereses esse. Non uult apostolus nec optat ut hereses sint sed quia sic futurum est
dicit. et quia hoc utile est. ad quod utile est. subdit. ut non tantum rep[ro]bi qui
dicunt ego sum pauli sed et qui probati sunt in uobis .i. inter uos. sicut illi qui dicant
ego sum Christi manifesti fiant hominibus. Multi domino probati sunt qui bene possunt do
cere sed manifesti hominibus esse non possunt nisi cum docent. Docere autem nolunt
nisi eos qui doceri querunt. Sed multi ad querendum pigri sunt nisi per molestias insultationes hereticorum

dominicam cenam manducare.

quiqui de somp[no] excitentur. Hereticus non est qui aliquius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia falsas ac nouas opiniones uel gignit uel sequitur. Qui autem huiusmodi credit imagine ueritatis ac pietatis illusus est. Conuenientibus etc. Hic redarguit eos de hoc quod corpus dominicum non eo ordine sumebant quo sumi oportebat. Inter prandia et post prandia eucharistiam sumebant quod ieiuni facere potius debent. Huius autem rei faciende occasionem sumpserunt ex eo quod dominus manducantibus discipulis accepit panem et benedixit et cetera uel pascha. quasi dicit: Item in uobis scissure sunt. ergo conuenientibus uobis in unum quod fieri debet non tam corporum consensu quam cordium conglutino. iam id est ex hoc solo quod scissure sunt in uobis non est id est non licet manducare dominicam. Vel iam id est in presenti hic dampnum habetis quod non est id est non licet uobis quasi dicit in instituto per eum. Dominica cena dicitur dicta acceptionem eucharistie que non debet prandiis sumere uel mensis suis miscere ut faciebant illi quos redarguit apostolus sed ieiunum in honorem tanti sacramenti. Licet enim a Christo post cenam dedit discipulis suis corpus et sanguinem suum non tamen calumpniandum uniuerse ecclesie quod a ieiunis sumitur semper. Nam saluator quo uehementius commendaret misterii illius altitudinem ultimum hoc uoluit infigere cordibus et memorie discipulorum a quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur apostolis per quos ecclesias dispositurus erat seruauit docendum.

Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum aut ecclesiam dei contempnitis et confunditis eos qui non habent. Quid dicam uobis. Laudo uos? in hoc non laudo.

Unusquisque enim. quasi dicit non licet uobis manducare. quia unusquisque uestrum contendentium ante dominicam cenam presumit non ad erogandum pauperibus sed ad manducandum cenam suam. Et alius quidem esurit cui nichil datis alius quidem ebrius est cum sobrii esse debetis. Multipliciter tangit eos quia et pransi sumebant corpus domini et de prandio suo luxurioso nichil tribuebant esurientibus et hoc faciebant in ecclesia. Numquid non. quasi dicit In domibus manducatis ante dominicam et nichil pauperibus tribuitis. sed numquid non habetis domos ad manducandum et bibendum. quasi dicit In domibus potius hoc esset faciendum uestrum aut ecclesiam dei id est domum orationis contempnitis. quasi dicit Quod uere facitis et si non putatis. Et confunditis id est erubescere facitis eos qui non habent. utrumque facitis. Nota quod ecclesia homines sunt de quibus dicitur ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam. hoc tamen nomine uocari ipsam domum orationis apostolus testatur dicens. Aut ecclesiam dei contempnitis. et hoc cotidianus usus loquendi obtinuit ut in ecclesiam prodire uel confugere non dicatur nisi qui ad locum ipsum parietesque prodierit uel confugerit quibus ecclesie congregatio continetur. Vel aliter potest legi. Unusquisque etc. Nota illos qui munera que offerebant altaribus sibi resumebant. nec aliis non habentibus communicabant sine eis erant. Offerebant enim diuites panem et uinum habundanter ut benedictione et consecratione sacerdotali sanctificaretur et dominici corporis et sanguinis sacramentum conficeretur. Post celebrationem uero sacri misterii et consecrationem panis et uini suas oblationes uendicabant et aliis non communicantes soli sumebant ut inde inebriarentur aliis esurientibus. quasi dicit non licet uobis manducare dominicam cenam quia unusquisque uestrum presumit ad manducandum cenam suam. ita agitis contra significationem et ordinem sacramenti. Unum est enim oblatum totius populi sit id est uniuersis communicari debet quia in uno pane omnes multi figurati sunt. uel id enim quod omnes unum sunt de uno sumere oportet. Hos ergo notat qui in ecclesia ubi causa unitatis misterii conueniunt suas oblationes causa dissensionis quam pseudo seminauerunt sibi uendicabant. Tantas enim dissensiones inter eos pseudo seminauerant ut suas referrent oblationes et uendicarent cum una eademque prece omnium oblationes benedicerentur. et hoc ita faciebant ut qui non offerrent non habentes pudore confunderentur non sumentes partem et hoc tam cito agebant ut superuenientes nichil inuenirent quod ederent. dum sic agerent in domo ecclesiam potius hoc agenda dicit que in ecclesia subdens. Numquid domos etc. Que patent usque ibi. Quid dicam uobis. Non inueno quod dignum sit uobis. Laudo uos et aliis. Sed in hoc non laudo id est in hoc nichil laudabile inuenio in uobis. Vel ita distinguenda littera. Laudo uos et hic utrumque non laudo. Sed ut corrigant de

Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis. Quoniam dominus noster ihesus christus in illa nocte qua tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens. hic calix novum testamentum est in meo sanguine. hoc facite quotienscumque bibetis in meam commemorationem.

errore suo. firmam quia auctoritate id est huiusmodi data est et ita subdens. Ego enim. o. Ideo non laudo vos
quia corpus domini est quod sumere debetis et in eius commemoratione quod ego a domino accepi id est didici
et vobis tradidi. scilicet quoniam dominus noster ihesus christus in qua nocte tradebatur. scilicet iam imminente passione. In nocte et pusil-
id est ad patiendum captus id est detectus ad lucem resurrectionis venit. Hec inquam accepit panem et gratias
agens de reparatione hominum futura fit. fregit. unum omnibus dedit ut in unitate maneant
et ideo non confregit spontaneam suam passionem ostendit. fregit autem in sacramento scilicet quod videbatur
et integrum esse a fidelibus credebatur et dixit. Accipite etc. scilicet ut conformes michi sitis.
Ipsa enim sacramentalis assumptio capitis et membrorum unionem designat et facit digne celebrare dixit
et hoc quod aliud videtur est corpus meum. illud id est sub alia specie quod pro vobis tradetur. Non quia aliquis
non ad salutem accipit. sed omnimodis est corpus et sanguis quod accipit. Hoc quod dixi facite id est cor-
pus meum accipite et manducate in meam commemorationem. id est in memoriam passionis et mortis
mee ut sic processi sequamini. Similiter pro nostra salute et exhortatione et calicem accepit post-
quam cenavit. scilicet iam finito veteri pascha dicens. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Id quod continet hic
calix est meus sanguis in quo effuso confirmatur novum testamentum. id est doctrina evangelica quia testamentum
in mortuis confirmatur. Vel est novum testamentum. id est nova promissio non temporalis sed eternorum bonorum. In
veteri enim lege carnalia offerebantur et carnalia utpote talia promittebantur. In novo
autem ubi sacerdos est victima celestis est quod offertur celeste est quod promittitur. Testamentum vero
etiam novum vel vetus in sacra pagina accipitur sive doctrina in qua continetur pro-
missio vetus vel nova sive ipsa promissio. Secundo et dicit. Hoc quotiescumque sumetis facite etc.
id est in memoriam passionis mee et mortis. Ostendit apostolus ex his verbis misterium eucharistie
maxime cenandi celebrandum non cenam esse. Medicina enim spiritualis est que cum reverentia de-
gustata purificat. est devotum et memoriam nostre redemptionis vel redemptoris nostri memo-
res maiora consequi ab eo mereamur. Et quia in morte christi liberati sumus huius comedendo
et bibendo carnem et sanguinem memores esse debemus. in hoc consecuti novum testamentum. quod est
nova lex. que obedientem sibi tradit celestibus regnis. Testamentum ergo sanguine constitutum est
quia beneficium divini sanguinis testificatum est. Vel non ad tuitionem corporis et anime percipimus quia
caro christi pro salute corporis sanguis vero pro anima nostra sumitur. Et effusus est sic prefiguravit
moyses dicens. Caro inquit pro corpore nostro offertur sanguis vero pro anima. ideoque non mandu-
candum esse sanguinem lex precepit. Et quia de corpore domini plenior hic tractatus occurrit
breviter que de sacramento corporis et sanguinis scienda sunt videamus. ¶ Itaque
dominus noster ihesus christus de hoc mundo ad invisibilia patrie maiestatis transiturus celebrato
sacramento veteris pasche post typicum agnum in ultimo corpus suum et sanguinem in specie
panis et vini tradidit discipulis suis. Ubi diligenter animadvertendum est quare post typicum
agni sacramentum sui corporis sacramentum et sanguinis dedit apostolis et quare sub alia specie et cum sub alia
quare potius sub ista vel cum sub ista quare sub duplici. Deinde quare aqua misceatur ac
post quid a bonis quid a malis sumatur. Deinde que ibi videntur fiet vel esse utrum vere sit an non.
Sciendum ergo ideo post celebratum vetus pascha dominum corpus et sanguinem suum dedisse
discipulis ut ostenderet veteris legis sacramenta cessatura. In quibus precipuum me-
tat agni paschalis sacramentum et nove legis sacramenta substituenda in quibus que
excellit dominici corporis sacramentum. Ideo post alia dedit ut memorie discipulorum tenacius
infigeretur et ab ecclesia deinceps frequentaretur. Sub alia autem specie ideo tradidit et a fide-
libus sumendum deinceps instituit ut fides haberet meritum que non est de his que
videntur. Quia fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum.
Et ne abhorreret oculus quod teneret manus et ne ab incredulis nobis insultaretur. In hac autem specie

tradidit, quia res huius speciei expressam habet simili-
tudinem cum utraque re huius sacramenti, contenta scilicet
et significata, et significata et non contenta. Res contenta et significata est
caro Christi quam de virgine traxit et sanguis quem pro nobis
fudit. Res autem significata et non contenta est unitas
ecclesie in predestinatis, vocatis, iustificatis et glorificatis.
Hec est duplex caro Christi, de qua Ieronimus ait: Dupliciter
intelligitur caro Christi vel illa que crucifixa est et sep-
ulta, vel alia spiritualis atque divina, de qua ipse dicit:
Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus.
Et iterum: Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem, et ego in eo
etc. Sunt itaque tria in hoc sacramento consideranda.
Unum quod est sacramentum tantum, alterum quod est sacramentum et res,
tertium quod est res et non sacramentum. Sacramentum et non res est
species visibilis panis et vini. Sacramentum et res caro Christi
propria et sanguis. Res et non sacramentum est mistica
caro Christi. Porro species illa visibilis sacramentum est
gemine rei, contente scilicet et significate. Sacramentum enim
vero est sacre rei signum. Et species illa utramque rem signat
et utriusque gerit expressam similitudinem. Nam sicut panis
pre ceteris cibis corpus reficit et sustentat, et vinum hominem
letificat atque inebriat, sic caro Christi interiorem hominem
magis ceteris gratiis spiritualiter reficit et saginat, quemadmodum et san-
guis Christi spiritualiter letificat et sic inebriat, vel ut sobrium reddit.
Unde: Calix tuus inebrians quam preclarus est. Habet etiam similitudinem
cum re significata tantum, que est unitas fidelium, quia sicut ex
multis granis conficitur unus panis et ex pluribus acinis
vinum in unum confluit, sic ex multis fidelium personis uni-
tas ecclesie constat. Cuius etiam sacramentum est corpus Christi proprium
quod de virgine sumpsit, quia sicut corpus Christi ex
multis membris et ab omni macula peccati immunibus
constat, ita unitas ecclesiastica ex multis personis mun-
dis et immaculatis consistit. In cuius rei typo facta est
archa domini de lignis sethim que sunt imputribilia et al-
be spine similia. Ecce quare in hac specie dedit. Cur
autem totus Christus sub specie panis, totus sub specie vini sumatur,
et non in una tantum sed in duabus dedit? Ideo ut ostenderet se
totam humanam naturam, id est animam et corpus assumpsisse,
ut utrumque redimeret. Panis enim ad corpus refertur, vinum
ad animam, quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes
anime a phisicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur
hoc sacramentum, ut anime et carnis susceptio in Christo et utriusque
liberatio in nobis significetur. Ideo vero apponitur aqua
ut ostendatur nostra receptio facta per Christi passionem et eius
passio peracta pro nostra dilectione. Aqua enim genus humanum
significat. Unde in Apocalypsi: Aque quas vidisti populi sunt et gentes.

Quia salus non posset esse sine passione domini, nec
domini passio sine dei perfecta dilectione. Nisi enim nos dilig-
eret, pro nobis morti se non traderet. Post hoc videndum
utrum a bonis et malis corpus Christi et sanguis sumatur.
Verum prius autem hoc ostendi oportet verum corpus Christi
esse in altari, quod a quibusdam incredulis negatur. Quos
ipsa veritas confutat dicens: Accipite, hoc est corpus meum.
Et sanctorum auctoritates in medium ducte. Ait enim Ambrosius:
Antequam consecretur panis est et vinum. Ubi autem
verba Christi operata fuerint, corpus et sanguis Christi efficitur. Item:
Sermo Christi qui potuit ex nichilo facere quod non erat, non potest
ea que sunt mutare in id quod non erant? Item Eusebius:
Invisibilis sacerdos visibilem creaturam in substantiam cor-
poris et sanguinis sui verbo suo secreta potestate commutat.
Item: Est quidem in peccatoribus et indigne sumentibus
vera Christi caro et verus sanguis, sed essentia non salubri effici-
entia. Item: Multi accipiunt corpus domini indigne, de
quibus ait apostolus: Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Per
quod docemur quam sit cavendum male accipere. Ecce
enim factum est malum dum male accipitur bonum, sicut econtra
apostolo factum est bonum cum bene acciperetur malum, id est dum
stimulus sathane ei datur et patienter portatur.
Ecce ex his sanctorum testimoniis liquet verum corpus esse in
altari, et non modo a bonis verum etiam a malis sumi. His autem quedam
videntur repugnare que silentio pretereunda non sunt.
Ait enim Augustinus: Bonus accipit sacramentum et rem sacra-
menti, malus vero sacramentum et non rem. Ad quod dicimus
sacramentum hic appellari corpus domini de virgine sumptum,
rem autem spiritualem carnem Christi, que est unitas fidelium. Bonus
ergo accipit sacramentum, id est carnem Christi propriam, et rem, id est
unitatem fidelium, igitur augmentum. Malus vero
accipit sacramentum, id est corpus Christi sub sacramento, et non rem,
id est unitatem ecclesie etc. Bonus manducat spiritualiter
et sacramentaliter, malus vero sacramentaliter tantum. Item: Non solo
manducans manducat, manducans non manducat,
id est non manducans sacramentaliter manducat spiritu-
aliter, et manducans sacramentaliter non manducat spiritu-
aliter. Ad quod videtur illa collecta pertinere: Perficiant in nobis
domine quesumus tua sacramenta quod continent, ut que nunc specie
gerimus rerum veritate capiamus. Perficiant, id est sicut per hec sacramen-
ta sub specie sacramentali carnem Christi sumimus, ita et
rei veritate, id est spiritualiter carnem Christi sumamus. Vel aliter:
Perficiant in nobis etc., id est post hec sacramenta prestita nobis
ut qui Christum sub sacramento videmus et sumimus
in futuro eundem facie ad faciem sicut est videamus.
Illud quoque huic auctoritati contraire videtur quod Veritas dixit:

Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis et bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. sed sacramentum aliquod commendavi vobis. Et his verbis calumpniatores veritatis audaciam sumunt oblatrandi nobis quibus ne amplius errare liceat illud involutum evolvimus. Non hoc corpus etc. id est non in hac specie manducaturi estis, sed in sacramento non morsibus discerptum et laceratum ut vos putatis sed integrum et illesum. Cum ergo panis et vinum a sacerdote dicatur et a cunctis fidelibus credatur transire in substantiam corporis et sanguinis. quae sit illa conversio an formalis an substantialis quaeri solet. Quod autem formalis non sit manifestum est quia forma panis et vini remanet. Utrum vero substantialis sit perspicuum non est. Quidam dicunt sic substantiam in substantiam transire ut convertitur quod sub illis accidentibus sub quibus prius erat substantia panis et vini post consecrationem est substantia corporis et sanguinis quibus tamen ipsum corpus non afficitur. Nos autem incerta relinquentes quod ex auctoritatibus certum est profitemur. scilicet substantiam panis et vini in substantiam corporis et sanguinis domini converti, modum conversionis ignorare non erubescimus fateri. De pane autem substantia quaedam remanent scilicet color. sapor. forma. pondus. quae prius substantiae accidentia fuerunt quae nec ipsum christi corpus afficiunt nec in eo fundantur. Si vero quaeritur ubi fundantur dominus nobis potius videtur quod sint sine subiecto quam in subiecto. De fractione etiam illa quaeri solet quae ibi fit videtur aut visus rei et in qua re fiat. Cumque non sit ibi alia substantia quam corpus christi sed in aliqua substantia est in ipso corpore esse videtur sed econtra cum ipsum corpus incorruptibile sit quia immortale est et impassibile in ipso non esse videtur. Unde et christus redarguit carnalem sensum discipulorum qui putabant christi carnem sicut alia in partibus esse dividendam et morsibus lacerandam. Ideo plures dicunt quod non est ibi fractio sed videtur tantum. Quibus obicitur quod ait ambrosius. Nichil falsum putandum est in sacrificio veritatis et sicut fit in magorum prestigiis ut delusione quadam fallantur oculi ut videant esse quod non est. Ad quod illi dicunt. Non fallit nos visus nec fallitur quod esse sicut et cetera sic frangi ut videtur nec illusio est quia ad utilitatem fidei non ad deceptionem fit. Alii dicunt quod ibi fit fractio non quidem in corpore sed in ipsa forma panis sacramentali quod videtur apostolus velle dicens. Panis quem frangimus. Item augustinus. Quando christus manducatur vita manducatur. partes de illo facimus et quidem in sacramento sic fit. Item. Unusquisque partem suam accipit per partes manducatur et manet integer. Ecce his patet quod integrum et incorruptum corpus christi manducatur et si fractio et partitio ibi est non in ipso sed in sacramento esse videtur.

Alii dicunt quod ubi sit fractio et nulla res ibi frangitur. Sicut enim sunt ibi accidentia sine subiecto sic mirabiliter potest esse ibi fractio in accidenti et sine omni re que frangatur. Magnum enim est et inscrutabile istud misterium. Unde ambrosius. Quid queris naturae ordinem in christi corpore cum preter naturam sit ipse dominus partus ex virgine. Credere iubemur discutere non permittimur. Sciendum est quod licet diverse sint ibi species panis et vini. non tamen duo sacramenta dici debent sed unum quia sub utraque specie id sumitur. Sciendum est quod in prolatione illorum verborum hoc est corpus meum et hic est calix misterium consummatur et panis in corpus christi convertitur. Solet etiam queri quale dederit apostolis. Dicimus quale tunc erat id est passibile et mortale. Preterea queri solet si non est ibi substantialis conversio ut quibusdam placet. sed quadam locutione impropria dicatur transire converti. hoc illud esse quod sub illis accidentibus sumatur sub quibus erat substantia panis et vini quid de ipsa substantia panis et vini factum sit. Ad quod illi respondent et in preiacentem materiam resolutam aut in nichilum redactam quod potest ille facere qui de nichilo cuncta creavit. Solet etiam queri si aqua oblivione et negligentia non apponatur an ratum sit. Quod cum de auctoritate nobis certum non sit non assertione nostra quod videtur dicimus. quia si non animo inducendi heresim sed oblivione pretermittitur non ideo minus conficitur. sed obliviosus graviter puniendus est. Neque ita ag. addunt. Illud etiam sciendum quod a brutis animalibus corpus christi non sumitur etsi videatur. Quid ergo sumit mus. Quod manducat. Forte nichil et substantiam panis sub specie sua reductam. Post hec partes ille que ibi videntur quid significent videamus. Triforme est corpus christi. Pars oblata in calicem missa corpus christi quod iam resurrexit monstrat. Pars comesta ambulantem adhuc super terram. Pars in altaribus usque ad finem remanens misse corpora sanctorum usque in finem seculi in sepulcris iacentia. Sequitur. Quotienscumque.

Quotienscumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annuntiabitis donec veniat.

Quotienscumque. Hic exponit in qua christi commemoratione sumatur mortis sue. ostendens debere sumi in memoriam passionis. Quotienscumque enim m. p. h. et c. b. m. d. quod vobis traditum an. id est representabitis quod usque fieri est donec dominus veniat ad iudicium. quia hic non mutabitur

Hic ubi fiat illa non tamen illa augeatur non concedit quod hoc est illa de dici possit. Alii a sic dicunt hanc in illam transire hoc converti.

Itaque quicumque manducaverit panem et biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et im

usq; tc̄ sicut sacramenta uictor͡s. quia in commemoratiōe morti deb; sumi.
I taq; quicūq; m. hc̄ pa. ul' bi. ca. d. ī. r. e. c. e. s. d. Ecce ex his patet qd̄ ea
scā obsunt malis. in bonis sunt ad salutē. in malis ad iudiciū. utiq; sc̄m;
quod accipimus. nec iō reus est qui accipit quia illa res mala ē q̄ accipit
s; quia ille malus male accip̄. qd̄ accipit. Quā cauendū ē ḡ male accipe
bonū quam male acceptū ob; mal' sic econuerso mala pacient̄ portata p̄sūt
bonis ut paulo angls sathane. Attende quod ait qui manducat ubi. ī dig.
Indignus est qui aliter celebrat misteriū eucharistie quā a xp̄o traditū ē. ī q̄ n̄
deuota mente accedit ad eucharistiā. ut in uoluntate peccandi manens
ī ille talis reus ē c. ī s. d. quia bn̄ficiū eius in uitiū duxit. Et reus. rc̄. ī. de bono
male sumpto maculā trahet. Iō recte apl̄s consulit subdens. P robet aūt
ho. ī examinet ī purget seipsū. ut si peccā sunt cotidiana ī n̄ sit ī mortif-
era dimittat confiti accessurus ad altare ī dicat. Dimitte no. d. n. s. ī. n. d. d. n.
ī sic securus accedens de pane illo edat ī de calice bibat. Panis est salutaris non
uenenū mortiferū quod dedis. s; uide si dimittis debitoribus. Nā si n̄ dimit-
tis mentiris ei mentiris quē non fallis. Mentiri deo potes s; ipsū falle n̄ potes.
Intus enī te inspicit ī examinat. Dico p̄b; sequisq; nā qui aliter agit morte
sumit. Ih est quod subdit. Q ui enī manducat ī bibit indigne. ug.
in ānime est ī qui irreuerent̄ tractat iudiciū. ī. dampnatiōe man. ī bib-
it sibi non t̄. Secure ḡ tollā malū bonus ut uenia ad p̄mia bonorū solo
eum pot' te inquinare malus. Nā ī iudas cū petro conuisari potuit s; eū inq̄-
nare non ualuit. ī ad ipsā dn̄icā cenā parit' accessit s; petrus accepit ad uitam
iudas ad mortē. Non. rc̄. e. Ap̄e h̄ iudicium manducat qui indigne mā ducat
quia n̄ ē diiudicans. ī. discernens corpus dn̄i. ab aliis cibis s; indiscrete ī negligent' su-
mit ueneratione singlarē ī debitā non exhibens. P' hoc docet deuote ī cū ti-
more accedendū ēe ad comunionē quia dn̄s est cuius caro sumit' ī grā iudem
redde redemptori. ¶ Q ueritur an cotidie sit sumenda eucharistia an e-
ligendi sint dies quibus homo purius conuenientiusq; uiuēs ad tant' sac'-
mt' dign' accedat. Hinc eq̄ō in recte respōd; qui monet ut p̄ papue ī xp̄i pace p̄
maneat ī uṅqsq; faciat qd̄ s' fidē pie cr̄dit esse facāē. Nā ī zacheus ī centurio c̄
alt' xp̄m in domū suam gaudēs recepit. alt' u' dix'. Non sū dignus ū. rc̄. s. t. m.
saluatorē honorificauit. licet diuiso r̄ q̄i contrario m̄. Ad hanc ē̄ similitudinē ualet quod ī antiq̄ p̄p̄lo unicuiq; pro
manna s' p̄am uoluntatē ī ore sapiebat. Sic ī ore cuiusq; x̄ani corpus xp̄i ī cotidie ī c̄tis diebus sūpt'. Nā aliqs hono-
rando n̄ aud; cotidie sumē ī ali' honorando n̄ aud; ullo die p̄t'mittē. Conteptū solū n̄ uult iste cib; sic manna
fastidiū. Iō apl̄s contēptos q̄ acc̄tis cibis singulari uenatiōe hc̄ n̄ discnebat ait. Qui mand. ī b. ī. ī. s. manducat ī b.
I addit. Non di. c. d. Item qr̄ q̄m hic aliqs manducās dicat' iudiciū manducare ē dn̄s dicat. Qui manducat me
ipse u. p. m. Ad qd̄ dicim' duo' esse modos manducādi. unū sacr̄ntalē q̄ manducāt tā mali q̄ boni altū sp̄ulē
quo soli boni manducāt s' illud. Quid ē xp̄m manducare. Non ē h̄ solū ī sacr̄ntō corp' eius accipe s; ī ipo manē ī
hr̄e ip̄m ī se manētē. Sp̄ualit' enī manducat qui in unitate xp̄i ī eccle q̄ ip̄m sacr̄m̄t' sig̃at manet. Hī āq̄ quid c̄-
credat q̄ xp̄o n̄ carnē x̄ manducat n̄ sanguinē bibit ī si tantū rei sacramt' ad iudiciū cottidie accipiat. De hac
sp̄ali manducatiōe ait aug̃. Ut quid paras dentē ī uentrē. Crede ī manducasti. I ō int' uos. rc̄. Hic
imaginē iudicii futuri ostendit in eos qui inconsiderate corpus dn̄i accipiunt.
ū hinc ceti discernant n̄ inultū esse corpus dn̄i irreuerent' accipe ī ex' plo illor'
ī ti emendentur. e. Quia indigne sumunt. Iō int' uos multi sūt infirmi
febrib; ī aliis infirmitatib; ī imbecilles longa inualitudine ī multi dor-
miūt. ī. moriuntur morte corpali. Hoc aūt fit ad correctionē alior'. Quod si nos. e. Ita hec mala ex in

aug̃ s. io.
aug̃
aug̃ dr̄ nt
ao aug̃ ad ia nuariū.
ao aug̃ ī ser. de basis. s. s.
aug̃ de ub̄ apl̄i. aug̃ ī li. sniāy ps.
N
aug̃ dr̄ nt
dr̄ nt
aug̃

becilles et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus non utique iudicaremur.

diiudicaremus penitendo et timore tamquam carnifice nos torquente et quicquid animae confitendi sanguis per lacrimas perfluxit non diiudicaremur. id est punirentur a deo. Namque quicumque se iudicaverit non dampnabitur. Versetur quasi ante oculos ymago iudicii futuri et ascendat homo adversum se tribunal mentis sue constituat se ante faciem suam atque constituto in corde iudicio adsit accusatrix cogitatio et testis conscientia et carnifex timor. Inde quidam sanguis animae confitentis per lacrimas perfluat. Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur ut se indignum homo iudicet participatione corporis et sanguinis domini. ut qui separari a regno timet per ultimam sententiam ad tempus per ecclesiasticam disciplinam a sacramento celestis panis separetur. Indigne enim accipit si tunc accipit cum debet agere penitentiam. Qui prius se iudicet et severitate penitentie se correxerit non a se ipso iudicatur non iudicetur a domino. Peccata enim sive parva sive magna sint inpunita esse non possunt quia aut homine penitente aut deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta divina si confessio precurrat humana. Unde ait. Si nos diiudicaremus non utique iudicaremur id est puniremur: et predictis infirmitatibus et pena eterna. Sequitur. Cum iudicamur autem a domino etc. Dico non iudicaremur sed non iudicium temporalis pene aliis est utile

Cum iudicamur autem a domino corripimur ut non cum hoc mundo dampnemur.

quia dum iudicamur his temporalibus penis a domino corripimur secundum alios quia timore pene nostre alii emendantur. Vel nos ipsi corripimur pena nostra qua iudicamur id est punimur quia eisdem et qui patiuntur pena purgatio est. Aliquando purgatio ut propheta ille addo qui prohibitus ab alio propheta comedit sicut legitur in libro regum. Hec dicit dominus. Quia inobediens fuisti et non custodisti mandatum quod precepit tibi dominus et reversus es et comedisti panem et bibisti aquam ubi precepit tibi ne comederes et biberes non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum. Dictum enim erat illi ut in Samaria predicaret et non ibi comederet. Ipse tamen comedit ibi. Unde illud minatur ei dominus per alium prophetam quod in post mortem non esset pena nichil sensuro cadaveri tamen et humanum effectum quem habebat ad carnem suam potuit inde terreri ut contristari vivus de eo quod non erat sensurus mortuus et ita inobedientia prophete puniri potuit ne ad supplicium tartareum eius anima raperetur. Unde subdit. Ut non dampnemur cum hoc mundo id est cum infidelibus. Namque infidelis est qui indigne ad mensam domini accedit.

Itaque fratres mei cum convenitis ad manducandum invicem expectate. Si quis esurit domi manducet ut non in iudicium conveniatis.

Itaque fratres mei ne similis vobis pena contingat omnes, cum convenitis ad ~~mand~~ similitudinem dominice cene ad manducandum corpus Christi invicem expectate. Verum in dum omnes conveniunt ut multorum oblatio in simul celebretur et omnibus ministretur. Si quis esurit et impatiens non vult expectare manducet domi suos cibos id est pane terreno pascatur nec prius eucharistiam sumat. Ideo ita ordinate et sine scismate faciendum est vobis ut non conveniatis in iudicium dampnationis. Cetera autem etc. Hoc tenete quod dixi. Cetera vero de eodem id est que ad eiusdem sacramenti ordinem pertinent cum venero disponam. Sed his carere non potestis. Ex hoc capud nostre salutis ordine agendum ostendit ubi si erratur non leve est peccatum. Cetera vero que ad edificationem ecclesie pertinent in adventu suo ordinare promittit.

Cetera autem cum venero disponam.

Sequitur. De spiritualibus autem etc. Postquam docuit qualiter misterium eucharistie celebrari oporteat agit de donis spiritus sancti. Sed per quorum maioribus alii superbiebant et minores invidebant et desperabant quia numquam habituri de quibus et in discrete sentiebant. quia maioribus minora preponebant ut linguas aliqui et spiritui sancto non attribuebant dona que habebant sed hominibus ut ydolis. a. De illis post disponam sed cum venero sed de spiritualibus id est de donis spiritus nolo vos o fratres ignorare. quod virtus hec vel non sit scissura

XII.

De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis.

sed par inter vos. Scimus. Antequam dona spiritus sancti distinguat de fonte singulari omnium illorum id est de spiritu sancto prius agit et dicturus quia omnia bona sunt a spiritu sancto premittit simile in contrario dicens. Scitis ut exprobrati quoniam cum essetis gentes et gentiliter viventes vos eratis euntes. nomen est. a. assidue. id est

Marginal notes: aug. de pen. — Id. — aug. ad ianuar. — aug. de penitent. — aug. ad lu... — amb. — aug. — in paucis enim omnium emendatio. — aug. ad paulin. epm. — aug. eod. — amb. — amb. — amb. — amb.

putabat ita nunc ex spiritu dei omnia bona esse credat. Dicit ergo. Ideo notum etc. quasi dicat quia malus spiritus

ambrosius

hoc est uobis assiduitatem notat ad simulacra muta. cum impietati ratio repugnat prout ducebamini a maligno spiritu. Nota quod spiritualia illis traditurus apostolus priorem conuersationem eorum commemorat ut sicut fuerint tunc imago ydolorum ita nunc sint imago dei. Sequitur Ideo notum etc. Quia rationem spiritualium ignorantes per singula carismata hominibus magis quam deo gloriam dabant nescientes hec dona a spiritu sancto ministrari. Ideo in omnibus ostendit laude dei esse gratiam ut sicut cum ymago ydoli fuerint totum malum fuit et hoc non bonum uult uos retractos a bono ad uitandum irrationabile malum. Ideo latet Ideo enim per hoc facile uobis notum facio quod per spiritum dei abstinetur a malo et fit bonum in hoc est quod ait. Hoc in qua notum facio quod nemo loquens in spiritu dei cogitando loquendo operando dicit simul tribus modis scilicet corde ore opere anathema ihesu id est aliquam superstitionem a ihesu id est quodlibet peccatum mortale per quod separetur a ihesu quod est dicere per spiritum sanctum abstinetur a malo tunc quis scelus tumpit a corpore non habet spiritum. Ut ita. Nemo loquens in spiritu dei loquitur adeo minorem esse deo quantumcumque sit predicere uel cogitatione uerbo uel facto dicit anathema id est separationem uel blasfemiam adeo uel minorem deo quantumcumque sit predicere uel cogitatione uerbo uel opere ihesus est dominus et ego seruus eius sum nisi in spiritu sancto id est non per spiritum sanctum. Ipse enim dicit ille qui uoluntate sua uirtute soni uoce enuntiat. Ipse ergo apostolus posuit hoc uerbum quod est dicere significans uoluntatem et intellectum dicens. Dominus ihesus uerbum generale dicendi modum posuit dicens. Non omnis qui dicit mihi domine domine id est et cetera. Secundum quemmodum dicere qui nec uult nec intelligit quod dicit sed ille dicit qui uult et intelligit quod nemo potest nisi in spiritu sancto quod est dicere bono patri omne bonum est per spiritum sanctum tunc maior non despiciat minorem quia nichil habet a spiritu sancto. Et hic apostolus alios uehementer redarguit qui hominibus diuina beneficia tribuebant ostendens nullum beneficium esse humanum sed donum dei. Dicitur nemo in spiritu dei loquens dicit anathema quod uox ex humano errore est ut omne falsum. Et nemo dicit ihesus est dominus nisi a spiritu sancto a quo est omne uerum. Omne uerum a quocumque dicatur a spiritu sancto est. Non enim adulatione hominum ihesus dicitur dominus ut est in ydolis quae ex hominibus dii dicuntur et non sunt. Hoc enim adinuenit diabolus ut deus diceretur qui non est sed quod ihesus dicitur dominus spiritus sancti uita est pessimum. Honor ergo fauor hominum et beneficium quod ihesus dominus dicitur sed donum dei quod mistum sunt hominibus declarauit. Nec quibus dicit prestat beneficium religionis sed accipit ut gratia hominum est quod ydola dii dicuntur cum non sint. Ydoli autem cultores eorum hominibus subiecti sunt. In regula uero et cetera nominatum est quia prestant religioni beneficium dicentes ihesum esse dominum sed accipiunt unum humiliari debent ut pacantur se argui non querant adulationibus delirari.

(Verse) Diuisiones uero etc. Premisso fonte gratiarum ipsas gratias diuisas ostendit etc. Hoc est commune omnibus quod nemo potest uitare malum et facere bonum nisi per spiritum sanctum sed diuisiones gratiarum sunt id est gratie diuise sunt. Non ergo minor desperet nec maior superbiat. dominum audit gratias. Gratias autem hic appellat diuersos gradus ordinationes qui sunt in officiis ecclesie. Sicut enim quod dicit ihesus est dominus ex gratia habet ita in officiis ecclesie gratia est quod non est diuisa per tres personas. Sed indiuise tamen personas id est patris et filii et spiritus sancti. unum est opus quas posuit subsequenter significat per tria nomina quod ponit. Scilicet spiritus dominus deus. Ut gratias hic dicat ipsas uirtutes gratis quae dantur a deo et datas sicut fidem spem caritatem et cetera. Diuisiones gratiarum sunt id est donorum spiritus sancti id est uirtutum que gratis dantur. Idem autem spiritus est dator omnium eque quantum ad se benignus omnibus. Diuisiones ministrationum sunt quibus alii aliis subseruiant idem autem dominus scilicet filius dans singulis pro arbitrio suo. Et diuisiones operationum sunt quia sunt opera maiora et opera minora idem uero dator scilicet deus pater. Nota quod prius uirtutes significauit dicendo gratiarum quarum effectus significat dicendo ministrationum et operationum. Ex eis enim effectus sequitur ad primos ministratio quantum ad se operatio. Quod uero dicit singulariter dominus spiritus deus eadem personis substantia intelligitur dicitur sed trinitas personis. Deus pater et filius et spiritus sanctus alia et alia separatim operari uidentur ex eo quod spiritui gratias et domino ministrationes et deo operationes supposuit omnia referens ad unum deum subdens. Qui operatur omnia necessaria in omnibus non uni omnia tribuit sed in omnibus omnia operatur quod nichil habet quisque in se habeat ab alio et sic maneat caritas et humilitas. Si uero humiles es et amas unitatem et habes quod quisque in illa aliquid habent.

quoniam cum gentes essetis ad symulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum uobis facio quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema ihesu. Et nemo dicere potest dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt idem uero deus qui operatur omnia in omnibus.

ambrosius
augustinus
augustinus
augustinus de sermone domini in monte
ambrosius
ambrosius
ambrosius
augustinus super io

Unicuique datur ma
nifestatio spiritus ad uti
litatem. Alii quidem
per spiritum datur sermo
sapientie, alii autem ser
mo scientie secundum
eundem spiritum.
Alteri fides in eodem spiritu.
alii gratia sanitatum in
uno spiritu. alii operatio
uirtutum. alii prophetia.
alii discretio spirituum.
alii genera linguarum.
alii interpretatio sermonum.
Hec autem omnia operatur
unus atque idem spiritus.
Diuidens singulis prout uult.

Tolle inuidiam et tuum est quod habeo. Liuor separat caritas iungit. Sicut in
humano corpore oculus solus uidet sed non sibi soli sic spiritum sanctum habes ecclesiam amas
habes ecclesiam amas si in eius compage et caritate consistis. Hec caritas est donum spiritus sancti
quod superat omnia ut post dicit. Unicuique autem et cetera. Diuersa sunt dona et non — dānb
ad uirtutem alicuius hominis singulariter dantur sed ad utilitatem ecclesie edi
ficande quod ita ait. Unicuique autem datur manifestatio spiritus id est gratia per quam patet quod in eo
est spiritus sanctus ad utilitatem ecclesie. quia et in minori qui est in ea prodest. Nota quod — aug. ad dar
deus cum sit natura incorporea et incommutabiliter una eterna stabilitate et — danum de pre
se ipso manens totus adest rebus omnibus et singulis totus sed in quibus habitat habet — tia dei.
eum pro sue capacitatis diuersitate. Alii amplius alii minus quos ipse sibi di
lectissimum templum gratia sue bonitatis edificat. De quibus exequitur
apostolus per partes determinans quod dixerat. Alii quidem per spiritum non per meritum
datur sermo sapientie alii autem sermo scientie secundum eundem spiritum. Distinguit inter sapientiam et scientiam. Sapientia — aug. de tri.
que est in contemplatione eternorum in quo deus est in eternum non deus est solus immutabilis est non. Scientia
que est in actione temporalium. Unde in iob. Ecce pietas est sapientia. abstinere a malis
scientia est. Pietatem in hoc loco posuit dicunt quia grece dicitur theosebia id est cultus dei quod
est nisi amor et cognitio eius. Scientiam quam dixi nimis est abstinere a malis
rerum procul dubio temporalium. Quia in temporalibus mala sunt in quibus
caute et prudenter conuersandum est. Cui autem datur sapientia quasi solem cui scientia
luna in nocte scilicet illi quibus cetera dantur stelle sunt quia hec in hac nocte ne
cessaria. Unde in psalmo. Solem in potestatem diei lunam et stellas in potestatem noctis. Et nota quod non simpliciter ait
alii datur sapientia alii scientia sed ait sermo sapientie sermo scientie per hoc significans quia non so
lum datur sapientia id est de diuinis intelligentia et scientia de humanis sed etiam ut ex eis sermo in
aliis possint eloqui. Sequitur. Alteri fides datur id est constantia fidei et
sermonis in eodem spiritu. Uide quod et fides inter dei munera est. Non ergo sola — aug. in lib.
caritas sed caritas cum fide a deo nobis est. Alii datur gratia sanitatum curan — retractationum
di infirmos id est in uno eodem omnibus spiritu. Alii operatio uirtutum id est miraculorum que
sunt contra naturam. Alii prophetia id est predicere futura alii discretio spirituum ut discernat quod audis — aug.
quo spiritu bono an malo dicatur quia et diabolus bona seductione dicit. Alii
genera linguarum id est loqui diuersis linguis. Alii datur interpretatio sermonum id est linguarum ut tan
tum non ut ioseph. ut sermones alicuius allegorice pronuntiationes que sunt in prophetis et euangeliis.
Hec autem omnia et si diuersa sint operatur spiritus sanctus unus et substantia cum patre et filio atque
idem id est inuariabilis. Ecce quod superius dixit tres operari hic spiritum sanctum agere profitetur. — dānb
Quia enim unum non sunt quod unus operatur tres operantur. Itaque spiritus sanctus cooperator est patris et filii. Ideo autem dixit unus atque idem sed — aug. in psalmo xxvii
ne tot putentur quot operantur non quod sine patre et filio spiritus sanctus operetur. Inseparabilis enim est operatio trinitatis ita ut cum — aug. de blasfemia
operatio patris dicatur non ea sine filio et spiritu sancto intelligatur operari et cooperatio filii non sine patre et spiritu sancto et cooperatio spiritus sancti non sine — spiritus sancti.
patre et filio. Uide quod apostolus dicit hic spiritum sanctum dare dona. Alibi uero dicit quod datus est ut cum ait. Accipite spiritum sanctum et cetera. Ideoque — aug. de tri.
ammonendi sunt legentes qui donum diuinum uident dictum spiritum domino dicente. Accipite spiritum sanctum ut cum audiunt — in li. xv.
dici donum spiritus sancti illud genus locutionis agnoscant quod dicit apostolus in expoliatione corporis carnis. Sicut enim corpus
carnis nichil aliud est quam ipsa caro. ita donum spiritus sancti nichil aliud est quam spiritus sanctus. In tantum ergo donum dei est in quantum datur eis quibus datur. — Intellige.
Apud se autem deus est et si nemini detur quia deus erat patri et filio coeternus antequam alicui daretur. Nec quia illi dant et ipse — a trinitate
datur ideo minor est illis. Ita enim datur sicut dei donum ut et se ipsum dedet sicut deus. Non enim dici potest non esse sue potestatis
de quo dictum est. Spiritus ubi uult spirat. Cum enim datur a patre et filio sua uoluntate datur et ipse id est omnia operatur.
Diuidens singulis non ipse diuisus prout uult sic quidem est qui solus nouit quid conueniat et gratis dat non ad me — aug.
ritum. Unde nec minori est dolendum de maiori dono alterius nec maiori superbiendum contra minorem [illegible].
Sicut enim et cetera. Ideo diuisis diuersa dat dona quia sicut corpus humanum unum est coniunctione membrorum et cetera.

diuisa membra oĩa aũ mẽb⁹ corpis quamuis sīt mlta unũ tñ corp⁹
subministrando. Ita ⁊ omnes fideles sūt xp̃c ũ ñ dicã corp⁹ xp̄i q̄ ip̄e x̄
aug⁹ sūt tã minores quã maiores. Cap̄ enĩ ⁊ corpus dr̄ xp̄c pp̄ ineffabilem
unitatē capitis ⁊ membroꝝ. Etenĩ n. o. Ostendit quomodo corp⁹ x̄
unũ sit. i. quomõ omnes fideles unũ sint. o. P̄h; unũ sumus. Etenī.
i. q̄ nos o. siue iudei siue gentiles. qui sunt natiõe diuisi siue ser
siue li. qui sunt cõditiõe diuisi. baptizati. i. abluti in uno sp̄u. s.
ducti sumus in unũ corp⁹. i. inh ut possimus unũ corp⁹ unanime
p̄ illũ unũ sp̄m ut totũ corpus hõis una aĩa uegetatur. Ita enim
aug⁹ un⁹ sp̄c. s. fac̄ omnia in mẽb̄s corporis x̄ sic una aĩa uid; in oclõ au
dit in aure ⁊ in ceťis omnib; omĩa fac̄. Et ĩ p̄ hoc sumus unũ corp⁹
x̄. i. quia omnes sumus potati. in acceptione diuisoꝝ donoꝝ sp̄c
s. ⁊ h̄ in uno sp̄u. s. coop̄ante. quo omnia dona ad unũ efficiẽd⁹
amb dirigit. Inõ nullus p̄ t contempnendat p̄ferenda est q̄ ex se
amb p̄fcã sit. nec hominibus glã dĩ danda quia unus idẽ ds̄ omnia ĩ
oib; opat̄. N am ⁊ c̄. Ostendit p̄ similitudinem humani cor
poris. unitatē sicut humani corporis unitas ñ ĩ singularitate 9sis
tit. s; ĩ multis membris ut inuicē sibi p̄stent quod debent. o. Bn̄
amb omnes fideles sunt unum corp⁹. Naã ⁊ corp⁹ humanũ cui ecclã sil̄r.
non ē unũ mẽbrũ s; multa. ita in ecclã non sunt uni⁹ officii ⁊ doni
ĩ quia id̄ sp̄c dat omnia. Si dix̄it pes. i. aliquis cui donum inferi⁹
ab datum; q̄m ñ sũ manus. i. tam dignus sic ille cui op̄at⁹ uirtutũ dat̄
ñ sũ de corpe ñ iõ ñ ē de corp⁹. Ut quia enĩ de p̄mis ñ ē. ñ iõ ñ ē ne necessariis
ceťis. Et simil̄r si dix̄it auris. i. ille qui h̄t sciam q̄ ñ sũ oc̄s. ut
ille qui h̄t sermonem sapiē ñ sũ t ñ iõ ñ ē de corpore. Est utiq; q̄
si ñ ē ill̄d p̄ esse aliud. It̄. si totum corpus ēēt oc̄s ũ ēēt audit⁹. i. au
ris. ⁊ si totum ēēt audit⁹. i. auris. ũ ēēt odoratus. i. nares. Eg ↄ
ab intelligitur ille cui datur discretio sp̄uũ. o. Si in ecclã omnes ēēnt
unius officii quomodo impl̄ēt necessitas corporis. cui gubnatioi
diuisis opus ẽ; N unc aũ. o. Sed p̄p̄ h̄ inconuenientia uitanda
nc̄ posuit ds̄. i. p̄uida ⁊ rationabili uoluntate apparuit mẽbra
diuisa in corpore ut nichil desit illi ita in ecclã diuisas p̄s quib⁹
ĩbuit munera diuisa. ⁊ unũqdq; eoꝝ mẽbroꝝ. s. mai⁹ t min⁹ posuit
in corpe. i. institutiõe corpis. sic uolũ. i. sic sibi uisũ ē. Quod o mlta
membra sunt ĩ corpore quod si essent oĩa unũ mẽbrũ ũ ēēt corp⁹ q̄ ñ ñ
diuisis subsistēp̄. o. Nõ impedit multitudo sensuũ s; ĩ corp⁹. Ita si
ĩ ecclã oĩ ēēnt uni⁹ officii ⁊ dignitatis ñ dicēnt mẽb⁹ neq; corp⁹. Sed ñ
ne corpus p̄eat. multa quid̄ mẽbra s̄ ũn ã corp⁹ ẽ
de omnibus. Non p̄t̄ a. o. Diuisa sunt membra s;
maiora non possunt dr̄e minoribus quod eis ñ
egeant ⁊ hoc ē quod ait. ñ p̄t a. d. o. m. o. t. ñ idi.
amb quia si oculus p̄uid; manus opat̄ aut tũ cap̄
amb p̄. ñ p̄ dr̄e ñ e. m̃ n. ita ⁊ in ecclã potior ñ p̄ dr̄e
inferiori ñ es m̃ necessarius. Pot̄ enim aliquid hu
ius q̄ ñ sublimius p̄ terrũ quod ñ p̄ aurum.
ambr̄ Ipã ĩ dignitas sine subiectis contemptibilis ē. S; multo mag⁹. m. c. q̄. u. ĩ. ēē. infirmiora necia s̄. aliqñ. hõ

Sicut enim corpus unum
est et membra h̄t multa.
omnia aũ membra corpis
cum sint multa unum cor
pus sunt. Ita et xp̄c. Eteni
in uno sp̄u omnes nos in
unum corpus baptizati
sumus siue iudei siue gen
tiles. siue serui siue liberi.
⁊ omnes uno sp̄u potati
sum⁹. Nam et corpus nõ ē
unum membrũ s; multa.
Si dix̄it pes q̄m non sum
manus
de corpore non iõ non est
de corpore. Et si dix̄it
oculus aũris quia nõ sũ
non sum de corpore ñ iõ
non ē de corpore. Si totũ
corpus oculus ũ audit⁹.
Si totum auditus ubi ē odoratus.
Nunc aũ posuit ds̄ membra unũ
quodq; eoꝝ in corpore sic uoluit.
Qd̄ si ēēnt omnia unũ mẽbrũ ũ corp⁹.

Nunc autem multa quidem membra unum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui opera tua non indigeo. Aut iterum caput pedibus non estis michi necessarii. Sed multo magis que videntur membra corporis infirmiora esse necessariora sunt. Et que putamus ignobiliora membra esse corporis his honorem habundantiorem circumdamus. Et que inhonesta sunt nostra habundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed deus temperavit corpus ei cui deerat habundantiorem tribuendo honorem. ut non sit scisma in corpore. Sed in id ipsum pro invicem sollicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum compaciuntur omnia membra. H Vos autem estis corpus christi.

ipsa inferiora a superioribus non debent sperni sed amplius honorari. Unde subdit. Et que putamus ignobiliora membra esse corporis his circumdamus h. h. u. Ita et minus digni in ecclesia exhortatione necessaria sunt qua illis aliquis honor detur ut fiant utiles. Et que inhonesta nostra sunt ut pudenda habent habundantiorem honestatem a nobis celantibus ea. Attende quod ait inhonesta. Absit ut in membris secretorum sit aliqua turpitudo sed dicuntur inhonesta quia non habent eam speciem decoris quam habent ea que in promptu sunt. Vel propter legem membrorum que de peccato venit non de prima institutione nature. Non usus membrorum illicitus temporis sed non membra ipsa. Ita in ecclesia illi qui per aliquod peccatum inhonesti sunt abundantius adiuvantur consolationibus et orationibus ut honesti fiant. Vel per [illegible] honesta membra significantur quidam fratrum qui cum sint inhonesti egestate et habitu habent tamen habundantiorem honestatem quia sunt aliquando vite mundioris. Sequitur. Honesta autem nostra membra quia per se satis honoris habent nullius egent eorum que illis inhonestis fiunt. Sed per ea talia honoranda et incitanda in quibus studium proprie conversationis ornavit honestas nichil est quod a nobis addatur. Sed deus etc. Honesta nullius egent inhonesta egent. Et hoc fecit deus qui temperavit corpus equaliter tribuendo pro digna membris habundantiorem id est ampliorem honorem ei membro cui in se deerat honor ut ita non sit scisma id est discordia in corpore humano vel in ecclesia ubi debet esse unitas sed omnia membra potius sollicita sint in rebus agendis pro se invicem. Sollicita sint dico ita ut tendant in idipsum id est in id sollicitudinis quod sit ipsum id est indifferens vel non minus pro alio quam pro se solliciti sint. Unde subdit. Et si quid patitur in adversis unum membrum compatiuntur id est compati debent omnia membra quasi suum sit malum. Hoc de membris ambiguum non est quia si oculus vel pes capitur aliqua egritudine totum corpus condolet ita vos decet condolere fratribus si quid adversitatis emerserit et letari si bene cesserit. Unde subdit. Sive gloriatur de bonis unum membrum omnia membra congaudent. Et si quis quereret quid ad nos ista? Respondet subdens. Vos autem estis corpus fidei unitate christi id est capitis et membra pendentia de membro id est de christo capite id est membro nostro. Vel pendentia a me membro cuius predicatione instituti estis. Ecce aperte ostendit se nostram causam per membrorum carnalium rationem tractasse. Et quosdam. Hic determinat de hominibus dei que sint altiora et que sint inferiora quia his putabant corinthii quod minus esset maius et quod maius esset minus et respondit infidelibus diversitatem quam dixit in membris esse. dum subdit. Et quosdam quidem id est diverso positu deus in ecclesia primum dignitate et tempore apostolos vice christi predicantes et omnium ordinatores et iudices. Secundo prophetas. Scilicet misteria scripturarum vel futura revelantes. Et aut de illis qui post adventum christi fuerunt non qui eum prenuntiaverunt. quos qui vult nosse actus apostolorum legat. Tertio doctores. Scilicet precepta mundi dantes vel qui pueros litteris imbuunt. Deinde virtutes id est eos qui miracula faciunt. Exinde gratias curationum id est eos qui infirmos curant. Opitulationes id est eos qui maioribus ferunt opem sicut tytus paulo et archydiaconus episcopis. Gubernationes. Scilicet minorum prelationes ut sunt presbiteri qui plebi documento sunt.

Ambrosius. Ambrosius. Augustinus contra faustum. Ambrosius. H. Ambrosius. Ambrosius.

H Augustinus. Sive gloriatur unum membrum congaudent omnia membra.

·/· idq; nūc meliorē uiā eis ostendit .i. caritatē. q̄si p̄dicte gr̄e ī corpe x̄ sūt.

dn̄b̄ — G̃ na linguaȝ. Ecce dominicū ē multas scire linguas. Et nota quod ultimū ponit, quod illud illi p̄mū ponebāt. N ūq enī .c. Diuisis
h̄ dantur recte quia non in omnib; omnia danda sunt. quia sicn̄ ēēt
quib; h̄ officia seruirent. quod ita ait. Numq omīs sunt apli. Nūq oīs
pphe. Numq omīs doctores. Numq omīs uirtutes. Nūq oīs grām
curationis hn̄t. Numq omīs int̄p̄tantur scripturas t̄ linguas.
dn̄b̄ — E — Monuitq; s; qui hec in se h̄t amet maiūs. 7 meis iam hec h̄t q̄ se n̄ h̄t.
mulamini aūt. Explanauit reddita ratione q̄r diuisas hn̄t grās nec
totū alicui concedatur .i. exemplo huāi corporis. in spiritale corpus
insinuauit. ac p hoc d̄m in omnibus b̄n̄dicendū ostens; .e. Diuisa s̄t
dona s; debis emulamini .i. desiderate caris me .i. utiliora n̄ linguas
dn̄b̄ — ut soletis. Et adhuc. Gradatim illos ad utiliora puehit ostendens
p̄dictas grās n̄ semp ad uitā ꝑtinere. s; ad honorificentiā di. Et ad
dn̄b̄ — huc. s. p̄t p̄dicta demonstro uobis uiam eūndi ad d̄m .i. caritatē.
dn̄b̄ — excellentiorem p̄dictis quia maius omnib; donū ē. quia p̄dicta n̄ sep
ad uitā ꝑtinēt s; ad honorē di ostendendū gentib;. Vn̄ ī fine hi q̄
dicent d̄ne in nomine tuo p. 7 demonia .e. 7 u. f. dicet dn̄s. Recedite
a me non noui uos operarii iniq̄t. Sec. S i linguis ho. lo. Pbat quod
caritas est excellentior aliis quia h alia sine ea non ualent. 7 ea sine istis
dn̄b̄ — ualet. quod ita ait incipiens a lingua. Si linguis ho. lo. quod aliqn̄ dat
alicui ad glām di non ad uitā. 7 angloȝ. Distingue linguis h. s. minꝰ
scientium 7 angloȝ .i. pfectoȝ hominum. Vl linguis omniū. s. 7
angloȝ quibus angli ꝑpositi signant minoribus quod de di uoluntate
p̄mi sētiūt quod fit aliquibus nutib; aut signis. Vl linguis ang. q̄b; s.
ad hoīes missi utūt. Si uq̄ h facia caritatem aūt n̄ ha. q̄ p̄ carē oīb; linguꝰ
loquīs. fc̄s sū ue. et. so. q̄d utilit̄ s̄ ostend̄r aliis ū signat aut cymb tīnies
dn̄b̄ — q̄d s̄ n̄ pd; ē. alios ū delectat nesciens. Ire apta oparatiōis similitudo. Q̄a
sic era militū 7 cābalū īpulsu aliquo n̄ p se resonant. sic loquīs linguis n̄
p se qui nesciat quid loquatur t̄ uirtutē spc̄ pferat ea q̄b; audientes mulceat.
Aug̃ in ps̄o cxi. — Respice ad muria eccle, uniuersis excellentiꝰ caritatis munꝰ 7 cog
noscens. Caritas enim est fons p̄ꝰ 7 singulis bonoȝ cui alienꝰ non
Aug̃ super iohannem — communicat q̄ caritas ut oleū n̄ p̄ p̄mi uimos; superexcellit. Attende
quanta est caritas que si desit frustra hn̄t cetera. Si aū assit alicui hn̄t
omnia t̄ uis et maius q̄ cum h̄t ecpt. spm̄ s. habebit. q̄. si n̄ hn̄erit sn̄
spu s. erit. 7 sicut corpus sn̄ anima mortuū ē. sic anima sn̄ caritate mortua
Aug̃ de mu tacto. u. p. — deputabit̄. Hec ē uestis nuptialis quam iduti conuiue securi discūbr
hac ueste pellitur frig̃ quo frigebat petrus calefaciens se ad pruinā cay
Aug̃ de triṅ — phe. Hec sola est q̄ diuidit int̄ filios regni 7 filios pditiōis. Dant̄ q̄da
alia p spm̄ munia s; sn̄ caritate nich p sūt. Nisi g̃ cui impciatur cuiq;
sp̄s s. ut eum di 7 pxum faciat ama
torē a sinistr̄ non transfertur ad dextam.
n̄ spc̄ pecā donum n̄ p dilectione q̄
cē̄ta tenent̄. Vn̄ d̄ns ait. Qui h̄t da

Aug̃ ī ps̄o cxl. vi. — XIII.

et membra de m̄bro. Et quosdam quidē posuit d̄s in ecc̄ia. p̄mum aplos secdo pphās tertio doctores. deinde uirtutes exinde grās curationum opitulationes gubernationes. gn̄a linguaȝ interp̄tatiōes sermonum. Numquid omnes apli? Nūq̄d omnes pphe? Nūq̄d omnes doctores? Nūq̄d omnes uirtutes? Nūq̄d omnes grām hn̄t curationū? Nūquid omnes linguis loqūnt̄? Numquid omnes interp̄tantur? Emulamini aū carismata meliora. Et adhuc excellentiorem uiā uobis demonstro. Si lin guis hominū loquar 7 angloȝ caritatem aū n̄ habeā: factꝰ sum uelud

bitur ei 7 q̄ n̄ h̄t id q̄d h. a. a. eo. quia qui h̄t caritatē addetur ei. q̄ ū n̄ h̄t 7 si ad tēp̄ h̄t h̄ dona auferētur.

es sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam et noverim misteria omnia et omnem scientiam. et si habuero omnem fidem. ita ut montes transferam caritatem autem non habeam nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem autem non habuero nichil michi prodest. Caritas patiens est benigna est. Caritas non emulatur non agit perperam non inflatur non est ambitiosa non querit que sua sunt non irritatur. non cogitat malum. non gaudet super iniquitate congaudet autem veritati.

habet quod gratia possideat nomen christianum sed non habet caritatem. ut credi res nostras. et ideo quod habet auferetur. Sequitur. Et si habuero prophetiam futurorum quia et mali habuerunt. Sicut balaam et saul et caiphas. et si noverim omnia. id est occulta novi et vetera sicut quod in mali noscunt. ut iudas cum apostolis et diabolus qui ut ezechiel dicit misteria divina novit cum in paradiso dei illum fuisse et preciosos lapides habuisse testatur. sed nichil illi profuit quia sine caritate in superbiam prosiliuit. Et si novero omnem scientiam divinam et humanam ut scribe et pharisei. Unde dominus ait. Vos habetis clavem scientie sed nec intratis nec alios intrare sinitis. Et si habuero omnem fidem. id est de omni re que non est habenda. fidem dico ita perfectam. ut montes transferam. ad litteram. Ut demones a patientibus. caritatem autem non habeam. nichil sum. id est nichil michi prodest ad vitam si illa magna sint. habent illa utique mali quibus et confitebuntur in iudicio vel non audebunt et mirari quibus non dicet non habuistis sed non novi vos quia sine caritate habuerunt. Et si distribuero omnes facultates meas quicquid habeo. in hoc in cibos. id est in necessaria pauperum non divitum qui reddant. Et nota quod ait distribuero. Per hoc enim cautela elemosine docetur ut non uni sed multis detur ut pluribus prosit. Et si tradidero corpus meum. ut laurentius fecit ita ut ardeam. vel ad quod dicunt fit aliquando. caritatem autem non habuero. nichil michi prodest. Sine caritate quippe bene potest esse sed non prodesse. Sic opera bona non ex quantitate sui sed ex caritate plus vel minus prosunt. Impar quippe facultas est multum vel parvum danti sed non impar caritas. et ideo tantum est dare calicem aque frigide quantum fuit zacheo dare dimidium patrimonii. In caritate enim domino sciuntur discipuli christi non in prophetia fide et aliis. Dilectione enim que ex deo est et deus est. per spiritum sanctum per quem in nobis diffunditur caritas per quam nobis tota inhabitat trinitas. Quo certa rectissime spiritus sanctus cum sit deus vocatur et donum dei. Sequitur. Caritas patiens est etc. Item caritas ideo dignior est quia hec bona affert. Caritas enim patiens est habitu patientie in anima. benigna est. id est larga egenis. Caritas non emulatur. id est non invidet. quia non ea aliena contristat felicitas sed alterius bonum diligit ut suum. non agit perperam. id est perverse. non inflatur superbia se cedit. non est ambitiosa. id est non aliis vult preponi. non querit que sua sunt tantum sed que aliorum. Vel non querit que sua sunt. id est ablata non repetit quia non est amatrix pecunie. Non irritatur. id est non provocatur ad iram vel non solum non nocet aliorum sed in non cogitat malum. non gaudet super iniquitate. sed dolet videns aliquem vivere in iniquitate. congaudet autem veritati. id est operibus iusticie vel ubi sit veritas. Omnia suffert in adversitate sicut in noe apparet qui multa sustinuit. Omnia credit. que veritas suadet. sicut in abraham apparuit qui credidit deo vocanti et promittenti. Et nota quod ait omnia credit. Non dicit omnibus quia non omnibus sed deo tantum credit. Omnia sperat. que veritas promittit ut apparet in antiquis patribus. id est in prophetis et aliis qui sperabant habere quod promittebat deus. omnia sustinet. id est promissa omnia patienter expectat sicut apparet in ipso capite nostro christo qui patienter expectavit gloriam resurrectionis et ascensionis. Hec sunt arma quibus miles christi armatur cuius armature que precipua arma premisit patientiam et benignitatem. Quarum altera illata a proximis mala equanimiter portat altera sua bona proximis desiderabiliter impendit. Mens quippe est scutum in hoc tempore contra peccato munita patientie clipeo et gladio amoris accincta ad mala ferenda sumit fortitudinem et ad

aug. ad. ad.

aug. ad.

aug. de tri. aug. in pso cxx.

de trin. aug. in lib. xv de trin.

aug.

aug. de uni. uirtutib. ad.

Id.

Gg. sup ezech

Gg. in moralib.

Sic enim de prava et falsa opinione sua reprehendi et convinci ceperunt ad defendendum id quod levissima temeritate et apertissima falsitate dixerunt de sanctis libris multa verba pronuntiant volentes esse legis doctores cum tamen non intelligant que loquuntur neque de quibus. Et ne videretur legem incusare addit. Scimus autem. Illi non intelligunt nos autem intelligimus nam non hoc in aliquo ostendatur scimus quia lex bona est. secundum quos qui carnaliter tantum intelligunt non est bona quia bona tantum est si quis vero ut iustus ea utatur legitime. id est spiritualiter sicut ipsa docet ut scilicet peccatum agnoscat morbum et querat medicum. Legitime id est utitur qui scit eam ad quid data et sub quo desit.

Augustinus
Ambrosius

Nam iustus in missione non est opus lege a qua liberi sunt per Christum. Et ne iterum videatur eam inducere subdit tamen Scientes et hoc quod ita lucet scilicet quod iusto non est lex posita id est imposita ut supra illum sit ut ei dominetur. In illa est potius et cum ipsa quam sub ipsa quia amicus iustitie est cuius inimicus est qui timore non peccat. amicus vero qui eius amore non peccat et tunc vere timet peccare. Vel non est posita id est data pro iusto quia non ea iustus est sed ex fide et cum iustus sit ex fide quid ei necessaria est lex.

Augustinus Ambrosius.
Augustinus ad Anastasium.

Si non data est ut vel reum puniret vel peccare nolentem coherceret iustus non sibi ea non eget vivit ut si res est in auctoritate aliis et futura attestaretur factis. Quoniam bona est lex si non iusto posita. Sed sciendum quia tamen iustus non eget pedagogo sed iniustus ut fiat iustus et legitime lege utendi multiplex est modus ut secundum aliud iustus et secundum aliud iniustus recte dicatur legitime uti lege. Iniustus enim lege utitur legitime cum intelligens quare sit data eius comminatione tactus pedagogo perducitur ad gratiam per quam iustus fiat. Iustus vero et ea legitime utitur cum eam terrendo ponit iniustis ut cum in ipsis cepit inolite concupiscentie morbus incentivo prohibitionis et cumulo prevaricationis augeri confugiant ad iustificantem gratiam et per eam suavitate iustitie delectati penam littere minantis evadant. ita non sunt contraria nec sibi se repugnant hec duo scilicet quod lex bona est eaque legitime utitur iustus et iniusto posita non est. quia non ex ea iustificatus est sed ex lege fidei.

Augustinus de spiritu et litera.

Non est imposita iusto dico sed iniustis qui contra legem nature agunt et non subditis deo cum bene monerentur a ratione. Quia vero sint iniusti et non subditi

et non subditis im
piis et peccatoribus
sceleratis et contami
natis parricidis et
matricidis homici
dis fornicariis mas
culorum concubitori
bus plagiariis men
dacibus periuris et
si quid aliud sane
doctrine adversatur
que est secundum evan
gelium glorie beati dei
quod creditum est
mihi. Gratias ago ei qui
me confortavit christo
Ihesu domino nostro quia
fidelem me existi
mavit ponens in
ministerio. qui prius
fui blasfemus
et persecutor et contumeli
osus. sed misericordiam
dei consecutus sum
quia ignorans feci.

partes exponit subdens. scilicet impiis contra deum et peccatoribus in se, et proximum et
sceleratis. quibus scelus per se placet. et contaminatis qui vel favore aliquo
vel timore consentiunt. Vel ita peccatoribus. in se sceleratis et contaminatis in proximum parri
cidis et matricidis. quia lex nature in his absoluat litteris reformata est eis coherce
dis et homicidis et fornicariis masculorum concubitoribus plagiariis. qui plagas
civibus liberis gentis inferunt proximis mendacibus periuris et si quid aliud est quod adversatur
sane doctrine. scilicet morali vel legi naturali. que sana doctrina est non contra sed secundum evangelium
Omnis enim veritas concordat evangelio. Evangelium dico glorie beati dei. id est quod predicat ut dat
gloriam dei quod evangelium creditum est mihi ut fideli. Gratias ago. Hic ostendit mala sibi fu
isse in lege bona autem ea dimissa. scilicet quod fidelis est et positus in ministerio in fortis est. quasi
Creditum est mihi evangelium unde gratias ago ei qui me confortavit. id est qui mentem meam ro — Amb.
boravit que prius impossibile putabat esse quod de deo patre in gemina nativitate et
resurrectione in spe predicabatur sed corroboravit mentem adeo ut hoc credam et ut nec mors nec
vita separet me a christo. Confortavit dico in christo Ihesu domino nostro. Unde ago gratias. Quia certa prescia
existimavit. id est providit me fidelem in ipso cum sub lege fuisse infidelis. Ipse dico ponens
me in ministerio predicandi evangelii. Sed utrum hoc mihi fuerit per legem non quia ego sum qui
prius. scilicet dum esse sub lege fui blasfemus. in deum et persecutor in sanctos et contumeliosus. contra
homines inferens contumeliam. Sed consecutus sum misericordiam dei. id est remissionem per dei misericordiam
non per merita mea de eo. scilicet quia ignorans feci. id est de peccato quod ignoranter commisi. Vel ita
ut causa notetur. quasi Misericordiam consecutus sum eo facilius quia ignorans feci. Consequuntur — Aug. in psalmo
misericordiam dei et qui scienter peccat ut David et qui ignoranter quod facilius ignoscitur. Ego
dico degens in incredulitate. dum sub lege eram. Sub lege enim ignorantia erat.
et ideo incredulitas non erat. scilicet fides et cognitio veritatis. Ecce patet quod non ex levitate
dimisit priora. Superabundavit autem. quasi Non solum misericordiam remissionis consecutus sum
sed fidem et dilectionem et gratiam diversorum donorum. Et hoc est quod dicit. Superabundavit
autem gratia domini nostri Ihesu christi. qua dona diversa dedit cum fide et dilectione. id est cum perfectione
fidei et dilectionis. Non enim sine fide et dilectione misericordiam consecutus est. quia nulli datur
remissio peccatorum sine fide et dilectione. Superabundavit. dicit quia maiora bona fuerunt quam olim mala.
Vel ita. Superabundavit gratia domini nostri Ihesu christi. cum. id est in fide et dilectione que est in christo Ihesu. non in lege. id est quia non so
lum peccata dimisit sed etiam fidem et dilectionem dedit. de quibus nulli est nullum ambiguum. quia
christus Ihesus venit in hunc mundum. tamquam misericors passibilis et mortalis. Ad quid? Salvos
facere peccatores quoscumque et parvulos qui etsi a baptizatis nati sunt carne tamen nati sunt non spiritu — Aug. de verbis apostoli.
non eo quod renovatur; Nulla causa veniendi fuit christo domino nisi peccatores salvos facere;
Tolle morbos tolle vulnera et nulla causa est medicine. Si venit de celo magnus medicus magnus
agnus per totum orbem terre iacebat egrotus. Ipse egrotus genus humanum est quod totum
perierat. Ex quo peccavit unus in quo erat totum. Sed venit unus sine peccato qui salvos — Id.
faceret a peccato. Venit enim filius hominis querere et salvare quod perierat. Venit per quod
hic erat. nam per quod deus erat semper hic erat. sicut qui dixit celum et terram ego impleo. Et
in mundo erat et venit. Hic erat per divinam maiestatem venit per humanam infirmitatem.
Quare venit? Peccatores salvos facere. Non enim vita nostra de celo intravit sed peccata
traxerunt. Unde et vocabitur nomen eius Ihesus. Quare? Audi. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.
Numquid ad istum populum pertinent parvuli? pertinent plane. Sic credite cum ista fide parvulos ad
gratiam christi portate. Quid mihi dicis? Sanus est non habet vicium. quare cum illo curris ad medicum?
Si non habet vicium si sanus esset non clamaret Ihesus. Sinite parvulos venire ad me. Quia venit peccatores salvos facere.
Et sermo iste est fidelis. id est verus et dignus acceptione. id est acceptabilis quia utilis est. et non tantum sed
omni. quia hic et in futuro salvat corpus et animam. sed corpus in futuro animam et hic et in futuro. Et
Sermo iste est humanus. Alia littera vel non dicam divinus quia si homo qui hospicio suscepit hominem — Aug. de verbis
humanus dicitur quanto magis humanus est qui in se ipso suscepit hominem. et ideo huius sacramenti sermo quem — apostoli.
misit divinus non recte dicitur esse humanus. fidelis inquam vel humanus sermo est iste. scilicet quia christus Ihesus
venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Quorum. id est inter quos ego qui in lege fueram primus. id est maximus. Peior enim omnibus sum quia persecutor qui non — Amb.

erat peior. Nemo enim maior inter persecutores, ergo nemo peior inter peccatores.
Primus ergo erat non ordine temporis sed magnitudine iniquitatis. Sed ideo misericordiam consecutus
sum ut christus ihesus ostenderet in me primo, id est maximo peccatore. Vel primum, id est maxime ostenderet
in me. Vel primum, id est ante ostenderet in me quam malis persecutoribus. Quid? Omnem,
id est perfectam pacientiam qua tamen sustinuit et in postremum nullam vindictam uersuat. Sic ipsius quis
diu patitur. Ostenderet dico ad informationem eorum qui credituri sunt illi, id est ut nullus ex
empli forma probata nullus desperet de immanitate sceleris qui credat illi. Quid enim
faciet amico qui hoc fecit inimico? Credituri sunt dico, tendentes in uitam eternam, id est ut
habeant uitam eternam. Regi autem etc. Predicta fecit nobis deus, sed pro predictis sit honor
Aug. contra Maximinum. a creaturis et gloria in essentia. Cui? Regi seculorum, id est trinitati immortali, id est immutabili,
inuisibili, id est incomprehensibili, soli deo qui solus est deus, non et solus creator, quod de ipsa
trinitate intelligitur non de solo patre ut quidam uolunt quia non ait soli patri sed soli
deo. Unus enim et solus deus a nobis predicatur ipsa trinitas et unigenitus quippe sed
quod est deus apud deum et spiritus sanctus in sua natura est immortalis et inuisibilis. Et nota quia
de solo deo qui est apud ipsam trinitas non est dictum soli inuisibili est sint et quedam creature
inuisibiles, sed inuisibili soli deo quia sunt dii falsi uisibiles. Et ideo dictum est inuisibili
soli deo. Est enim quedam creatura inuisibilis sed tamen deus non est. Et ideo dictum est. Inuisibili
soli deo, ut sit ordo: Sit honor etc. soli deo, id est qui deus est inuisibilis non qui solus est
inuisibilis. Inuisibilis ab hominibus est deus mihi secundum illud. Deum nemo uidit
umquam quod de illa substantia summa summeque diuina et incommutabili ubi pater et filius et
spiritus sanctus unus et solus est deus per sanam fidem intelligitur. Visiones autem ille patribus
exhibite per creaturam commutabilem deo incommutabili subditam fuerunt non
proprie sicut est sed significatiue sicut pro rerum causis et temporibus oportuit. Videtur enim
Ambrosius. deus cum uult et sicut uult non sicut est sed qualis sepe uult apparere. In futuro
autem uidebunt eum filii sicut est, id est secundum trinitatem que est unus et uerus deus immor
talis et inuisibilis in sua substantia. Pater igitur et filius et spiritus sanctus unus est deus et rex seculorum
omnium, scilicet preteritorum presentium et futurorum. Non uero assumptus a uerbo ex eo tempore rex
est futurorum ex quo assumptus a uerbo. Nam preteritorum seculorum non fuit rex ille homo
Ambrosius. quia non erat. Sit honor inquam et gloria in secula seculorum amen. Hoc preceptum. Postquam
demonstrauit que et quanta sint beneficia patris et christi erga peccatores quomodo
propositum imbuat disciplina ecclesiastica ostendit. Quia omnis salus est ex christo non
ex lege. Hoc preceptum commendo etc. Non licet tibi dissimulare quod commendo dico secundum
Ambrosius. precedentes in te prophetias, secundum scientiam prophetarum que in te fuit antequam ordinatus esses
episcopus uel secundum quod spiritus sanctus ostendit uidere quod precipio. Ut milites actu in illis
prophetiis exponendis et opere implendis bonam, id est utilem multis miliciam, id est con
suetudinem docendo te et alios et perficiendo opere quod predicas ore quod bene potest fieri. Facere
tu dico habens fidem rectam et bonam conscientiam ne docens erubescat male uiuere con
scius. Erubescibile enim est aliud agere et aliud predicare. Quam conscientiam bonam
Ambrosius. quidam flagitiis repellentes naufragauerunt alios et secum mergentes circa fidem,
scilicet prope sed non intra, id est qui fidem perdiderunt. Naufragium dicitur nauis fractio. Et
sicut ille substantiam suam perdit qui naufragium patitur et insuper ipse perit ita qui bonam
conscientiam repellunt fidei ueritatem perdunt et insuper pereunt eternaliter. Ex quibus, scilicet
pseudo doctoribus qui fidem perdiderunt, est hymeneus et alexander. Nota quod aperte
Aug. ponit ut ambiguum se exceptet. Quos tradidi sathane, id est utrumque excommunicaui
ut sic et tu excommunica. Et nota quod ait tradidi sathane quia illo ad correptionem
hominum utebatur ipsa potestas apostolica. Preuaricatores enim angeli cum principe
suo diabolo recte dicuntur persecutores ut actores diuine prouidentie et diabolus ma
gistratus huius mundi dicitur. Sed magistratus dicitur sub tanto imperatore non facit nisi
quantum illi permittitur et persecutores ac reos quoque huius mundi uocat faciunt non quod sunt
Id est Ambrosius. domini sint. Ideo ait tradidi sathane uexandos quia tunc per sathanas non permissus qui uexat sibi datos. Tante autem potestatis erat apostolus

in incredulitate. Super
habundauit autem gratia
domini nostri cum fide et
dilectione que est in christo
ihesu. Fidelis sermo et
omni acceptione dig
nus quia christus ihesus ue
nit in hunc mundum
peccatores saluos
facere quorum primus
ego sum. Sed ideo mis
ericordiam consecutus
sum ut in me primo
ostenderet christus ihesus omnem
pacientiam ad in
formationem eorum qui
credituri sunt illi in
uitam eternam. Regi
autem seculorum immortali
inuisibili soli deo ho
nor et gloria in secula seculorum
amen. Hoc autem preceptum
commendo tibi fili timot
hee secundum precedentes in te
prophetias ut milites in

obsecratio / peticio / postulatio / oratio

ullis bonam militiam habens fidem et bonam conscientiam quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt ex quibus est Hymeneus et Alexander quos tradidi sathane ut discant non blasfemare.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni castitate.

tantamque gratiam habebat ut recedentes a fide solo verbo traderet diabolo. Tradidi. Ambrosius. Hoc est quod commotus apostolus blasfemiis eorum sententiam protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus est, ut vexatos ad se accipiat in potestatem, audita sententia corripit eos, quod ideo fecit apostolus non ut pereant sed ut sic correcti discant non blasfemare et intelligant se ideo penis affligi quia blasfemaverunt. Unde in evangelio dominus dicit in terra: Iam noli peccare ne deterius tibi contingat. Videns causa peccati aliquando infirmitates inferri corporibus: quia ministro diabolo fieri declaravit dominus dicens inter multa: hec autem cum sit filia Abrahe, quam alligavit sathanas ecce xviii annis, nonne oportuit solvi a vinculo die sabbati. Ideo apostolus ait: Quos tradidi sathane ut per hoc discant non blasfemare, ut hoc est excludatur a sathana regnum sathane. Nulla enim causa est, sive que in veritate manet dans gloriam deo, sive que in veritate non stetit querens gloriam suam, que velit nolit divine providentie non servatur, sed volens facit cum ea quod bonum est. De illa vero que hoc noluit fit quod iustum est, non ei tamen imputandum quod de ipsa iuste fit, sed quod ab ipsa facit, quia neque liberam voluntatem rationali creature deus negavit, et in potestatem qua iniustos iuste ordinat ibi retinuit. Obsecro igitur. Hactenus egit de pseudoapostolis, hic de orationibus atque Timotheo hoc verba dirigens in illo omni ecclesie formam tradidit qualiter debeat missarum sollempnia celebrare et pro omnibus supplicare. Augustinus. Quia Christus venit salvare peccatores et quia in hoc militare debes, igitur doce orare ut impetretur quod faciendum est. Et hoc est quod ait: Obsecro igitur. Ut exhortare igitur primo omnium, id est ante omnia fieri obsecrationes, ut precationes, orationes, postulationes, ut interpellationes, gratiarum actiones. Ordo misse hic ostenditur, que est speciale genus orationis. Obsecrationes vel precationes sunt omnia illa que faciunt ante consecrationem, id est quicquid precedit in missarum sollempniis usque ad illum locum ubi incipit sacerdos consecrare misteria sanguinis et corporis domini. Obsecrationes igitur vel precationes accipimus quas facimus in celebratione sacramentorum antequam illud quod est in domini mensa incipiat benedici. Orationes sunt quas fundit sacerdos in ipsa consecratione eucharistie, id est cum benedicitur et sanctificatur quod est in domini mensa. Postulationes vel interpellationes sunt cum populus ab episcopo benedicitur quando super eum invocat nomen domini, quod testatur est ex veteri testamento per Moysen enim dicit dominus sacerdotibus: Invocabitis nomen meum super filios Israel et ego benedicam eis. Vel postulationes sunt quando quis ex debito aliquid postulat ut quod hic geritur in eterna vita perficiatur. Gratiarum actio est de peractis que totum concludit quando totum sit a deo ut benedicamus domino. Vel obsecrationes sunt adiurationes pro rebus difficilibus ut pro conversionibus impiorum et pro removendis malis. Orationes sunt ut quando virtutes et bona orantur. Postulationes sunt ut quando iustis gloria celestis oratur. Gratiarum actiones sunt de omnibus. Hec inquam fieri obsecro pro omnibus hominibus generaliter ut sequamini clementiam dei qui vult, id est consulit, et hortatur homines omnes salvos fieri, id est iustificare quosdam, ut pro quibus. Unde Iere. ait: Non sis qui per eum omnes uti in salvatis me. Vel pro omnibus hominibus, id est pro omnis generis hominibus et specialiter pro regibus etsi mali sint et pro omnibus qui constituti sunt in sublimitate, ut ducibus et comitibus etsi mali sint, quia ex omni genere hominum colligenda est ecclesia, et de his qui fastu et superbia secedunt a fide et humilitate videntur abesse. Quare autem pro regibus et sublimibus orari velit reddit causam subdens: Ut quietam. Ambrosius. Ideo pro principibus et maioribus volo fieri orationes quia hoc est nobis proditum: ut agamus vitam quietam a persecutione et tranquillam, id est sine inquietatione aliqua quod temporis pro nobis in ecclesia. Agamus dico in omni pietate, id est cultu et religione divina et castitate, id est in integritate fidei. Ad hoc enim necessaria est nobis pax illorum, quia tamen et nos pace babilonis quamdiu permixte sunt ambe civitates, scilicet Ierusalem et Babilonia, ex qua ita per fidem populus dei liberatur ut apud eam interim peregrinetur. Ideo apostolus admonuit ecclesiam orare pro regibus et omnibus sublimibus eorum spiritu sancto afflatus, quo et Ieremias qui misit epistolam iudeis quietant in babilone ut orarent pro vita regis Nabuc. et filiorum eius et pro pace civitatis inquiens quia in pace illorum erit pax vestra. Hoc autem figurate significabat ecclesiam in omnibus sanctis eius qui sunt cives Ierusalem celestis servituram sub regibus huius seculi. Ideoque apostolus eam monet pro eis orare ut quietam agat vitam. In pace enim principum quies et regimen servatur ecclesie. Nam in bellis tranquillitas dissipatur, tepescit pietas, disciplina solvitur, qua soluta infirmorum castitas violatur. In pace babilonis pax nostra est utique temporalis que bonis et malis communis est dum inter babilonios tenemur captivi quibus et iure iubemur tributa.

Amb

Amb

Amb

De providentia

Ambro

Amb

Aug ad Paulin.

Aug ad Paulin.

Ambro

·II·

Aug Ambro. hic

Ad

Ad

quod temporis pro nobis

Ad de ci. dei.

Ambro

Aug de catechizandis rudib. Ad

aug de ci. di.
aug ad paulinum.
Au° ...
ambr
aug in enchiridion
aug de corr et g. ad ... i enchi.
aug ad paulinum.
aug in li. confession.
De mediatore.
aug de ci. di.

redde. Sicut filii isr. sub babilonis regibus seruiebat. Pax autem ista primo habetur cum
deo per fidem et in eternum erit cum illo per speciem. Et ne quis putaret hoc non esse facienda pro his per quos
patitur eccl(esi)a. addit. Hoc enim bonum est et a. Ideo moneo orare pro omnibus quia hoc scilicet pro omnibus
orare est bonum idest utile ecclesie et acceptum idest gratum coram deo. Cum in membra christi ex omni genere hominum sit
colligenda et ut tolleret desperationem addidit. Coram saluatore nostro qui uult omnes homines. fieri non
saluos fieri et uenire ad agnitionem ueritatis. idest christum qui est uia ueritas et uita. Si deus qui omnipotens dicitur
omnes homines uult saluos saluos fieri et non implet hec eius uoluntas? Sed in hac locutione
sensus et conditio latet. Sicut super etiam dicit. Omnis scriptura indiget interpretatione. Vult ergo
deus omnes saluos fieri. si accedat ad eum. Non enim sic uult ut nolentes saluentur. sed uult eos
saluari si ipsi uelint. Aut non nullum excepit a salute et cognitione. Vel ita est legendum
quod uult omnes ho. saluos fieri. quamuis certum sit nobis non omnes saluos fieri non tamen ideo debemus
omnipotentissime dei uoluntati aliquid derogare. Hoc est nec deus dicitur omnipotens aliquid uoluisse fieri
quod factum non sit. sed ita intelligere debemus. quod scriptum est uult o. h. s. f. idest nullus fit saluus nisi quem uult.
non quod nullus hominum sit nisi quem saluum fieri uelit. sed quod nullus saluus fiat nisi quem uelit. ideo rogandus est ut
uelit quia necesse est fieri si ipse uoluit. Sic et intelligimus illud qui illuminat o. h. non quod
omnes illuminet. sed quia nullus illuminatur nisi a deo. et illud sicut intelligimus de lege uiuificat
quia sine eo nulli uiuificantur. Vel ita. Qui uult o. h. s. f. non quod nullus hominum esset quem
saluum fieri nollet qui uirtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse pe
nitentiam. si fecisset; sed, ut omnes homines omne genus hominum intelligamus per quascumque differentias distributum.
Et est sensus. Vult o. h. s. f. de omni genere hominum quia iudeos gentes. reges priua
tos. diuites. pauperes. doctos. indoctos. et si quid aliud differentie est in hominibus colli
git eccl(esi)a. Isto locutionis modo dominus usus est ubi ait phariseis. decimatis mentam et rutam et omne o
lus. idest omnium olerum genus. Potest et sic intelligi. uult o. s. f. idest facit omnes uelle nos quoque; alio modo in
telligi possumus dum modo ne credere cogamur aliquid omnipotentem uoluisse fieri factumque non esse quia
omnipotens uelle manet non potest quodcumque; uoluit esse in effectu sue uoluntate. Vel ita.
Vult per misericordiam idest consulit hortatur et iubet omnes h. s. f. et si reprobat quosdam per ius
ticiam. Et ne quis putaret bona uita et cultu unius dei salutem esse sine participatio
ne corporis et sanguinis christi. Unus igitur deus unus mediator. et cetera. ut eos homines saluari non quisquam fiat
nisi per mediatorem non deum ubi uerbum quod semper erat sed carnem factum. Insiste littere et iunge sic. Venire
a. V. e. omnes ho. uult s. f. quia unus est deus creator omnium. scilicet sancta trinitas et unus est mediator dei et ho. idest ad
componendam pacem qui medius arbiter. scilicet christus ihesus pro omnibus factus homo ut sic esset mediator. Non
enim aliter quam per hominem mediat. Hic est arbiter ille quem iob desiderat dicens. Utinam nobis esset
arbiter. Mediator autem inter deum et homines oportebat ut haberet aliquid simile deo et aliquid simile ho
minibus ne per omnia hominibus similis longe esset a deo aut per omnia deo similis longe esset ab hominibus atque
ita mediator non esset; uerax itaque mediator christus inter mortales peccatores et immortalem iustum
apparuit mortalis cum hominibus iustus cum deo. Ideo christus mediator dei et hominum dictus est quia
inter deum immortalem et hominem mortalem est deus homo reconcilians hominem deo. in tantum mediator igitur homo est. in
quantum autem uerbum non medius est quia equalis deo et deus apud deum et simul unus deus. Hoc medium beata mortalitas
interueniendo perducat quem neque; nisi fieri mortalem oportebat neque; permanere mortalem. Morta
lis quippe factus est non infirmata uerbi diuinitate. sed carnis suscepta infirmitate.
Boni autem angeli inter miseros mortales et beatum immortalem medium esse non possunt quia et
ipsi beati et immortales cum deo non sunt mortales et miseri cum hominibus. Mali autem angeli quodam
modo medium sunt quia immortales sunt cum deo miseri cum hominibus; sed non sunt medium quia
ad hoc se interponit medius immortalis et miser ut ad beatam immortalitatem transire non sinat
cui contrarius est mediator bonus qui et mortalis esse ad tempus uoluit et beatus in eternitate per
sistere potuit qui non se interposuit mortalibus et beatis ut mortalitate transacta ex mortuis
immortales et ex miseris beatos faceret. Alius est ergo medius malus qui separat amicos.
Alius bonus qui reconciliat inimicos. idest christus qui dedit semetipsum et cetera. In hoc indicatur omnes
uelle saluare. Dedit dico pro omnibus nullum excepit qui uelit. cuius rei testimonium temporibus suis
confirmatum est. et hec res testibus approbata est. scilicet angelis et apostolis. Vel ita cuius rei testimonium temporibus suis confirmatum est. idest cuius rei et testes processerunt.

& pietate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo qui omnes homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. Unus enim deus & unus mediator dei & hominum homo ihesus christus qui dedit redemptionem semet ipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est. In quo positus sum ego predicator et apostolus.

Veritatem dico non mentior doctor gentium in fide et veritate. Volo ergo viros orare in omni loco levantes puras manus sine ira et disceptatione. Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se non in tortis crinibus aut auro aut argento aut margaritis vel veste preciosa sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione.

s. prophetie et congruo tempore totum completum est. In quo. i. in qua re predicanda positus sum
ego predicator et apostolus quod plus est. Predicator enim nomen actus, apostolus autem nomen dignitatis. Et christus
s. quod a christo dedit se. In quo ego sum apostolus. Veritatem dico et non mentior. in aliqua parte cui credi oportet
quia ego sum doctor gentium. In fide et veritate. preceptorum dei quia fidem docebat et precepta dei. Vel
veritate. futura que est res et merces fidei que reris in mercede fides precedat. Credimus enim ut cog-
noscamus non cognoscimus ut credamus. Quid est enim fides nisi credere quod non vides? Fides
ergo est credere quod non vides, veritas quod credidisti videre. Volo ergo et cetera. Quia sum doctor
gentium et quia bonum est orare, ergo volo viros orare in omni loco. s. ubique, sit non solum in ecclesia
non deprimentes ad terrena sed levantes ad eterna puras manus. i. bonum affectum cordis quia
deum amat et sic sine ira. i. odio alicuius et disceptatione. i. hesitatione. Ut est enim tempestas ire,
ita hesitatio non placet deo. Distingue. Ira est ad proximum, disceptatio ad deum. Similiter et
mulieres. volo ut orent et manus levent sine ira et disceptatione existentes in habitu
ornato. s. religione eas ornante, eas mulieres dico ornantes se aliis virtutibus cum verecundia
vultus ut non sit attrite frontis sicut meretrices, et sobrietate mentis, et non ornantes se in
crinibus tortis. i. crispis et non ornantes se aut auro aut margaritis vel preciosa veste. Vel ita.
Non ornantes se in crinibus tortis aut auro aut margaritis vel crinibus hoc intorta sint. Vel non ornantes se
veste preciosa. In his omnibus ultra personam sue modulum et mores occasione movende concupiscentie
studeant, sed potius per omnia bona opera sint promittentes. i. indicantes exterius pietatem animi,
quod decet mulieres. Vel ita. Sed sint ornantes se per omnia opera bona quod decet mulieres promittentes pietatem.
Que enim vult audiri inclinare debet amota a se pompa in mente dei pro voce. Habitus
enim superbus nec impetrat nec recta de se facit credi. Mulier et cetera. Orandi officium dixit conve-
nire omnibus et exposuit et qualiter et pro quibus et quare et quod ubique orandum sit. Nunc dicit quod docendi
officium solis viris conveniat et quales ad illud debeant ordinari determinat et cetera. Orare cum
viris est commune mulieribus sed non loqui. Porro mulier in silentio. s. nil interrogans discat quod
ignorat cum omni subiectione. s. ne recta christianitatis. Docere autem virum in ecclesia mulieri non permitto.
Sicut loquitur magis irritat ad luxuriam et irritatur, neque permitto mulieri dominari aliquo
prelatione spirituali in virum et sic in suo sexu, sed esse in silentio. ut non fabuletur cum vicina. Ecce
non solum habitum humilem et honestatem habere mulierem docuit verum et auctoritatem docendi ei
negavit et subiciendam viro precepit ut tam habitu quam obsequiis sub potestate sit viri ex
quo trahit originem. Adam enim. Cur mulier subiecta sit causam reddit quia s. posterior est
facta et prior fuit in culpa et cetera. Non permitto mulieri dominari in virum. s. quod viro mulier
subsit. Adam enim primus formatus est, deinde Eva, et Adam non est seductus. Prior s. et eo inquam mulier
autem seducta consensu fuit viro in prevaricatione. i. fecit virum prevaricari actu et sic sed dina
retur facilius seduceretur. Nota quod ait Adam non est seductus cum eum prevaricatorem apostolus
dicat in similitudinem prevaricationis Ade seductum tamen negat. Unde et interrogatus non ait mulier
seduxit me sed dedit mihi et comedi. Mulier vero ait serpens seduxit me. Hanc autem seductionem
proprie appellavit apostolus. per quam id quod suadebatur cum falsum esset verum putatum est. s. quod deus lig-
num illud ideo tangi prohibuit quod sciebat eos si tetigissent sicut deos futuros tamquam eius
divinitati invideret qui eos homines fecerat sed et si virum propter aliquam mentis elationem que deo
interiorum scrutatorem latere non poterat sollicitavit aliqua experiendi cupiditas cum mulie-
rem videret accepta illa esca non esse mortuam. non tamen eum arbitror si iam spiritali mente preditus erat ullo
modo credidisse quod diabolus suggerebat. Ideo ait. Adam non est seductus. prior. s. non in eo quod mulier. vi-
s. illud credere esse verum eritis sicut dii sed putavit utrumque posse fieri ut et uxori morem gereret et
per penitentiam veniam haberet. Minus ergo peccavit qui de penitentia et dei misericordia cogitavit.
Postquam enim mulier seducta manducavit eique dedit ut simul ederent noluit eam contristare quam
credebat sine suo solatio contabescere ~~a se~~ et a se alienata omnino interire non quidem carnalis victus
concupiscentia quam nondum senserat sed amicali quadam benivolentia qua plerumque fit ut offendatur deus
ne offendatur amicus. Quod eum facere non debuisse divine sententie iustus exitus indicavit. Et a-
lio quodammodo et ipsum deceptum esse. Inexpertus enim divine severitatis in eo falli potuit
ut veniale crederet esse commissum s. dolo illo serpentino quo mulier seducta est nullo modo illum arbitror potuisse seduci.

Aug. sup. Ioh. a xxix.

Amb.

Amb.

Aug.

Aug. sup. gen.

Aug. i. reod.

Saluabit. a. In eccla n deb; mulier doce s; tn saluabit p filior gnatioe si pma
serit in fide. i. augmtu salutis ht si filios gnat do cotidie instruendo ut maneat
amo in fide & dilone di i pximi i scificatione quam i bapto pcepit e sobietate. i. tepatia
cu estu uicior. Vl ita. Et saluabit. a. & si mulier fuit ca pecci tn saluabit.
n solu ugo & continens s; & nupta s i nuq ab ope nuptiar cessans s; p gnat filior. sce
dens sab h mdo exierit. Saluabit dico si tn pman. i fi. i di. i sci. ut pt punuru alt
u n cognoscat & sob. i. tepantia ut po & uiro tepare utat. Vl ita. Salua a. 7c.
ag de etnit. Vidi ex his ubis obee mulieri siut filios & si quos huit i bois morib pmane noluit.
S; alibi dic apls. Beatior a erit siue ugo siue uidua si sic pmansit. Vn p intelligi
dat salua. m. p. g. f. occulte rei mistiu figurasse s; filiu mulieris & boa opa car
nis q max i officiis mie frequentari solet. Opa u mie nc ps siue paganus siue iu
dis quicq n e dt siue quibcq; heticis i scismaticis u fides i dilo i soba scificato n
inuent. Qd io addidit. si pmansit. Alioquin si ad lra accipiat qi iane e ctant
ag i pso h. Salua. m. p. g. f. Vn e mag retinens ne mag ugo di. S; mulier tp e carnis
xxiii. ada totis. qui pennis u tutu uolat ad dm ut passer ad domu. Vn p pha. Pass
inuen s. d. i t. n. u. t. p. s. Passer e to turtur e caro q gnat filios. i. opa boa q tn
n psut paganis i h ulum nisi tm in fide & dilone. Nec e turt q pullos reponit i
nido non abie eo s ucq; i opa boa fac s; in nido. i. in unitate eccle. i fide catho
lica. He q pmo seducitur & seducit uiru. a. p carne seducitur to sic p eua se
duct e ada. s; tn saluab. caro p spuale gla fi. i. bonor opu. si tn filiu. i opa. p.
in fi. i di. i s. e. so. Fidel. i. uus sermo e iste quem dixi. i que dicturi su. Siqs to
Dix q uir p pee i determinat quis. s. qui desidat opari i pdee multis n supbe
ieronim dnari. s; qui sit irrephsibil. i h e q ait. Siquis epat d. b. o. d. Op uc n digni
tate labore non delicias. n elce fastigio s; humilitate descde. u fiat siuis imi
nist houi ppe &. ut & in tinusla rachele decora facie s; non relicta e iacob iter
ad lia. oculis lippus i de monte cui moys st descendat ad capos. i. de ocio otepla
ag de ca. di tiois ad labore actiois. Nq eni sic e quisq; deb; ocios ut in eod ocio utilitate n
& li. xxiiii. cogitet pximi he sic actuosus ut contemplatioe n requirat di. in ocio n iers ua
ag s ca. di catio delectare deb; s; ut inquisitio ut inuentio uitatis ut e a quisq; p ficiat
& quod inuenit alti non inuideat. In actione u non amand e honor. in h ac uita
siue potntia q a oia s uana sub sole. s; op ipm qd p eund e honore ut potntia fit sic
lg. recte & utilit fit. s ut ualeat ad salute subditor. Io ait. Qui e. d. b. o. d. Expone
uoluit quid sit epat quia nom e opis n honoris. Grec eni e & inductu uocabulu qp
III. ille q pfert illis quib pficit supintndit cura eor. s. gens. Scopos. eni intntio e
in epc latine supinthidens dr ut intelligat se n e e epm qui pee dilexit n pdesse.
Epat eni e sup sua & illor uita intntio. Itaq; a studio cognoscende uitatis ne
mo phibet. quod ad laudabile ptinet ociu. Loc u superior sine quo regi pp n p. i si
ita teneat & administrat ut decet tn indecnt appetitur. Io ociu scm querit ca
ritas uitatis. negotiu iustu suscip necessitas caritatis. Qua sarcina si nullus
imponit pcipiende atq; intuende uacandu e uitati. Si au imponit suscipie
da e ppt necessitate caritatis s; nec sic desenda est delectatio uitatis. ne subt
hatur ipa suba & opprimat ipa necessitas. Qualis au epc debeat ee descbit subde.
Oportet. a. Opus e quod quis in epatu desidat. ut au bn opari possit oportet
lex epm. i. eum que eligit ordinans irrephsibile ee. Hoc e quod ad titu dic
sn cimine ee. Res pene ee n ut aliquis sit sn pecco. S; h ita uult intelligi. irre
lex ph. i. non obnoxium rephsioni ut talis eligat cuius coparatione ceti grexdi
lex cantur. unius uxoris uiru. i. monogamu post baptm. Si eni & an baptm co
iuge huit que obierit non ei imputatur cui p rius nouo nec stup nec alia
lex q an fuert obsunt. Sobu. Naim & ministr templi phibit uinu i sicera bibere
lex ne ebrietate grauent. corda eor. i ut sn sus uigeat i tenuis sit. prudente. in omnib agndis. Hoc dic ceteros

Doce au mulieri
non pmitto neq;
dominari in ui
rum s; esse i silntio.
Adam enim pri
mum format est
deinde eua. Et ada
non est seductus
mulier au seduc
ta in puaricatio
ne fuit. Saluabi
tur au p filior
gnationem si
pmanserint in
fide & dilectioe
& scificatione
cum sobrietate.
Fidelis sermo.
Siquis epatu
desiderat bon
opus desiderat.
Oportet g epm i
rephnsibilem ee
unius uxoris uiru
sobru prudnte or

Episcoporum / Sacerdotum / dyaconorum vita

ornatum · pudicum ·
hospitalem · doctorem ·
non uinolentum ·
non percussorem · sed
modestum · non li
tigiosum · non cupi
dum · sue domui bene
prepositum · filios haben
tem subditos · cum
omni castitate. Si
quis autem domui sue
preesse nescit quomodo
ecclesie dei diligentiam
habebit · non neo
phitum ne in super
bia elatus in iudici
um incidat diabo
li · Oportet autem illum
et testimonium habere
bonum ab his qui
foris sunt ut non
in obprobrium incidat
et laqueum diabo
li · Diacones simi
liter pudicos ·

non bilingues non mul
to uino deditos non
turpe lucrum sectantes
habentes misterium fidei in
consciencia pura. Et hi autem

qui sub nomine simplicitatis excusant stulticiam sacerdotum. ornatum uirtutibus — Ieronimus.
uel moribus et incessu et habitu et sermone compositum. pudicum. id est uerecundum. hospitalem. scilicet
qui in hoc non consueuit. doctorem. scilicet qui habet gratiam docendi. quia innocens absque — Ieronimus.
sermone conuersatio quantum exemplo prodest tantum silentio nocet. Nam et latratu
canum et baculo luporum arcendi sunt. unde. Maledictus canis non ualens latrare.
non uinolentum. qui hoc frequenter agat quia uenter estuans mero cito exspu — Ieronimus.
mat libidinem. Noe ebrietate nudauit femora sua. Lot quem sodoma non
uicit uina uicerunt. Non percussorem. id est iracundum et perturbatum sensus ut percu
tiat qui debeat esse paciens ~~quietus~~ ut eum sequatur qui posuit dorsum ad fla
gella. uel Christum. sed modestum. qui modum in omnibus seruet. non litigiosum. scilicet qui hoc soleat facere.
Nichil enim impudentius est arrogantia stultorum qui garrulitatem auctoritatem — Ieronimus
putant et parati ad lites in subiectos tumide intonant. Non cupidum. ut apostolus — Ieronimus
qui propter uictum et uestitum nil querebat. Morbo cupiditatis pene omnes laborant. — Ambrosius.
Ideo precipit episcopum non esse cupidum quia facile a iusto deuiaret. domui sue. id est fa
milie. bene prepositum. non ut opes augeat ut huiusmodi alia faciat sed ut quod — Ieronimus
prius preceptum est pro domesticis exigat studio. sic scilicet filios habentem bene subditos.
in omni castitate. nec imitetur filios Hely qui in uestibulo templi cum mulie — Ieronimus
ribus dormiebant et religionem predam putantes quod in hostiis erat in suas de
licias conuertebant. Si quis autem. quasi. Oportet domui sue esse bene prepositum. si quis autem
nescit preesse domui sue. in minori de qua et familiarior cura sibi est. quomodo ha
bebit diligentiam ecclesie dei. que maior est uero et aliena sibi nullo modo. non neophitum.
id est rudem nouiter renatum. nouiter conuersum. Hoc tamen manifestum testimonium pauci — Ambrosius.
custodiunt. Nam heri cathecuminus hodie pontifex est. heri in teatro — Ieronimus
hodie in ecclesia. uespere in circo hodie in altari. dudum fautor histrionum nunc
consecrator uirginum. Quare autem non neophitum supponit. Ne elatus scilicet
pre ceteris digniorem se putans nouitate potestatis inflatus qui eo indigeat religio. — Ambrosius
ne incidat in iudicium diaboli. id est ruat per arrogantiam sicut diabolus. Nescit — Ieronimus
enim momentaneus sacerdos humilitatem et modos personarum ut se ipsum contineat. non
ieiunauit non fleuit non se correxit non pauperibus erogauit. In arrogantiam que ruina
diaboli incidit qui puncto hore necdum discipulus fuit magister. Oportet
autem illum testimonium habere bonum. non solum a fidelibus sed etiam ab his qui foris sunt. id est
ab infidelibus. Hec clausula congruit principio. scilicet irreprehensibilem eum esse — Ieronimus
oportet non solum a domesticis sed etiam ab alienis. scilicet iudeis gentilibus hereticis
ut qui religioni detrahunt eius uite detra[illegible]here non audeant. Qualem ergo descrip
tum est oportet esse episcopum ut non incidat in obprobrium. id est in contemptum apud infideles
uel fideles et sic incidat in laqueum diaboli. id est modum et alios diaboli laqueos.
Diacones et cetera. Hic describit quales debeant esse diacones. De presbiteris tacere
uidetur sed nomine episcopi eos comprehendit. Nisi enim episcopus presbiteros acciperet non decus
dimitteret descendens ad diaconos de quibus ait. Diaconos. oportet esse — Ambrosius
pudicos non bilingues. ne semi
nant discordias non multo uino deditos.
id est ebriosos. non turpe lucrum sectantes. non
qui frequenter hoc agunt. Turpe lucrum
est emere uilius et plurius uendere. Turpe est
enim huic professioni questibus studere.
habentes misterium fidei. scilicet ut sciant
quod de fide aliis est occultum. Illos
dico mandantes in consciencia pura.
Et hi autem probentur primum. Quia non scripsit
ait hii sed ait et hii ... episcopos esse probandos et sic. id est tales inuenti scilicet nullum crimen habentes ministrent

Mulieres. Loquens de diaconis inserit de mulieribus ordinandorum docens quales debeant esse. Augustinus. Mulieres inordinandorum similiter oportet esse pudicas
Amb mente et corpore non detrahentes. ut sepe faciunt mulieres sobrias fideles in omnibus.
dictis et factis quia similes esse uiri eis regendis necessarium non est tollendi. Et nota quod
cum scilicet preceperit castitatem episcopi et diaconi utique plebem non disparem uult esse
iuxta id quod dominus ait. Sancti estote quia et ego sanctus sum. Itaque et mulieres que in
infimo gradu sunt uult esse sine crimine ut munda sit ecclesia. Sed catafri-
ge occasione horum uerborum quia scilicet ubi de diaconis agit de mulieribus loquitur
dicunt diaconas debere ordinari quod contra auctoritatem est. Diacones. Post
Amb interpositionem de mulieribus iterum de diaconis dicit. Diacones. et sint unius
uxoris. quia deo decuit homini cum qua benedictionem non est secunda. qui bene presint
filiis suis et domibus suis. id est familiis quia tales bene ministrabunt in ecclesia quod u-
tique magnum est. Qui enim bene ministrauerint adquirent sibi gradum excelsiorem et ex-
cellentiorem. scilicet ut episcopi fiant bonum. scilicet utilem sibi et aliis hominibus; et multam
fiduciam eterne glorie et hic in fide. id est per fidem. que est in christo ihesu. hec tibi scribo fili timothee.
sperans me cito uenire ad te. a. Et si spero cito uenire ad te tamen hec scribo a deo sunt
necessaria. Si autem tardauero. scribo hec ut scias quomodo oporteat te conuersari.
scilicet diuersitates singulorum in domo dei. Ideo caute in ea agendum est quia domus dei est.
que est ecclesia. scilicet multorum conuocatio ad unum dei cultum. tanto cautius in ea agen-
dum est quia multi ibi sunt. Ecclesia dico dei uiui et uita nullis est uita que est
columpna ueritatis. scilicet in se ... sustinens ueritatem ne corruat licet ...
et firmamentum. id est fulcimentum uacillantibus; ueritatis quod patet quia per eam tot sustinentur.
Aug et in ecclesia est sacramentum. id est christus secundum diuinitatem occultus. Sacramentum enim dicitur res occul-
ta id est sacramentum misterium. Sacramentum ergo hic appellatur uerbum patris. quod in natura di-
uinitatis patri est equale inuisibile manet. et hoc sacramentum est causa pietatis
id est totius sancte religionis et uere culture uero cautius seruanda est ecclesia. et hic sacramentum autem est magnum.
quia magnitudinis eius non est finis. Et manifeste. magnum quia apparuit
per predicationem et per multa miracula quod sacramentum et si sit inuisibile in
se manifestatum est. ecclesie. Hec ergo si sis ei negligens per quam tamen fecit manifestatum
Aug. dico in carne assumpta. Sacramentum quod est christus in carne dicitur manifestatum. Natus
enim homo filius dei qui in secreto erat apud deum. opere et predicatione declarauit se ...
Manifestatum est in carne. id est operibus et uirtute in carne ostensis clarauit quis esset
qui erat in carne; et iustificatum est in spiritu. id est sanctus et iustus ostensus est quia de spiritu sancto con-
Aug super Gen. ceptus est. quod et apparuit angelis. quia ex [hole] eo profecerunt quod hic factum est. ...
in deo tamen innotescit angelis. quod absconditum est. uerum et hoc eis apparet cum efficitur
Amb atque propalatur. Ideo dicit apparuisse angelis hoc christi natalis forma humilitatis scilicet ipsa
te. Qui enim post humilitatis usus est per carnem deuicta morte in maiestate appa-
ruit qui natus ut homo non erat tamen homo ~~non erat tamen~~ ut agnoscentes angeli misterium
quod prius latuit declaratum in carne genua flectentes que gratias agant quia ueri-
tatem didicerunt. et predicatum est gentibus. ecce iterum magnum. et creditum est manet in mun-
Amb do uerum perfidia errores in mundo inuenta teneri non possit sicut dominus dicit de iudeis. Si
non uenissem et locutus eis fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. et assumptum est. de hac mor-
talitate in gloria ut sit super omnem creaturam his nomen quod est super omne nomen cui
flectitur omne genu. Spiritus autem. Que sibi spiritus sanctus futura reuelauit ad ins-
tructionem et cautelam ecclesie non tacet dicens futuros pestifere doctrine uiros
ut premonita ecclesia sit sollicita ne ab huiusmodi hominibus circumueniatur. a. Ita
digna est domus dei. scilicet spiritus sanctus manifeste dicit in corde quia in nouissimis temporibus
etc. quanto magis amplius uigilandum est. quidam. scilicet notabiles discedent a fide. unde supra
inuenit discessio primum. et ideo curam domus dei ne deponas cum sit adeo sublimis
Aug. ut supra dictum est discedent quidam dico attendentes. qui cupide spiritibus erroris. qui in illis maligni spiritus loquuntur.

probentur primum: et sic ministrent nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas non detrahentes sobrias fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri qui filiis bene presint et suis domibus. Qui enim bene ministrauerint gradum sibi bonum adquirent et multam fiduciam in fide que est in christo ihesu. Hec tibi scribo sperans me uenire ad te cito. Si autem tardauero ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari. que est ecclesia dei uiui columpna et firmamentum ueritatis. Et manifeste magnum est sacramentum pietatis quod manifestatum est in carne iustificatum est in spiritu.

apparuit angelis, predicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Spiritus autem manifeste dicit quia in novissimis diebus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in ypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est et nichil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Hec proponens fratribus bonus eris minister Christi Ihesu,

respondere non valeamus ut legatione eius fideliter instanter
agamus. Sequitur. Et vocavit nos vocatione interiori.
sua. i. sibi soli convenienti. sancta quia ad sancta vocat. vocavit
dico non secundum opera nostra sed secundum propositum et gratiam. i. secundum quod per gratiam
quid providerat. Que gratia data est nobis in Christo Iesu. i. pre-
scie dati nobis per Christum. ante tempora secularia manifestata est autem nunc
in completione per illuminationem salvatoris nostri Christi Iesu. i. per
predicationem Christi illuminantem auditores. Que vero sit illa
gratia aperit subdens. Qui et destruxit quidem mortem utramque
s. anime et corporis. Hec est illa gratia s. destructio mortis. non
mors de tumida per fidem est. Illuminavit autem. i. in luce po-
suit vitam et incorruptionem. i. vitam incorruptibilem et hoc
per evangelium. i. per predicationem evangelii ecce quam necessarium est
evangelium. In quo. s. evangelio ego positus sum. qui in nobilis predica- Ambrosius.
tor nomen actus et apostolus huius potestate apostolica et magister gentium.
s. cotidie docens gentes. Ob quam causam. s. quia predico in ipsa
que mihi do me sustineo sed non confundor. i. deficio vel erubes-
co. Securus quia per tribulationibus magna ei premis- Ambrosius.
sa merces est non confunditur sed gloriatur in pressuris quo autem hec
spectent ibi aperit iterat. formam tuis etc. Scio enim. Quasi dicat. Ideo
non confundor quia scio quod deus est ille cui credidi. Vel
scio cui credidi. i. cui mea commisi. Et certus sum quia po- Ambrosius.
tens est servare depositum meum. i. salutem meam quam ei commendavi. s. in spe et Ambrosius. Ambrosius
in fide illius collocavi. in illum diem. s. iudicii spe et magni-
ficentia salvatoris securus est quia quod commendo et illi in
tuto est. Ille autem commendat salutem suam ut hoc pro illo pro paciens
salutem inveniat penes illum cum ceperit iudicare ut
puniens infideles istum dignum vita eterna pronuntiet. Vel
potens est servare depositum meum. i. evangelium quod mihi commendavit. ut quod
ei commisi servandum usque in illum diem. s. decessus mei.
Formam. Hic ostendit quo de se predicta spectent. Quasi dicat. Ita labo-
ro in isto officio me dicto simul tu tu. habe formam sanorum
verborum que a me non a quocumque audisti. habe dico in fide et dilectione.
i. habe bona verba cum fide et dilectione que est in Christo. i. sic tu
instanter hec in qua habe per que potes custodire custodi di-
ligenti executione. bonum depositum. i. officium tibi commissum
quod potes per spiritum sanctum qui habitat in nobis. s. in te et me.

Quidam libri habent formam habe et hoc sic continua litteram. Quasi dicat. Collabora evangelio quod ut recte facias habe formam sanorum verborum etc. in mutat Ambrosius.
sententiam et custodi bonum depositum. Si hic mutat sententia. Scis hoc. Quasi dicat. Ideo opus est ut custodias quia tu scis hoc quod illi aversi sunt a me. i.
quod recesserunt a me omnes qui sunt in Asia ex quibus est Phylenus et Hermogenes. a quibus tibi maxime cavendum est. Hii quos memorat

fallacia pleni erant. Simulate enim erant cum apostolo ut addiscerent unde illi calumpniam facerent. Sed postquam viderunt se manifestatos recesserunt ab eo.

Ambro. Det et cetera. Illi recesserunt a me sed det dominus misericordiam domui id est familie onesiphori asiani quia sepe me refrigeravit ministrando michi necessaria. Hec imitare tu. Et catenam meam non erubuit sicut hi qui recesserunt a me. Sed cum venisset romam sollicite me quesivit ut scilicet ad me ingrederetur et invenit me. Ideo det illi dominus pater invenire misericordiam a domino id est a filio in illo die iudicii. In solo rome sed et ephesi multa ministravit michi et quanta tu qui aderas nosti melius aliis pluribus. ut melius quam hic. Tu ergo et cetera. Quia illi sic fuerunt aut sic, exemplum habes illius onesiphori. Tu ergo fili mi confortare et maxime exemplo onesiphori in gratia

Ambro. fidei et sapientie in te servanda et aliis annuntianda que data est in christo ihesu. Et et coadiutores constituit. Unde subdit. Et que audisti a me confirmata per multos testes. scilicet prophetas hec commenda omnibus fidelibus id est sane fidei qui idonei erunt vita et scientia et facundia et alios docere. Illis enim debet committi predicatio divina qui aptus est illi officio. Et tu ipse labora in predicando evangelio contra hostes fidei sicut bonus miles christi. Si autem bonus miles esse vis non implices te secularibus negotiis. quia nemo in spiritualibus

Ambro. militans deo quia nemo potest dividi duobus contrariis suis sicut nemo potest servire duobus dominis implicat se negotiis secularibus quibuslibet. Unde spiritualiter negotium seculare appellatur ut quicumque in eo catum faciens quis de spiritualibus carnalia querat.

Aug. in libro de opere monachorum. Et est hec diffinitio boni militis. Ut ergo sit bonus miles non implicet se secularibus negotiis. Hoc ideo dicit apostolus scribens timotheo ne forte cum indigeret timotheus et nollet victu cotidiano ab eis sustentari quibus evangelium ministrabat et in opere corporali laborare posset, aliqua sibi negotia quereret quibus animum eius in toto implicaret. nam et illa negotia sunt secularia cum animo occupatus colligendi cura pecunie sine labore corporis ut faciunt negotiatores et huiusmodi. Cum tamen non manibus operatur ideoque ipsum animum suum occupat huiusmodi sollicitudine. quod

·II·

ne iste faceret quia infirmus laborare non poterat prohibet dicens. Nemo militans deo implicat se secularibus negotiis ut placeat ei scilicet deo cui se probavit id est devovit et preparata in electione probabilem ostendit. Nam et qui et cetera. Ideo labora sicut bonus miles. ut ideo nemo implicet se secularibus negotiis quia aliter non datur corona. Et illegitime militet ut in agone sit nam et ille qui certat in agone quolibet non coronabitur nisi certaverit legitime. id est prout expetit lex agonis quod nemo potest nisi

Deo. ab omnibus que illum agonem impedire possunt abstineat. Et qui ille quereret unde vivat. cum non possit fodere et mendicare confundatur. subdit. Laborantem agricolam et cetera. Et si non implices te negotiis est unde possis vivere quia oportet laborantem agricolam. Ut ita continua. Dico labora et quamvis ita moneam te laborare non tamen ut vivas de opere tuo quia infirmus es et minus sufficies verbo dei quia oportet laborantem agricolam.

Ambro. scilicet predicatorem qui in agro ecclesie ligone verbi dei excolit corda auditorum. primum

Ambro. percipere id est sumere de fructibus id est necessaria ab auditoribus quia dignus est operarius mercede sua ut agricola vel vinitor primos fructus laboris sui degustat ita

Ab. Ambro. apostolus prius sibi eum sumere qui primus est et sic ceteris distribuere. Prius enim debet ille suam necessitatem implere ex his que accipit et postea aliis de his que super sunt ministrare.

Aug. de opere monachorum. Castum itaque evangelistam non adhuc evangelizantem ut evangelium venderet securum facit et vult ut intelligat quod necessaria sibi sumere ab eis in quibus deo militat et quasi tamquam cultor vineam exercet ut tamquam gregem pascit non est mendicitas

Ambro. sed potestas. Timotheus autem tante abstinentie fuit quod et aliquotiens se temperare nolebat de labore manuum vivere cum dominus decrevit ut qui evangelium annuntiat de evangelio vivat. Intelligite et cetera. Dico ut accipias necessaria a subditis et si in iudeos contraria et contraria hoc quod ipse ego facio dicere. Intellige que dico. id est discerne quid quare dicatur. Ideo enim dico ut accipias quia tu infirmus es. Ideo ego abstineo quia inde acceptione

onesiphori domum: quia sepe me refrigavit et catenam meam non erubuit: sed cum romam venisset sollicite me quesivit et invenit. Det illi dominus invenire misericordiam a domino in illa die. Et quanta ephesi ministravit michi tu melius nosti.

Tu ergo fili mi confortare in gratia que est in christo ihesu. Et que audisti a me per multos testibus hec commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles christi ihesu. Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus ut

placeat ei cui se pbauit. Nam qui certat i agone n coronabitur nisi qui legitime certauit. Laborantē agricolam oportet pmū de fructibus pcipe. Intellige que dico. Dabit enim t dns in omnibus intellectum. Memor esto dnm ihm xpm resurrexisse a mortuis ex semine dauid secdm eugtm meum in quo laboro usq; ad uincula q̄si male operans. S; ūbū di n est alligatū. Ideo omnia sustineo pp electos ut 7 ipsi salutē consequantur que est in xo ihu cum glā celesti. fidelis sermo. Nam si cōmortui sumus 7 conuiuemus. Si sustinemus 7 conregnabimus. Si negauimus 7 ille negabit nos. Si non cdimus ille fidelis pmanet negare seipsum non pt. Hec commone testificans coram dō. Noli contndē ūbis. Ad nc eni utile

scandaliuē. Intellige dico quod potes. dabit eni t dns in omnib. n solum mihi intellectū. Memor e. Certans legitime coronabit ut legitime certes memor esto dnm nrm i. x. t. a. m. natum ex semine dd. i. de pgenie dd. ih secdm euuglm m. i. f pdicatiōe meā i si pfsi negent h. S; quia timotheum memorat s; pp hereticos quos puidit futuros i ista negatos in quo. euuglō pdicando laboro usq; ad uincula. sic tu fac. ego dico habitus male opans. Hic contumeliā notat q ei ingebatur. S; ūbū di n e alligat in me. 7 sic corp. i. licet ego alligat sim corpore tn ūbū dīn n ē alligatū. quia 7 sermōe psentes 7 litt's absentes docē non cesso. Ideo. i. p euuglō. 7 quia memor sū resurrexisse. sustineo oia. i. contumelia 7 dapna max ppt electos i s omnib nī p sun. ut 7 ipsi mecū consequant h salutē aīe que est in xo ihū. i. p eo pstatur ih cum glā celesti. que post hanc uitā dabit. a. Hic consequentur salutem iustificationis 7 p hanc uitā glām celeste. Et fidelis. i. uus sermo est iste. s. quia consequentur electi salutē. ig tam. 7 ue. na 7 mortui mundo sicut x ueri hoī. te. sustinentes. i. mres consequentur salutē. 7 h ē quod ait. Nam 7 si nos cōmortui sum. i. si nos sumus mortui mundo t pcctis in bapto sic x ueri hoī utiq; 7 cōuiuem. i. ē illo uiuem in etna uita. 7 si sustinem. p. x tribulationes 7 passiones 7 conregnabim cū illo i etna beatitudine. Vt ita. fidelis sermo. Nasi. ita ordinalitam i quanta. a. Vt sustineas esto memor x resurrexisse. Nasi cōmortui sum x in ipa morte. 7 qui. 7 si fui. in ipa passiōe. 7 cōre. in glā cum eo. iste sermo fidel ē. 7 si negabimus. eum coram hoib;. 7 ipse negabit nos coram patre. dicens nescio uos. h est contrariū illi qd ip ait. Qui me confessus. f. c. h. c. 7 e. e. c. p. m. 7 si nos non cdimus quod puni at malos stulte confisi de mīa e ille tn s. x manet fidelis. in dictis suis in eo 7 quod dixit qui non cdidit cod. Uue fidelis ē q n p negare seipm quie ūitas quod facet si dicta sua non implet. Hoc a quod seipsum negare non pot lau se est uoluntatis diuine. sic quod qda non posst cdere culpa est uoluntatis huāe. Hau pdicta. s. ut patiatis 7 c. commoneo te Vt f aliam lūtam h cōmmone alios t cōmissos testificans cora dō. i. testem dm inuocans. Noli. a. Hoc facs; noli contndē ūbis. Ad nc e. u. e. n. ad subul. a. x. quia contentio nil p nisi subūtē audientes dum ibo sūs pat ut supior uidetur catholico. Contentio mūi stabilitis sepe gnat scrupulum. Solent eni i contntiōe talia opponi elimato maliuolentie argumto ut moueat aīos insipientiū frm n p esse qui cōntiōe gnat aliquid quod dicatur contra consciā ut intus in aīo pdat 7 foris uictor abscedat. Nemo eni patit se uinci. licet sciat ūa esse q audit Col lano q int diser uos esse deb; n alt catio. Sollicite a qua exhibē t. d. hoc pp te pbabilē. i. pbatum. 7 laudabilem mcōspec tu tuo. h ppt pximū oparm in opibus uite agndis. inconfusibile. s. q n erubescat euglm ut non deficiat. recte trctantē ūbum ūitatis. i. f competentiā singulor. ut aliis spualia

Ambro.
Ambro.
Ambro.
Ambro.
Ambro.
7 contumelia 7 dapna
Ambro.
Ambro.
Ambro.
Ambro.
Ambro.
Ambro. qr contentio malum
Ambro.

lac ebibat parvulis. Prophana autem verba ut hereses. vaniloquia. scilicet que sine fructu sunt et si non ita mala sunt devita. quia aliquibus no
cet. Unde subdit. Multum enim proficiunt. id est efficacia sunt ad impietatem
Amo. id est contra cultum dei. et sermo eorum. id est hereticorum ut cancer serpit. id est a parvo ad
Amb. maius paulatim tendit que sana sunt corrumpendo et ita ad impietatem per
ducendo ex quibus est hymeneus et philetus. Horum prodit nomina ut ab his
specialiter caveat quos et prophanos et impios designat errantes a veri
tate. Unde subdit. Qui exciderunt a veritate. in qua olim fuerunt vel usque
adhuc esse creduntur. Unde magis noxii sunt sed ab ea deciderunt dicentes
resurrectionem corporum iam factam esse ut non speretur alia. Quod dicebant
Amo. occasione verborum illorum que in evangelio continentur. scilicet multa corpora sanctorum qui
Amo. dormierant surrexerunt. et negabant resurrectionem ~~naturalem~~ generalem que adhuc futura est.
Vel ita ut de resurrectione anime accipiatur. Due enim sunt resurrectiones
prima est que fit in anima per fidem quando que mortua erat in infidelitate
in malis peccatis per fidem et baptismum vivificatur. Unde qui crediderit in me
transibit de morte ad vitam. Altera erit corporum que erit in iudicio. De illa
resurrectione que fit in anima per fidem loquitur hic apostolus. cum ait dicentes resur
rectionem iam esse factam in baptismo et in fide et nullam corporum resurrectionem futuram.
Aug. Omnis enim secte que aliqua religione premuntur concedunt resurrectionem mentium. id est fide;
Alioquin enim vincerentur audiendo. Volentes ergo credi sibi omnes qui instituerunt
alicuius false religionis sectam negare istam resurrectionem mentium non potuerunt.
Omnis de illa consenserunt sed corporum resurrectionem negaverunt multi. sic isti
quos nominat apostolus. et subvertunt fidem quorundam et ideo magis vitandi sunt
sed ideo non penitus desperandum est quia firmum stat fundamentum dei. id est illi quos
deus elegit et inmobiliter in fide fundavit qui perire non possunt. Non erat funda
mentum divum habens hoc signaculum. id est habens hoc in signum amicis et inimicis.
amicis ut accedant inimicis ut territi fugiant. Vel habens hoc signum. id est
hoc habet in se impressum. scilicet quod novit dominus qui sunt eius. id est amat et defendit
prescitos suos in quo prescientia notatur. qua quos prescivit futuros
esse conformes imaginis filii sui predestinavit vocavit iustifica
Aug. vit glorificavit. Numerus talium est ortus conclusus. fons signatus
puteus aque vive. paradisus cum pomorum fructibus. Ex hoc numero quidam
dam spiritualiter vivunt et supereminentem viam caritatis ingrediuntur. Quidam vero
adhuc carnales parvulis suos instant exercere. et ut cibo spiritualium ~~fiat~~
fiant idonei sanctorum misteriorum lacte nutriuntur. Et quibus moribus praeclari
et iudicio manifesta sunt in dei timore vitant et regulam fidei diligenter
inquisitam firmiter tenent. et si ab ea deviant cito auctoritate cat
holica corriguntur quamvis in eius verbis per sensum carnalem variis
adhuc fantasmatum concursibus fluctuent. Sunt et ex eo numero quidam qui
adhuc nequiter vivunt aut et in heresibus vel in gentilium superstitionibus
iacent et tamen et illuc novit dominus qui sunt eius. Nam in illa ineffabili prescientia dei
multi qui foris videntur intus sunt. et quos novit dominus. et multi qui intus vi
dentur foris sunt. Ex illis ergo omnibus qui ut ita dicam intrinsecus et in oc
Aug. de civitate dei. culto intus sunt. id est quos novit dominus nemo eterna dampnatione seducetur.
quia novit dominus qui sunt eius. Nondum apparuit iudicium sed iam factum est
in noticia dei. Novit enim qui permaneant ad coronam et qui ad flammam. No
vit triticum et paleam. Deinde alteram partem signaculi ponit de libro y
saye subdens. Et discedit ab iniquitate et si non ab iniquis hominibus quibus admixtus est corpore. Omnis qui vere nominat vel
invocat nomen domini. Nota quod ait discedit. Ysayas enim videns in homine liberum arbitrium ita admonet discede ab
iniquitate dicens. discedit etc. et propheta dixit. scilicet quod homo libero arbitrio discedit ab iniquitate et quod deus prescivit munit

est nisi ad subversionem au
dientium. Sollicite
cura te ipsum proba
bilem exhibere deo
operarium inconfu
sibilem recte trac
tantem verbum ~~dei~~
veritatis. Prophana autem ver[ba]
et vaniloquia devita.
Multum enim proficiunt
ad impietatem. et sermo
eorum ut cancer serpit. Ex
quibus est ymineus et
phyletus. qui a veritate
exciderunt dicentes re
surrectionem iam factam
et subver[tun]tunt quorum
dam fid[em]. Sed fir
mum fundamentum dei
stat habens signaculum
hoc. Cognovit dominus qui
sunt eius. et discedit ab
iniquitate omnis qui
nominat nomen domini.

In magna enim domo
non solum sunt vasa
aurea et argentea sed et
lignea et fictilia. Et qui-
dam quidem in ho-
norem quedam autem in
contumeliam. Si quis
ergo emundaverit se ab
istis. erit vas in ho-
norem sanctificatum et u-
tile domino ad omne opus
bonum paratum. Iu-
venilia autem desideria
fuge. sectare vero iusticiam
fidem caritatem pacem
cum his qui invocant
dominum de corde puro. St-
ultas autem questiones et
sine disciplina devita
sciens quod generant lites.
Servum autem domini non
oportet litigiosum esse
sed mansuetum esse ad
omnes. docibilem. pacie-
ntem cum modestia cor-

apparet hostibus et amicis quod ipse sit dei. hoc est signaculum. Sequitur. In mag-
na enim domo. a. Quidam sunt subversi quidam sunt signati in muro quia in magna domo
id est in ecclesia sunt simul tamen non solum vasa aurea et argentea. scilicet boni dei dispensationes
recipientes sed et lignea et fictilia. id est mali que et si ad contumeliam sint utilia tamen
sunt et honestis ad purgationem. Unde subdit. Et quedam quidem sunt in honorem. scilicet
boni qui purgantur per malos quedam autem in contu. scilicet mali qui sunt purga-
torium malorum. Sicut enim vasa lignea et fictilia valent ut purgentur argentea et au-
rea. sic mali prosunt ad perfectum bonorum. Magna ergo domus est ecclesia in qua sunt
vasa au. et ar. id est boni et fideles servi dei servi ubique dispersi sed spirituali unitate
devincti in eadem communione sacramentorum degentes. et vasa lig. et fic. id est illi qui
ita sunt in domo ut non sint in compage domus nec in societate pacifica. et
tamen adhuc corpore simul sunt cum bonis. Nam ante tempus ultime separationis
nullo modo propter commixtionem malorum recedendum est ab ecclesie unitate. Ut autem ven-
tilationem aree simul sunt triticum et zizania grana et palee. quia non con-
cessit dominus apostolis zizania a tritico separare. Quis ergo audeat. Ecce per vasa aurea
et argentea intelliguntur boni et electi. et ipsi id sunt vasa in honorem. quia ad
honorem in gloriam patrie celestis sublevantur. per vasa lignea et fic. intelliguntur
ficti et reprobi. et ipsi idem sunt vasa in contumeliam. quia deriguntur in supplicium
dampnationis. Vel per vasa au. et ar. intelliguntur omnes boni sive qui ad tempus
boni sunt sive perseverantes per vasa lig. et fic. intelliguntur omnes mali sive qui ad tempus
mali sunt sive pertinaces. Et de utrisque quedam sunt in hono. quia de bonis et de
malis quidam sunt electi ad gloriam. et similiter de utrisque quedam sunt in contu. quia et
de bonis et de malis quidam sunt reprobi. Siquis ergo. a. Quedam sunt in honore
quedam in con. et quia alterum horum est. Siquis ergo ab istis que sunt in contumeliam emun-
daverit se recedendo ab iniquitate. eorum non ab eis erit vas in honorem sanctificatum
fide et operibus. Vel sanctificatum id est mundum et utile ad querendo alios. domino et ad omne
opus bonum paratum. a. non perit tempus hoc quod est illis est corpore. Iuvenilia autem. a.
aliorum prophana et maniloquia devita. inter. autem iuvenilia desideria fuge. scilicet
luxuriam immunditiam et alia huiusmodi. Sectare vero iusticiam in iudicio. fidem
veram caritatem dei et proximi. Vel castitatem pacem. id est quietem cum his qui invocant no-
men domini de corde puro. id est cum fidelibus. Vel ita. cum his. a. Hec omnia sectare
cum his. id est sicut hi qui invo. no. do. de. cor. p. id est pura conscientia. hec sectare.
Stultas autem questiones inutiles et que sine disciplina sunt. id est in quibus non est proventus scientie.
et sine ~~stultas~~ (stulte sunt) devita non omnes questiones sunt inutiles sed inutiles et sine disciplina de-
vita dico sciens quia generant lites. non edificant. Servum autem domini non oportet litig.
id est tempus litibus expendere. Sed dum sibi obstrepunt contradicentes. Ne ergo servus dei
sibi obstrepat studio altercandi et contendendi. Unde ait. Servum d. n. o. l. e. sed man-
suetum esse. id est tractabilem ad omnes et malos ut attrahat eos. docibilem. scilicet qui facile
doceat vel doceatur. si opus est in aliquo. pacientem. quelibet adversa. cum modestia.
id est nimia levitate. corripientem eos qui resistunt veritati quia non est cessandum a cor-
rectione errorum alterius. Ecce patet quia nec deesse nos voluit correctioni fratrum
nec studere contumacie. Multi enim homines cum a somno excitantur litigare
volunt aut rursus dormire. cum litigare prohibentur. corripientem dico quia corr-
eptio ad hoc utique fit nequando. id est ut aliquando det deus illis penitentiam. Aliter non
prodest correptio nisi supernus medicus respiciat. id est nisi faciat ut peccati sui quemque
peniteat que penitentia pudore et timore displicendi aliis interdum impeditur
dum plus delectat hominem aliorum existimatio quam iusticia qua se quisque
humiliat penitendo. Ideoque non solum cum agitur penitentia verum et ut agatur
dei misericordia necessaria est. Ut enim petrus amare fleret respexit eum deus. et ideo
apostolus dicit. Det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem. quam tamen impugnant et ea cognita resipiscant a laqueis diaboli.

Aug. de bapt. parvulorum.
Aug. de bapt. parvulorum.
Ambro.
Ambro.
Ambro.
Ambro.
Aug. de fine dei in monita
Aug.
Ambr.
Ambr.
Aug. de corr. et gra.

aimo .i. recedant ab erroribus diaboli quibus illaqueati tenentur. et redeant ad
aimo. bonum ut sapiant ueritatem. Nam resipere quasi iterum sapere. a quo .s. a diabolo
non modo ligantur sed et captiui tenentur. quasi extra patriam. ad ipsius uoluntatem
exequendam. Haimo. a. Dixi propter prophana et stulta deuita ad ipsa autem uitanda
scito quod in nouissimis diebus instabunt scilicet tempora periculosa uel seua
aug sup ioh. hoc est autem capituli .i. quia erunt homines amantes seipsos. non dominum ut pe
trus qui ter interrogatus a domino ter professus est se eum diligere dicens. tu scis
quia amo te. unde et dominus ei oues pascendas commendauit quia in pascendis oui
aug bus uia monstratur dilectionis. si quis sibi non querit que sua sunt. sed que christi. Excep
to autem quod seipsos non deum amant quasi ex radice hec que secuntur mala ori
aimo aug untur. s. quod erunt cupidi pecunie elati ad diuinum superbi de hono
aimo aug ribus sibi impensis a subiectis blasfemi in deum prelatos non obedientes
aimo. aug sup parentibus carnalibus uel spiritualibus. ingrati de bonis. uel qui corrigenti
ioh. aimo bus mala pro bonis reddunt scelesti in grauibus perpetrandis uel quamuis
aug peccati transcendunt. s. suas. uel aliorum animas interficientes. sine affectione ad
aug aliquem sine qua sunt non compaciendo infirmis. sine pace. i. inquietantes
aug alios criminatores. i. crimina aliis imponentes. uel detractores famam sanctorum
aug maculare conantes. incontinentes gule uel libidinis non refrenando
aug malas cupiditates. inmites .i. crudeles excitando lites. sine benignitate
aug .i. largitate dum nesciunt subuenire aliis proditores secretorum aliorum dum
aug indicant inimicis priorum que occultanda nouerunt proterui uel procaces habitu uel
aug uerbis pudorem non seruantes sed humana uerecundia inuerecunde agitantes. tumidi
aug inflato corde ceci. s. non intelligentes que locuntur neque de quibus agunt uo
aug contra faust luptatum quarumlibet amatores magis quam dei. i. carnales leticias spiritua
libus preponentes. habentes quidem speciem pietatis. i. religiosi quia eadem sacra
menta habent cum piis. et ideo periculosi sunt uirtutem autem eius pietatis. i. caritatem
aug abnegantes. factis. Virtus pietatis est caritas de corde puro et conscientia
aug in ps. xl bona et fide non ficta. Hec est uirtus quam inebriat nunc nullis ignis nulli
vii. fluctus seculi nulla flumina temptationis eam extinguunt. De hac dicitur. Fortis
est ut mors dilectio. Sicut enim mors cum uenerit resisti ei non potest. sic contra uiolentiam
caritatis nec potest mundus. Ex contrario data est similitudo. Quoniam enim mors ad
auferendum uiolentissima est sic caritas ad saluandum uiolenta est. Vel .s. falsa
litam ueritatem auentis. i. rem pietatis abnegantes. ideo sic est et hos tales deuitas. Ecce
quod incepit de nouissimis temporibus. Ex his enim. a. Bene dico ut tales deuites
quia iam horum preuenientium quidam sunt plures autem in fine futuri sunt. unde est quod ait. Ex
aimo his enim sunt qui penetrant domos. adulterantes. Ingrediebantur enim domos mu
aimo. lierum et decipiebant eas. Vnde subdit. et captiuas du .i. subdolis et ficti
aimo tiis uerbis seducunt mulierculas prius per eas uiros earum ut diabolus prius euam
seduxit per eam adam. Vel penetrant domos. i. rimantur secreta conscientie et
quos idoneos inuenerunt ducunt captiuos. Vnde subdit. et mu. d. c.
i. uiros seductibiles qui mulieres seducuntur. Mulierculas dico oneratas
peccatis. non erant digne seduci. Vnde subdit. Que seducuntur ua. desi.
aug sup ioh quia semper noua desiderant firmos seducere non possunt. ex quibus desideriis
sunt semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes. a. Semper am
bulant et numquam ad uiam perueniunt. Nos autem semper ambulemus in uia do
nec conueniamus quo ducit uia. Nusquam in illa remaneamus donec per
ducat ut maneamus atque ita inquirendo tendimus et inueniendo ad aliquid
perueniamus. Quemadmodum autem. a. Tales seducunt ueritati a se resistunt.
Hoc est quod ait. Quemadmodum autem iamnes et mambres restiterunt moysi ita
aimo. hi resistunt ueritati. Iamnes et mambres duo fratres fuerunt magi pharaonis. Horum nomina non inueniuntur aperte in diuinis libris.

ripientium. eos qui resistunt
ueritati
nequando det illis deus pa
penitentiam
enitentiam ad cognoscendam
ueritatem et resipiscant a dia
boli laqueis a quo capti
ui tenentur ad ipsius uo
III
luntatem. Hoc autem scito
quod in nouissimis diebus
instabunt tempora peric
ulosa. et erunt homines
seipsos amantes. cupidi.
elati. superbi. blasfemi. pa
rentibus non obedientes
ingrati. scelesti. sine affec
tione sine pace. criminato
res incontinentes inmites
sine benignitate. proditores.
proterui. tumidi. uolupta
tum amatores magis quam dei
habentes quidem speciem pieta
tis uirtutem autem abnegantes.
et hos deuita. Ex his enim
sunt qui penetrant do
mos et captiuas ducunt
mulierculas oneratas

peccatis que ducun
tur variis desideriis
semper discentes et numquam
ad scientiam veritatis per
venientes. Quemad
modum autem iamnes
et mambres restiterunt
moysi ita et hii resis
tunt veritati homines
corrupti mente reprobi
circa fidem sed ultra
non proficient. Insipi
entia enim eorum mani
festa erit omnibus
sicut et illorum fuit. Tu
autem assecutus es me
am doctrinam. insti
tutionem. propositum.
fidem. longanimi
tatem. dilectionem. paci
entiam. persecutiones.
passiones. qualia mihi
facta sunt antiochi
e yconio listris. quales
persecutiones sustinui

sed in apocrifis de quibus hic sumitur. hii autem restiterunt moysi usque ad tercium signum
in quo defecerunt dicentes. digitus dei est hic. et sicut illi restiterunt moysi. ita et hii
scilicet heretici resistunt veritati homines corrupti mente vel corrupte omnis et reprobi omnibus semper ex
istentes circa fidem. et numquam in fide sed ultra scilicet post hec presentia non proficient seducendo
quia in bivio deficient superati a catholicis. Insipientia enim eorum. que modo putatur sapientia
omnibus erit manifesta. per bonos presertim per iohannem apostolum per quem in asia destru
endos hereticos dicit hic. Manifesta erit dico sicut et insipientia illorum magorum fuit
manifesta per moysen. Nota quod animositas hereticorum semper inquieta est quos
magorum pharaonis hic conatum declarat hic apostolus comparans eos magis pharaonis
quos ieremias perdici insipienti avicule comparat dicens. Clamavit perdix
congregavit que non peperit fecit divitias non in iudicio. in medio dierum eius derelinquet
eum et in novissimis suis erit insipiens. Perdix nimis contentiosum animal est. similiter
et heretici sunt contentiosi qui clamant disputare. sed quoniam superare impudentissima
pervicacia. Et sicut perdix clamat et congregat que non peperit. ita heretici christianos iam per christi
evangelium natos inveniunt et illos divitias suas faciunt. non sane cum iudicio sed cum temeri
tate inconsiderata. Non enim ibi intelligere est veram et salubrem et quodammodo germanam atque
radicabilem christianam societatem in iustos separavit quos ad suas divitias congregavit.
Sed postea derelinquetur id est insipiens quia qui primo per pollicitationem et ostentationem
excellentis sapientie seducebat erit insipiens. id est apparebit insipiens. Eis enim qui
hunc primo sapiens erat. tunc erit insipiens. cum apparebit quod dementia eius nota erit
omnibus; ut hic dicitur sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus. Tu autem. quasi. Illi recedunt veritati
Tu autem assecutus es meam doctrinam. id est habes scientiam per meam doctrinam. et ideo potes illis resistere. in
stitutionem bonorum operum et propositum meum quia tu dicis quod ego. et fidem invisibili
um et longanimitatem in expectatione promissionum. et dilectionem dei et proximi. et patientiam
de adversis et persecutionem de loco ad locum et passiones tormentorum. qualia. quasi. Tale
est sunt illa que tribulationes et passiones (vel persecutiones) qualia tormenta mihi facta sunt antiochie yconio
listris et quales persecutiones sustinui et ex omnibus. quasi. Ego sustinui persecutiones.
et ex omnibus eripuit me dominus. sic et te eruet. nec solus ego patiar sed et omnes qui volunt pie
id est religiose et recte vivere in christo quia volunt pati patienter in corde ut corpore. a diabo
lo ut amatores hominibus ut a suis concupiscentiis ut per dolorem peccantium. persecutionem.
Hoc semper fit sed maxime primo tempore ecclesie. Et sicut omnes qui volunt vivere pie perse
cutionem patiuntur. ita necesse est ut qui incipit vivere vis. Pie vivit ille maxime qui dicit.
Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non uror. Aliorum infirmi
tates et scandala sunt illi persecutiones. Quid enim sic persequitur vitam bonorum
quam vita iniquorum. Non quia cogitur imitari quod displicet sed etiam cogitur dolere quod videt.
quia coram pio vivens impie et si non obligat consentientem cruciat tamen sentientem.
Unde. Vidi prevaricantes et tabescebam. Hec est persecutio quam patiuntur omnes pii et apostolica sententia.
Mali autem homines. quasi. Boni patiuntur sed homines mali in se et seductores aliorum
qui qui eius officii sunt proficient in peius. ita scilicet ipsi dico errantes a bono et alios
in errorem mittentes ipso actu. quales sunt illi qui timentes hos ledere coram quibus
locuntur non preparant se ad imminentes temptationes sed et promittunt felicitatem huius seculi
quam deus in seculo non promisit. Ille predicit labores super labores usque in finem ventos ipsi seculo
tu ... ille ad confortandum cor tuum venit pati mori sputis illiniri spinis
coronari obprobria bibere ligno configi omnia hec tulit ille propter te. tu nichil pro illo sed pro
te ille confortans infirmum ut te credidit non sperat prosperitatem huius seculi ait. Fili acce
dens ad servitutem dei sta in timore. ... Tu vero. quasi. Mali erunt et in erro
rem mittunt tu vero permane firmus in hiis que didicisti adeo et a me tradita sunt tibi
ut fideli dispensatori ut aliis annunties. Permane dico sciens id est memoriter re
tinens a quo id est a quam magno doctore. scilicet a me didicisti et ideo non debet tibi venire in
dubium. Et ideo et permane quia ab infantia tua nosti sacras litteras legis et prophetarum. ecce facultas que litterarum spiritualium

Augustinus in libro ad ianuarium. Augustinus et eodem
ambrosius. ad ... ambrosius
Augustinus in psalmo liiii.
Augustinus ad sebastianum.
Augustinus in libro de pastoribus.
ambrosius

Amb. intellecte. possunt te instruere ad salutem ~~ad salutem~~ obtinendam per fidem quam ipse docet que fides est in Christo Ihesu. Multum significat per doceri ueteris testamenti habere noticiam ubi Christi persona uel incarnatio insinuatur que ad salutem hominum ualet. Omnis enim. Vere scripture ualent ad salutem quia ualent

Amb. ad causas salutis. Omnis enim scriptura cuius auctor deus est inspirata aliter diuinitus. id est per spiritum sanctum utilis est ad docendum. nescientes. ad arguendum

Ambro. id est ad conuincendum de malo negligentes. ad corripiendum. id est ad increpandum duriter in malo perseuerantes. ad erudiendum penitentes incipientes discere ad erudiendum dico scilicet ad iusticiam uel in iusticia. id est ut iustum faciat ita ut homo dei instructus ad omne opus bonum sit perfectus. exsecutione.
Et quia sic potes. testificor. id est adiuro te coram deo. id est teste deo patre et Christo Ihesu qui iudicaturus est uiuos. scilicet illos qui uiui reperientur qui residuerint tormentis antichristi. et mortuos scilicet qui eos mortui reperientur. Vel uiuos. id est iustos et mortuos. id est malos et per ipsius aduentum per quem cui debes gratias agere uel futurum qui timendus est et per regnum eius eternum. id est ubi tu conregnes eternaliter predica uerbum et insta. id est instanter predica. ita scilicet

Aug. Ambro. / Aug. super epla ad galathas. oportune quantum ad eos quibus placet et importune. nolentibus. Tu quidem oportune agis. sed importunus uideris ei qui libenter non audit quod tamen aliquando expedit. Tu uero sciens hoc illi esse oportunum quod ei uidetur importunum dilectione curamque sanitatis eius animo teneas mansueto id est modesto. Multi enim quamuis perturbatione sua a medico uidentur abscedere. paulatim tamen uerbi uigore per medullas penetrante sanati sunt.

Aug. de tribus. ~~Et~~ Et cum scriptura dicat in multiloquio non effugies peccatum non est dicendum istum multum esse locutum. id est si apostolus dicat insta oportune importune in tantiloquio enim non est multum quod est necessarium. et argue de peccatis negligentes.

Aug. Vel ita potest distingui. Insta oportune. argue. deinde cetera que sequuntur. obsecra. id est adiura uolentes increpa aspere rebelles persistentes scilicet in omni pacientia repugnantium et doctrina. accipientium. id est ita patienter

Ambro. sustineas repugnantes. et doceas accipientes. Et nota quod huic auctori persuadet apostolus patientiam quam Christo nimis patienti persuadere impium. Erit enim. et. Modo est hoc necesse. scilicet ut predices. erit enim tempus. cum multi non sustinebunt sanam doctrinam. id est non ferent salutem audire que non sit

Amb. eis sed coaceruabunt sibi multos magistros secundum desideria sua. id est qui ea doceant que uolunt. Prophecia est sancti apostoli qui prescius futurorum in doctrina precepit esse instandum. ut contra hoc quod futurum erat prepararet ecclesiam. Tales enim dicit futuros qui pro desideriis suis doceri uelint. ut a magistris constantibus et ueracibus ad hos conuertantur qui hoc illos doceant quod libenter audiant quia ueritas illis aspera uidebitur ut relicta uera doctrina fabulis uacent. ipsi dico prurientes auribus. desidio

Amb. audiendi non tamen bona. et a ueritate quidem quecumque est aspera. auditum auertent ad fabulas autem conuertentur. quas docent magistri quos sibi coaceruant.

IIII. Aug. super Ioh. Hos magistros Salomon uult intelligi per mulierem de qua ait. Mulier insipiens et audax inops panis conuocat pretereuntes dicens. Panes occultos libenter attingite et aque furtiue dulcedinem. Hec mulier uanitas est impiorum que cum sit inops panis promittit panes. id est cum sit ignara ueritatis promittit scientiam ueritatis que ipsa occultatione commendat. quia condit ut libentius audiant cuius prohibitam furantur seducti audientiam. Hec enim occultatio facit quasi pruritum in auribus. spiritualiter fornicantibus sicut pruritu libidinis corrumpitur in carne integritas castitatis. Nephandi enim doctores ipsa occultatione condunt sua uenena curiosis ut non existiment eos dicere aliquid

et ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Ihesu persecutionem patientur. Mali autem homines et seductores proficient in peius errantes et in errorem mittentes. Tu uero permane in his que didicisti et credita sunt tibi. sciens a quo didiceris et quia ab infantia sacras litteras nosti. que te possunt instruere ad salutem per fidem que est in Christo Ihesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum ad arguendum ad corripiendum ad erudiendum in iusticia ut perfectus sit homo dei. ad omne opus bonum instructus. Testificor coram deo et Christo Ihesu qui iudicaturus est uiuos et mortuos. et aduentum eius et regnum eius predica uerbum.

insta oportune importune·
argue obsecra increpa· in omni
pacientia et doctrina· Erit
enim tempus cum sanam
doctrinam non sustinebunt
sed ad sua desideria coacervabunt
sibi magistros· prurientes
auribus· Et a veritate quidem
auditum avertent, ad fabulas
autem convertentur· Tu vero vigila
in omnibus labora opus fac
evvangeliste ministerium tu-
um imple sobrius esto· Ego e-
nim iam delibor et tempus
mee resolutionis instat· Bo-
num certamen certavi cursum con-
summavi fidem servavi· In
reliquo reposita est michi corona
iusticie quam reddet michi
dominus in illa die iustus
iudex· Non solum autem michi,
sed et hiis qui diligunt ad-
ventum eius.

magnum quam habent sectum· vel sua avidius hauriat insipientiam
quam putat scientiam dulciusque audiat quod palam in ecclesia dici eadem
prohibentur. Mulier illa propter illicita atque punienda secta non solum
insipiens verum et audax nuncupatur. Sub arcano enim vocabulo
multas sceleste hereses condidit nefandas fabulas fingere et vel
tinam tales quales in theatris· cantantur sive mimica scurrilitate
recitantur et non tales quales adversus dominum fingere potuisse illam do-
lemus insipientiam et miramur audaciam· Tu vero· a· Ita futurum est ut
dixi tu ergo dum tempus habes· vigila in disciplina ecclesiastica·
in scripturis explanandis· vel in omnibus· id est in omnis generis hominibus
docendis labora et opus fac evvangeliste· id est quod ore predicas hoc opere testa-
re· ut retro quasi tiros turturis ad assellas· vel sunt mala punica
et tintinabula extremis horis in cinctione tunice· Opus fac dico
in tantum ut impleas ministerium. Unde addit. Ministerium tuum eparat
· scilicet imple scientia vita et doctrina· et ut impleas sobrius esto· vel in omnibus
modum serva· per quod implere potis quia hoc vir temperat omnes alias·
Hoc ideo magister ne dicat ne se nimis affligeret propter predictum preceptum.
Ego enim· a· Vigila labora et sic te oportet facere quia ideo ego iam delibor·
id est incipio deo offerri grata hostia· Libare dicimus degustare et
fundere ut immolare· in compositione delibare quod hic dicimus pro tota immo-
latione· Passionem enim suam delibationem appellat. Deo enim immolatur
qui pro iusticia eius patitur. Unde subdit. Et tempus mee resolutionis· id est
mortis instat· id est prope est. Et quasi aliquis quereret unde hoc scis·
respondet· Ecce quia adiuvante me proveniente gratia bonum certamen certavi·
hactenus· id est explevi quod debui et cursum consummavi· id est firmiter
locavi ecclesiam· Ut vita continua· a· in proximo sum migraturus
sed bonum certamen certavi· contra rebelles· a· Hoc exemplum et relin-
quo et cursum· mee predicationis quam cucurri vel facile transit erat
consummavi firmiter locata ecclesia in omnibus adversis fidem que est cap
ceterarum religionis· servavi quod non habui nisi deo miserante qui donum
dei est unde alibi ait. Misericordiam consecutus sum non quia fidelis eram sed ut
fidelis essem. Apostolum ergo invenimus sine ullis meritis bonis· immo
cum multis meritis malis dei gratiam consecutum reddentis bona pro ma-
lis. Qui sua iam propinquante passione bona merita sua commemo-
rat. post que consequeretur coronam qui post mala merita consecutus
est gratiam quia nisi prius gratuita donaretur corona debita non redderetur. Non
ergo merita ipsius tamquam ipsius sunt· id est ex ipso ei comparata sed dona dei sunt.
Attende quod ait certamen certavi cursum consummavi· Quomodo potuit hoc dicere cum
adhuc restabat ipsius passionis quam se iam imminere dixerat tam
magna conflictatio tam molestum tam grande· certamen ad cuius
consummandum cursum adhuc illud deerat vel erat futurus acrior
et crudelior inimicus sed hoc dicit non re plena sed spe firma quia
de victoria futuri certaminis et cursus consummatione Certum
enim securusque iam fecerat quod se passionem iam imminere revelaverat.
Et ideo quod futurum esse presumpsit tamquam factum fuit indicavit.
Hoc ergo certaminis dominus tunc fuisse adhuc proficiens qui de dei promissione presidens tota vita dicebat tamquam fuisset effectum
non in re de proximo securus adiungit. Et in reliquo· id est in futuro corona iusticie reposita est michi· quasi scilicet nullus auferat inde et sperare potest.
Quam reddet michi dominus in illa die· id est quia ipse est iustus iudex. Utique iustus retribuendo bona pro bonis quia prius misericordia retribuendo bona pro
malis et ipsa tamen iusticia qua retribuuntur bona pro bonis non est sine misericordia. Et nota quod ait reddet. Si enim fides gratia est et vita eterna
na que merces est fidei videtur quod deus vitam eternam tamquam debitam reddere. Cui debitam· fideli quia promeruit illam per fidem. Sed quia

Amb.
Aug.
Ag.
Aug. de gratia et libero arbitrio.
Aug. de gratia et spiritu et littera.
Aug. super Io.

fides gratia est uita eterna. est gratia pro gratia. Reddet mihi dico. non
solum autem mihi sed et hiis qui diligunt aduentum eius. Mali timent ad
uentum eius quia ibi dampnandi sunt. Boni uero diligunt.
quia ibi saluandi sunt. Festina. et cetera. Quia instat tempus re
solutionis festina cito uenire ad me. et hoc ideo quia quos me
cum habere solebam modo non habeo. Demas enim proprium nomen est
me dereliquit tempore aduersitatis. diligens hoc seculum et abiit
Crescens abiit in galatiam missus a me in ministerium. Tytus abiit
in dalmatiam missus a me. Lucas est mecum solus. Marcum
assume et adduc tecum. Est enim mihi utilis in ministerium. Tytitum
autem misi ephesum. Penulam quam reliqui troade apud carpum. ueniens
ambrosius affer tecum et libros. quos ibi dimisi maxime autem membranas in qui
scribam epistolas meas. Hec penula feminone data fuit patri
ambrosius pauli in insigne a romanis quando susceptus est in socium et ciuem
romanum. Vnde paulus se ciuem romanum appellat. Penu
la enim est uestis erat consularis qua induebantur consules
romani ingredientes in curiam de qua sic quidem uir apostolicus respondeo accidere
romanos hanc habuisse consuetudinem quando monarchiam totius
orbis sibi acquirebant ut quecumque gens cum pace et coronis eis occur
risset, darent eis libertatem in tantum ut filii illorum dicerentur ciuesque
ambrosius romani appellarentur. dabantque potestatem edificandi ciuitatem
et habendi consules sicut et ipsi habebant. Pater ergo pauli de gisca
lo opido iudee ubi natus fuerat translatus in tharsum cili
cie quodam tempore uenientibus romanis per ciliciam occurrit eis ipse
cum aliis tharsensibus. ut pote nobilis exceperuntque eos cum pace;
tunc romani concesserunt eis predicta ubique. pater pauli pe
nulam accepit. Post cuius mortem ob recordationem eius hanc ues
Jeronimus tem paulus sibi retinuit. Vel penula hic dicitur uolumen legis.
Vnde ieronimus ait. Volumen hebreum replico quod paulus iux
ta quosdam penulam uocat. Alexander. et cetera. Ille religione
alexander autem erarius. id est faber uel custos erarii. multa mala mihi
augustinus ambrosius ostendit. id est fecit athenis. Iste est alexander quem supra dixit reuersum
ad apostasiam. qui fabricabat edes diane apud athenas et contra
augustinus de sermone domini in monte apostolum commouit. Vnde subdit. Reddet ei dominus secundum opera eius. non ait red
dat sed reddet. quod uerbum prenuntiantis est non imprecantis. Iudi
cat enim non optat. Quem et tu deuita. ualde enim restitit uerbis nostris.
et in prima mea defensione. id est quando primo cepi defendere euangelium contra
illum. nemo mihi affuit adiutor. Per hoc quod dicit in prima innu
augustinus it sic sepe consilium contra illum. Vel pessimam tribulationem sibi il
latam defensionem uocat. Tribulatio enim christianis defensio est
qua defendit eos in die iudicii. Nemo mihi affuit dico. sed omnes
augustinus de sermone domini in monte mei dereliquerunt me. non illis imputetur. quia hominis est timere. Nota quia
non orat pro alexandro quia non inuidentia fraternitatis oppugnan
do peccauit sed pro hiis qui non abrupant amore sed timore suc
cubuerunt orat ut eis ignoscatur. Multum enim interest inter eos qui
hominem reos quia illo modo peccant. Dominus autem mihi astitit et confortauit me.
quanto plus ab hominibus relictus sum confortauit me dico
ambrosius ut per me predicatio impleatur et audiant omnes gentes quod liberatus sum et de ore leonis. id est neronis de cuius manibus liberatus
ambrosius est a domino quando uenit romam adductus ab his qui petierant iudeis obligatus quia cesarem appellauit. Nam cum uenisset romam duobus
annis mansit in libera custodia. postea transiuit ad alias nationes que erant in circuitu rome. Vel de ore leonis. id est dia

Festina uenire ad me cito. De
mas enim me dereliquit dili
gens hoc seculum et abiit thessalo
nicam. Crescens in galatiam
Tytus in dalmatiam. Lucas
est mecum solus. Marcum assu
me et adduc tecum. Est enim mihi
utilis in ministerium. Titicum
autem misi ephesum. Penulam quam
reliqui troade apud carpum
ueniens affer tecum et libros
maxime autem membranas. A
lexander erarius multa mihi
mala ostendit. Reddet ei
dominus secundum opera eius. Quem et tu
deuita. Valde enim resti
tit uerbis nostris. In prima mea
defensione nemo mihi affuit sed
omnes me dereliquerunt.
Non illis imputetur. Dominus autem
mihi astitit et confortauit me.
ut per me predicatio impleatur.
et audiant omnes gentes et li
beratus sum de ore leonis.

Libauit aūt me dn̄s ab omni ope malo ⁊ saluū faciet in regnum suū celeste. Cui glā in scla sclo℞ am. Saluta p̄scā ⁊ aquilam. ⁊ honesiphori domum. Erastus remansit corinthi. Trophimum aūt reliqui infirmum. mileti. Festina aū hiemē uenire. Salutat te eubolus. ⁊ pudens. ⁊ linus ⁊ claudia ⁊ frs omīs. Dn̄s ihc cū spū tuo. gr̄a uobiscū am.

PAULUS seruus dī aplc̄ aūt ihu xpi scd̄ fidem electo℞ dī in agnitiōē ūitatis que scd̄ pietatē est in spē

boli quisic ait petr̄ tāqͣ leo rugiens c̄cuit q̄rens q̄ deuoret. q̄ ē n p̄ auisticia morie aplm ut de uita uiuit tollē ne alus p̄dess; . Quod quia n̄ p̄ insultate ia aplc̄ dicens. Libauit me ⁊ dn̄s ab omī ope malo ⁊ saluū me fec̄ ducens in regnū suū celeste. id ē spare licet. Cui est glā in sclā sclo℞ am. Saluta p̄scam ⁊ aquilā. Aquila erat uir p̄sce ap̄ istos hospitabat̄ aplc̄. ⁊ honesiphori domū. i. familiā. Erastus remansit corinthi. Trophimū aū reliqui infirmū mileti. Jō hos nominat ut ueniens p eos uisitet. Festina ante hiemē uenire. p̄p̄ imbres ⁊ frigora comonet ū a autūno ueniret. amb.
Salutat te eubolus ⁊ pudens ⁊ claudia ⁊ frs omīs. Post salutatiōē frāo℞ ip̄i salutat. q̄ sub scbens h̄ m̄. Dn̄s ihc. sit c̄ spū tuo ⁊ caue ne ad morē irascaris. s; potius gr̄a sit uobisc̄. i. maneat nr̄a dilō. am. i. fiat ut ua sit q̄ hactenus dixi. amb.
Explicit epla scd̄a ad timotheum.

impatientiā confidentiā uestrā q̄ non modo in futuro habebit s; etiā hīc habet dum sperat magnā remunerationē. uel non est leuis eius amissio. Ad hoc autem ut non amittatis sed unum uobis opus s. pacientia. Pacientia enim uobis nec. est. Hic ostendit quomodo mīnā amittatur confidentia. s. si pacientia habeatur. In pacientia enim inquit dominus possidebitis animas uestras. Ideo ait. Pacientia uobis necessaria est. ut per eā uoluntatem dei facientes reportetis in futuro quod hic seminatis promissionē. i. uitam promissā. Adhuc enim. c. Tenenda est pacientia nam nec longa est tribulatio nec uehemens. et hoc est quod ait. Adhuc enim modicum. i. paruo tempore et aliquantulum. i. non uehementer paciendum est. et mora quia uenturus est quandoque ueniet retributor et non tardabit. quia martyribus statim post mortem gloria datur in quibus nichil purgandum est preter quod differantur a gloria. Justus autem. Hic dicit quod per solam fidem si paciendi necessitas non ingruat salus animabus datur ad quod confirmandum inducit uerba domini loquentis per prophetam abacuch. c. Non solum ille qui patitur s; et qui solam fidem habet si non imminet passio saluabitur quia ita dicit dominus per prophetam. Justus meus. i. apud me est aliquis ex fide. i. per hoc uiuit. i. uiuet in futuro uita eterna quam meretur fide. Ecce quantum ualet fides que sola saluat. et quod ex fide uiuat. et per contrarium ostendit quia si subtrahit se a fide non uiuit. Unde subdit. Quod si se subtraxerit. Vel ita. Justus autem. c. Veniet dominus et non tardabit in tantum autem dicit deus. iustus meus. s. qui per me est iustus. non per carnales obseruantias. uiuit ex fide non per spem uel hic ne querat coronam s; ferat laborem. Quod si. c. Uere ex fide est uita quia acquisitio est anime et uere quod. i. quia si subtraxerit se aliquis a fide non placebit anime mee. i. uoluntati dei. Nos autem. c. Ille qui subtrahit se a fide non uiuet. nos autem non sumus filii subtractionis in perditionem. i. apostasie per quam perditur anima quia non dudum pro te sicut apostata animam s; fide genuerat. Unde subdit. s; sumus filii dei que ualet in acquisitionem anime. uel nec debet non se subtrahere a fide. Vel non sumus filii prauitatis. i. iudeorum. i. paganorum infidelium qui sunt perdendi s; filii fidei et ad a. i. filii prophetarum fidelium quorum fides acquisitio anime est. Est autem fides. Quia de fide cepit agere eius dignitatem uirtutum ipsi fidei assignationem et plurima exemplorum luce ostendit et est hic laus et commendatio fidei cuius descriptionem ponit in qua tria notat. s. quid efficiat in nobis et quod fundamentum est omnium bonorum et quod de non apparentibus est. De qua in epistola ad romanos plene diximus uel hoc breuiter perstringimus. c. Justus ex fide uiuit est autem fides substantia rerum sperandarum. i. causa que res sperandas faciet quoque subsistere in nobis quod est dicere faciet nos consequi futura bona et per hoc dicitur fides substantia quia sperandis substat et facit ea esse in credente in alia uita. Et quia fundamentum est omnium bonorum quod nemo mutare potest si quo non est bona edificatio. Vel fides est substantia rerum sperandarum. i. speranda iam in corde credentis et in hac uita facit esse. Per eam enim futura bona etiam sunt in nobis quia facit subsistere in anima nostra ea que non uidentur de quibus per fidem. Deum si enim non est fides s; agnitio. Non est laus fidei si quod creditur non uidetur. Nam et thomas cui dictum est quia uidisti me credidisti. non hoc credidit. Uidit enim hominem credidit deum. Cernebat quippe et tangebat carnem uiuentem quam uiderat morientem et credebat deum in carne ipsa latitantem. Credebat ergo mente quod non uidebat per hoc quod sensibus corporalibus apparebat. Si enim dicuntur credi que uidentur sicut dicit unusquisque oculis suis credidisse non ipsa est que in nobis edificatur fides s; ex rebus que uidentur agitur in nobis ut ea credantur que non uidentur. Sequitur. Et est argumentum uel conuinctio non apparentium. i. demonstratio et certitudo et probatio rerum que non apparent quia si quis de eis dubitet per fidem probantur. ut adhuc probatur futura resurrectio quia ita crediderunt patriarche apostoli et alii sancti. Probatio ergo rerum que non uidentur sicut fides est quia si quis considerat abraham et alios quid merito fidei acceperit uidet de se quid credere et sperare. In hac enim. c. Uere fides est causa rerum sperandarum quia est causa iusticie per quam sunt speranda et hoc est quod ait. In hac enim. i. per hanc fidem senes. i. antiqui patres sunt consecuti a deo et ab hominibus testimonium iusticie quia propter fidem deus testatus est eos esse iustos senes dicit non quia etate essent senes s; quia antecessores horum et sic constat fidem non esse nouam cum antiqui tenuerint eam.

Glosa

Glosa

Ad quod sup tob.

XI

Glosa

fide intelligimus. Exemplis utitur ad commendationem fidei, et ad ostendendum quod de apparentibus sit fides. c. fides est argumentum non apparentium. id est eadem debemus que nondum apparent. sic fide intelligimus secula esse aptata. id est sapienter disposita verbo dei. id est precepto dei ita ut que; ut ex invisibilibus. id est ex informibus elementis visibilia. id est formata fierent. dicit enim quod deus non omnium formatas locis et sedibus, sed ordinata distinctione disponeret tenebre erant et terra invisibilia elementa sunt, et ex separatione nata est lux. Prima ergo materia facta est confusa informis unde omnia fierent que distincta et formata sunt. quod credo a grecis chaos appellari. Ideo recte credimus deum de nichilo omnia fecisse quia etsi omnia formata de ista materia facta sunt, hec ipsa tamen materia de nichilo facta est quam moyses significavit dicens. In principio fecit deus celum et terram. Informem enim materiam confusam que chaos dicta est unde omnia facta sunt nominibus celi et terre que iam futura erant significavit. vel nominibus visibilium tamen propter infirmitatem parvulorum qui minus idonei sunt invisibilia comprehendere. et terra erat tenebre. id est lucis absentia. Non enim tenebre aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est silentium dicitur et nuditas non aliqua res est, sed in corpore ubi tegumentum non est nuditas dicitur sicut et inanitas non est aliquid sed locus vel ubi corpus non est inanis dicitur. Hec eadem informis materia terra invisibilis et incomposita appellata est terra ideo quia terra omnia elementa mundi terra invisibilis autem propter obscuritatem. eadem materia informis et aqua dicta est super quam ferebatur spiritus domini sicut superfertur fabricantis voluntas artifici. Ideo vero aqua dicta est illa materia quia omnia que in terra nascuntur sive animalia sive arbores vel herbe et similia ab humore incipiunt formari atque nutriri. Eadem et materia dicta est abissus quia confusa erat et mixta specie carens. Hec ergo omnia. scilicet celum et terra invisibilis et incomposita et abissus cum tenebris et aqua super quam ferebatur spiritus illa informis materia vocata est; ut res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus et non uno vocabulo sed pluribus, ne si uno hoc esse putaretur quod consueverant homines in illo vocabulo intelligere. Sub hiis ergo omnibus nominibus significata est illa invisa et informis que nulla specie cerni aut tractari poterat de qua deus condidit mundum quam significat apostolus dicens. visibilia. ipsam vero informem materiam significat dicens ex invisibilibus. Visibilia significatur invisibilis mundus. qui erat in dei sapientia ad cuius similitudinem factus est hic visibilis mundus. Hunc que visibilia antequam fierent. Non erant ergo non deo nota erant que non erant. et cur nisi quia ea faceret quasi nota non erant. non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit non facta cognovit. Credimus antequam fierent et erant et non erant. erant in dei scientia non erant in sua natura. Ipsi autem deo non audeo dicere aliquo modo innotuisse certa fecisse que illo quo ea noverat ut faceret aliquid quod non est transmutabilis nec in ob. Ideo ait. Ut ex invisibilibus. id est intelligibili mundo qui erat in sapientia dei. Hec est dei dispositio qua disposuit omnia. visibilia ista fierent. id est iuxta invisibile exemplar quod erat in mente dei fierent. hec.

Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei ut ex invisibilibus visibilia fierent.

fide plurimam. Quod patres antiqui per fidem sint consecuti testimonium iustitie ostendit ponens aliud exemplum ad commendationem fidei. c. Senes per fidem sunt consecuti testimonium iustitie, sicut apparet in hoc abel fide. id est fide invisibilium obtulit deo hostiam plurimam. id est acceptabiliorem et plus pretiosam quam cain. Vel abel obtulit deo hostiam fide plurimam. id est per fidem plurimam quam cain. quia abel per fidem iustus erat. Unde subditur per quam. fidem invenit esse iustus, id est huius rei consecutus est testimonium. unde christus ipse testatur ait. A sanguine abel iusti. Consecutus est dico deo testimonium perhibente testimonium muneribus eius quia ea recepit. id est approbavit quod apparuit cum ea celesti igne consumpsit. et per illam fidem defunctus loquitur adhuc. id est materia est nobis loquendi ut de eius fide exemplum demus. Non enim mors extinxit famam dei. tanta fuit fides eius quod mors eam non extinxit quod ex fide et pacientia precedentium patrum consolatur iustos. Ideo dicit quod abel adhuc loquitur quia alios suo exemplo admonet ut iusti sint. interemit eum quidem mors sed non eo interemit eius gloriam. et memoriam. fide. Hic ponit aliud exemplum ad commendationem fidei dicens. fide. id est fidei merito enoch translatus est in paradisum. ubi erectus est adam ne videret. non dico non futurum sit, nec in qui de longe videret alius mortem non inveniebatur. Nusquam hoc dicit ne putaretur esse in aliqua parte mundi. Ideo non inveniebatur quia transtulit illum deus quia ab omnium aspectu poterat eum abscondere. Ante etc. c. Vere per fidem translatus est quia per fidem fuit iustus. vere quia per fidem placuit deo. et hoc est quod ait. Ante translationem enim habuit testimonium. id est multi testabantur eum placuisse deo. Et vere per fidem placuit deo. sine fide enim impossibile est aliquem placere deo est fides necessaria quod sine ea quisque non placet deo vere sine fide aliquis non potest placere quia nec potest accedere ad eum. Credere enim oportet quibus accedentem ad deum hoc scilicet oportet credere quia deus vivit. Esse proprie deo convenit quia immutabiliter est. Et quod remunerator sit querentibus se. Quid ergo eis lex. Et notandum quod sine hac fide nemo potuit umquam salvari. Hec autem fides non sufficit ad salutem. fide. Aliud exemplum ponit de noe ad commendationem fidei dicens. Noe responso accepto. a deo de hiis que non videbantur. metuens

Fide plurimam hostiam abel quam cain obtulit deo. per quam testimonium consecutus esse iustus testimonium perhibente muneribus eius deo. et per illam defunctus adhuc loquitur.

Fide noe translatus est ne videret mortem et non inveniebatur quia transtulit illum deus. Ante translationem enim testimonium habebat placuisse deo. Sine fide autem

aptavit archam in salutem domus sue. et hoc fide. id est per fidem quia credidit deo dicenti. Finis universe carnis. Et similia

Au(gustinus) contra manich(eos). Au(gustinus) in eod(em).

Au(gustinus) sup(er) Genes(im). Au(gustinus) in eod(em).

Christus

Christus lex

impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est et inquirentibus se remunerator sit. Fide noe responso accepto de his que non videbantur metuens aptavit archam in salutem domus sue per quam dampnavit mundum iusticie que per fidem est heres est institutus. Fide qui vocatur abraham obedivit exire in locum quem accepturus erat in hereditatem et exiit nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamentum habentem civitatem cuius artifex et conditor deus. Fide et ipsa sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit. etiam preter tempus etatis quoniam fidelem credidit esse qui repromiserat. Propter quod et ab uno orti sunt et hoc emortuo tamquam sidera celi in multitudine et sicut arena que est ad horam maris

signa videret diluvii. Credebat enim quod non videbat quod metuens fabricavit archam per quam. s. fidem vel archam dampnavit. i. dampnabilem ostendit mundum quia deus videret eam fabricari non credidit in tempore noe est institutus heres iusticie que per fidem est. i. fuit iustus ex fide sicut patres sui. Nisi enim iustus esset, hoc ei deus non precepisset. fide. etc. Hic ad patres iudeorum descendit ostendens in eis in prioribus omnem iusticiam ex fide habuisse originem et ponit exemplum de abraham dicens ita. fide. i. per fidem ille qui vocatur nunc abraham cum prius vocaretur abram. obedivit exire in locum quem accepturus erat in hereditatem. et exiit nesciens quo iret. credebat deo cum obedivit dicenti exi de terra tua et cognatione. etc. Hoc autem fecerat. Hoc enim dictum est ei iam egresso de terra chaldeorum iam constituto in mesopotamia. Non enim dominus precepit ut corpus educeret a terra sua sed ut animum avelleret. neveniret reditum non exierat enim animo si redeundi tenebatur desiderio quod desiderium deo iubente ac iuvante et illo obediente fuerat amputandum. Secundum. fide melioris terre. i. vite eterne demoratus est abraham in terra promissionis. i. in ea quamquam sibi promissa erat. tamquam in aliena in casulis. unde subdit demoratus est dico. in casulis habitando cum ysaac et iacob coheredibus repromissionis. i. sicut isaac et iacob habitaverunt ibi. in eodem enim eodem tempore cohabitaverunt. Expectabat enim. a. Cur ita habitavit ibi abraham quia expectabat civitatem celestem habentem fundamenta. quia stabilis est et firma. cuius civitatis. artifex et conditor deus est. Secundum. fide. i. per fidem. et ipsa sara sterilis in ipsa preter naturam carnaliter accepit virtutem. i. fecunditatem. in conceptionem seminis in ipsa sterilitate etiam preter tempus etatis. i. cum esset sterilis et senio. hac utique fide quia non credidit esse fidelem qui repromiserat. Prius quidem risit et siger gaudio non tamen plena fide sed postea verbis angelicis in fide solidata fuit. Riserat et abraham quando eis promissus est sed risus ille admirationis fuit et gaudii non dubitationis. Propter quod. s. quia fidelem credidit deum orti sunt ab uno viro sare. Vel ab uno patre abraham et hoc. s. viro vel abraham emortuo. Emortuum dicit ad opus concipiendi sare uterum quoniam iam adiutum seniore. Vel ipsum abraham ad opus generandi emortuum dicit quantum ad se niorem feminam. Ambo enim seniores erant sed illa et sterilis erat et cruore menstruo iam destituta propter quod iam parere non posset etiam si sterilis non fuisset. Seniori enim femina etsi adhuc fluant illa solita mulierum de seniore parere non potest de iuvene potest. Senior generare potest sed de adolescentula sic abraham post mortem sare de cethura quia iuvenis erat potuit generare quia iuvenculam invenit eius etatem. Adhuc quod dicit abrahe iam fuisse corpus emortuum quoniam non ex omni femina cui adhuc esset pariendi tempus generare in illa etate ipse adhuc posset. Ad aliquid enim erat emortuum corpus eius non ad omnia. Ab uno inquam tot orti sunt. qui sunt tamquam sidera celi in multitudine. Hoc dicit quantum ad bonos qui lucent et tantum in multitudine ~~moriuntur~~ sideribus comparantur. Et sicut arena innumerabilis que est ad horam. i. ad litus maris. Hoc dicit quantum ad malos qui instabilitate et numero comparantur arene. Mare est gentilitas hora maris est vicinus gentilitatis cui propinqui fuerunt. aliqui iudei non tamen in gentilitate omnino fuerunt. Iuxta fidem. a. Quorundam proposui exempla ad commendationem fidei et recte utique, nam omnes isti preter enoch translatum defuncti sunt iuxta fidem. i. adherentes fidei non acceptis plenarie in hac vita repromissionibus. Vel ita. Omnes isti defuncti sunt. non acceptis repromissionibus. i. iuxta fidem. illorum. Sperabant enim promitti celestia non terrena non acceperunt hic repromissiones dico sed procul erant aspicientes eas a longe impleri dans. s. post in adventu christi. et salutantes eas. i. promissionibus applaudentes licet essent remote. Utitur verbo translato a navigantibus; qui longe prospiciunt desideratas civitates quas antequam ingrediantur salutatione

s tanquam in aliena in casulis habitando cum ysaac et iacob coheredibus repromissionis eiusdem;

d(e)o de ci. di.

d(e)o de ci. di.

d(e)o de ci. di.

i(n) l(ati)t(udi)n(e).

innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus sed a longe eas aspicientes salutantes et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram. Qui enim haec dicunt significant se patriam inquirere. Et siquidem illius meminissent de qua exierunt habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt id est celestem. Ideo non confundit deus vocari deus eorum. Paravit enim illis civitatem. Fide obtulit abraham ysaac cum temptaretur et unicum offerebat in quo susceperat promissiones, ad quem dictum est quia in ysaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia et a mortuis suscitare illum potens est deus. Unde eum et in parabola accepit. Fide et de futuris benedixit ysaac iacob et esau. Fide

ẽst

pvenuit. Ex metaphora g' naviganciu dic' isa. eas .i. gaudentes ideo
dantes ea sic faciunt naute, longe visis civitatibus & ideo erant confitentes .i. con
fitebantur. quia peregrini et hospites sunt. licet morantes sup terram. Peregrini sunt
qui in aliena patria sunt. hospites qui de patria non sunt. isti confitebantur se non esse
de hoc mundo neque aliquid se habere in mundo. Ideo hoc confitebantur. qui enim haec dicunt
s. quod peregrini sunt et hospites significant se inquirere patriam. v. dant intelligi
quod aliam querunt patriam quod ipsi significare volebant. Et ne putaret quis
quod illam quererent de qua exierant subdit. Et siquidem meminissent illius patrie
de qua exierant habebant utique tempus revertendi. Nunc autem. Patet per hoc quod non vo
lebant reverti. quod meliorem appetunt .i. celestem patriam et quia hanc petunt ideo non
confundit .i. non erubescit deus vocari deus eorum. s. abraham isaac et iacob. quia deus angelorum et istis

AG
AG ce uisr.

honoratur sic per malos blasfematur. Et ideo deus eorum dici voluit tamquam illorum solorum
esset deus qui est deus universe creature non frustra utique tamen eis tribuit honorem. Sed quia
in eis novit sinceram et perpetuam caritatem et quia in eis tribus patribus consumavit
magnum et mirabile sacramentum futuri populi sui. Per liberas enim genuerunt in liberta
tem ut abraham per saram et ysaac per rebeccam iacob per liam et rachel in servitutem
sicut ab ysaac per rebeccam genitus est esau cui dictum est. Servus eris fratris
tui et per ancillas genuerunt non solum in servitutem ut abraham per agar his

AG ce faust

mahelem sed et in libertatem ut iacob per balam genuit dan et neptalim et per zel
pham gad et aser ita in populo dei per spirituales et bonos nascuntur et boni liberi sicut
per paulum illi quibus ipse dicit. Imitatores mei estote sicut et ego christi. et mali
servi. ut per philippum simon natus est. et per carnales suos nascuntur non solum
mali in dampnabilem servitutem qui eos imitantur sed et boni in laudabilem
libertatem quibus dicitur quae dicunt facite quae autem faciunt nolite facere. Hoc sacramentum quisquis in populo dei
perdiderit agnoscere. unitatem spiritus in vinculo pacis usque in finem quibusdam cohaeren
do quosdam tolerando custodit. Paravit enim. a. Non frustra appetunt celum
et ideo non erubescit vocari deus eorum quia paravit illis civitatem. in qua erunt
sui cives. Fide invisibilium abraham obtulit non re sed voluntate ysaac
cum temptaretur a deo .i. cum deus ostenderet qualis esset ad exemplum aliorum. Non
enim temptavit deus abraham quasi qui fidem eius ignoraret. sed ut ipse abraham et mundus
fidei eius virtutem et firmitatem cognosceret. Et unigenitum offerebat. qui susceperat
.i. in quo facte erant ei repromissiones. ad quem dictum est quia in ysaac vocabitur tibi semen.
Et quia aliquis quereret. Quomodo ergo offerebat quem cum vita esse credebat subdit. arbitrans quia

AG de ci. di.

potens est deus et a mortuis suscitare illum. sicut et de nichilo facere. Ideo non trepidavit
abraham credere quod promittebat. Non trepidavit offerre quod erigebatur eidem ita
erigitur ad sacrificium ut moreretur. cuius cor electum est ad fidem. ut nasceretur.
Non fuit religio credulitatis contraria devotioni obtemperantis. Promissionem et
pater pius fideliter tenens quam per hunc oportebat impleri quem deus iubebat occidi.
non hesitavit quod sibi reddi poterat immolatum qui dari poterat non speratus. Non
sibi fecit questionem quasi de contrariis iussis adversantibus ubi dicitur promittitis filium
nasciturum et postea dicitis occide mihi filium tuum. sed erat in corde eius fides incessa
indeficiens. quia credidit deum qui dedit ut ille de senibus nasceretur posse
et de morte reparare. Unde s. quia tantam habuit fidem et accepit eum in parabola.
.i. non solum in re sed et in significatione. Intellexit enim apostolus significari
christum ab illo quod in ariete victima vestem tenent et manu sua posuit tunc duos
quibus ariete hercens cornibus id est vepres .i. caro christi laborans et tunc dolores
in cornibus crucis. potuit deo offerri spinis iudaicis ante coronata. Fide
et de futuris que non videbantur habita benedixit ysaac iacob et esau. Ysa
ac enim fidem habuit quia credidit non solum quod benedictus esset melior sed et quod
christianus populus supplantaret benedictione iudeos. Item iacob moriens fide.
habita de his que non videbantur. benedixit singulis filiis ioseph s. effraim et manasse quia singulis cancellatis

iacob moriens singulos
filiorum ioseph benedixit et
adorauit fastigium uirge
eius. Fide ioseph moriens
de profectione filiorum israel
memoratus est et de os
sibus suis mandauit.
Fide moyses natus occul
tatus est mensibus tribus
a parentibus suis eo quod
uidissent elegantem in
fantem. et non timuerunt
regis edictum. Fide mo
yses grandis factus oc
cidit egiptium consid
erans dolorem fratrum suorum.
Fide moyses grandis factus
negauit se esse filium
filie pharaonis magis
eligens affligi cum populo dei
quam temporalem peccati

manib; pro abundictione dedit i. dextram super ephraim posita leua autem super manasse mi
norem maiori preposuit. et adorauit fastigium uirge uel super fast. uir. ei. Quod est quod adorauit su
cacumen uirge ioseph. Forte tulerat a filio uirgam quam ei id filius uirabat et dum eam
tenet post illa iurantis nondum illa reddita mox adorauit deum. Non enim pudebat eum
ferre tantis insigne potestatis filii sui in figura magne rei future presignabatur
regnum christi fututi in gentibus. i. est sensus. ado. fast. u. ei. i. christum per quem in egipto dominum
et discipline uirgam habuit. Vel ado. sup fasti. u. ei. i. sup regnum christi. i. pro christi regno et futuro
in gentib; quod illo significabat orauit. Item ioseph moriens fide. habita de fu
turis memoratus est de profec. fil. israel ab egipto in significabat fidelium redemptio a
peccatis et fide de future resurrectionis de ossib; suis mandauit adiurans filios israel
ut asportarent ea in terram promissionis et reconderent ea in sepulcro patrum suorum. s. in
spelunca duplici in qua sepulti sunt abraham. ysa. iacob et ceteri patres ubi adam etiam
quiescebat. Quod id uoluerunt quia in ea terra putabant christum nasciturum. ut cum eo resur
gerent. Item moyses quoniam ex quo natus est occultatus est a parentib; suis mensib; trib; et hic fide
i. per fidem ipsorum parentum qui credebant dominum esse facturum aliquid magnum per eum quia erat
adeo elegantioris forme. Vnde subdit eo quod uidissent eum elegantem infantem quia
ab ortu fuit illi infusa magna gratia uenustatis non non sine dono dei et propterea non timuerunt
parentes eius edictum regis quo omnes masculos ebreorum filios necari precepat.
Item moyses grandis factus fide. i. per fidem inuisibilium negauit se esse filium filie pha.
magis eligens affligi cum populo dei quam habere iocunditatem carnalem temporalem. i. transitoriam peccati.
Peccatum enim esse putauit se letari in aula regis dum fratres sui affligerentur. Maiorem autem fidei
est spiritualem iocunditatem. Ipse dico estimans improperium christi esse maiores diuitias thesau. egip.
i. mal estimauit ferre improperium christi quam affluere diuitiis egiptiorum. Improperium uero dicit
christi. Vel illud quod patietur pro ipso uel quod significabat improperia christi futura uel quod moyses
sustinuit a fratrib; quos liberare uolebat. sic christus a suis quos redimere uenerat. Illi enim
dixerunt christo demonium habes. et isti moysi uis nos interficere sicut interfecisti egiptium
quod tamen patienter sustinuit sicut et christus. Aspiciebat enim in eternam patienter sustinen
tium remunerationem ad quam ibat. fide et moyses reliquit egiptum educens filios israel
non uerens animositatem regis. cui contrarium uidetur quod mortuo egiptio discessit
timens in terram madian. Sed quod prius fugit in terram madian non fuit metus sed fides qua credebat se ad eos liberari
Noluit ibi manere ne esset christum attemptans sine apto predicans se pa
pitari et temptari deum quod diabolicum est. Sciebat enim quamdiu habuit quid faciat non de
bent temptare christum sed cedere ut et dominus locum dedit iudeis qui eum precepit dicens.
Si uos persecuti fu. in u. c. f. in al. Inuisibilem enim. a. Id non fuit ut quia inuis.
i. dominum quem non uidebat tamquam uidens i. ac si uideret sustinuit in eo confidit
expectans quod promisit. ideo non timuit. Item moyses fide. i. per fidem celebrauit.
pascha. quod dicitur transitus fuit. hac utique fide quia sic credidit per christum saluandos. s. illos
a pharaone et nos a diabolo et celebrauit effusionem sanguinis. quo liniri uoluit
postes et superliminare domus. ne angelus percutiens qui uastaret primitiua
egiptiorum tangeret eos sanguine tinctos quod utique factum est in figura liberandorum
per sanguinem christi. Item fide. i. per fidem qua credebat deo promittenti transierunt ma
re rubrum tamquam
quam per aridam
terram. Et ne
uideatur hoc
casu factum
esse non fide.
uel ne uideretur
phantasia

habere iocunditatem maiores diuitias estimans thesauro egiptiorum.
improperium christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Fide reli
quit egiptum non uerens animositatem regis. Inuisibilem enim tam
quam uidens sustinuit. Fide celebrauit pascha et sanguinis effusionem ne qui
fuisse addit. Quod experti egiptii deuorati sunt. sic et per baptismum fideles transeunt remissis peccatis tamquam egyptiis cum

Ad est in libro
geneseos
et adorauit dominum s.
erectus in lectulo bene
super fast. uirge eius.
i. super cacumen uirge
eius. Vel conuertit se ad
sup. ...

lex

glosa
glosa
glosa

glosa

diabolo principe subuersis. fide quam israelite habebant muri iericho corruerunt completo a leuitis archam domini portantibus reneis tubis clangentibus circuitu vii dierum. sic hodie inde ob stacula caduntur ad uoces predicantium dum in isto tempore ecclesia mouetur et duce taliter iosue circuiens orbem terrarum. Item raab licet esset meretrix non periit cum incredulis sed fide. i. per fidem hanc scilicet quia credidit terram a deo iudeis tradendam uel excepit exploratores eorum. Unde subdit excipiens exploratores cum pace. Quod et uos facere debetis qui per prophetas et apostolos audistis utique debetis duo testamenta per apostolos tamquam per exploratores ad uos missos credendo excipere licet cum infidelibus non perire. Et quid adhuc. Multa fidei facta dixi et plura credentium exempla posui et quid adhuc dicam. Si uolo singula persequi que fide facta sunt que infinita sunt. Deficiet enim me tempus. Et esset ei. Ut tempus uite enarrantem de gedeon. qualiter accepto signo uellis a domino uicit cum madianitas cum trecentis uiris expugnauitque eos noctu et de barach. de quo in libro iudicum legitur quod iabin rege chanaam affligente filios israel. debora prophetissa que iudicabat israel tempore illo precepit barach filio abinoen ut assumeret x milia pugnatorum secum et iret contra sisaram principem exercitus iabin qui dixit se ire si ipsa cum eo iret. Itaque iuit ipsa cum eo. dominus autem exterruit exercitum iabin quem congregauerat sisara ad torrentem cison fugiensque sisara ad tentoria iahel uxoris aber cinei. Et cum absconditus dormisset iahel clauum tabernaculi percussum cum malleo defixit in cerebrum eius usque ad terram et mortuus est. et ecce barach sequens sisaram ueniebat. Egressaque iahel in occursum eius dixit ei. Veni et ostendam tibi uirum quem queris. Qui cum intrasset uidit sisaram iacentem mortuum. Humiliauit ergo deus die illo iabin regem chanaan coram filiis israel. et de samson. qui ut legitur in libro iudicum afflixit uehementer philisteos. et de iepte. qui cum iret ad pugnam contra hostes uouit domino quod si triumphum de hostibus assequeretur rediens quod primo occurreret offerret deo. occurritque ei filia quam immolauit nec laudatur iepte quod filiam occidit, quod per fidem deo iuuante hostes superauit. Abraham enim non solum inculpabiliter crudelitatis crimine iussum est laudatur pietatis nomine quod filium non scelerate sed obedienter uoluit occidere. Et merito queritur utrum pro iussu dei sit habendum quod iepte filiam sibi occurrentem occidit. Cum deuouisset deo immolaturum quod ei redeunti de prelio uictori primo occurrisset, nec samson aliter excusatur quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit nisi quia spiritus latenter hoc iusserat qui per illum miracula faciebat. Sequitur. et de dauid et samuele et de aliis prophetis. qui per fidem deuicerunt regna et operati sunt iusticiam. i. equum iudicium in his recusat dicere que singuli fecerint dicens tamen quod quedam fide operati sunt. Sapienter historiarum commemorationem uitat ne sermonem suum protelet breuiter quedam tangens. Decenter omnino tacuit nec dicens molestus factus est. fugit diuersitatem longitudinem ne fatiget auditorem. Sequitur. Et adepti sunt fide repromissiones. i. ea que repromittebantur ut uictoriam et alia. Promissiones multe facte sunt patribus ut dauid abrahe et aliis. obturauerunt. Non tantum homines uicerunt sed et bestias quia obturauerunt ora leonum. ut daniel. Pluralem numerum pro singulari posuit sicut in sequentibus autem. Secti sunt. Solus enim daniel legitur ora leonum clausisse. et solus ysaias sectus est. sic in psalmo in pluralis numerus pro singulari ponitur ut astiterunt reges terre et principes in unum. Hoc ait de rege dixit pro herode et principes pro pilato. Sequitur. Extinxerunt impetum ignis. ut tres pueri misael ananias azarias in fornace ignis. et effugauerunt aciem gladii. i. exitum accinctum gladio ut iosue dauid et alii multi. et conualuerunt de infirmitate ut ezechias et iob et fortes facti sunt in bello. i. in prelio ut iosue iudas machabeus et alii. et castra exterorum. i. inimicorum sepe uerterunt in fugam. Mulieres. et acceperunt mortuos suos uenientes de resurrectione. i. resuscitatos ut per heliam et per heliseum factum est. Attendendum est quod inueniuntur sepe patribus in his que dicta sunt et aliis huiusmodi temporalis felicitas monstratur exhibita. In nouo autem testamento non est tempus talium terrenorum. domini dedit deus talia ad ueterem hominem pertinentia in preteritis

uastabat primitiua tangeret eos. Fide transierunt mare rubrum tamquam per aridam terram quod experti egipti deuorati sunt. Fide muri iericho corruerunt circuitu dierum septem. Fide raab meretrix non periit cum incredulis excipiens exploratores cum pace. Et quid dicam adhuc. Deficiet enim me tempus enarrantem de gedeon. barach. samson. iepte dauid. samuel. et aliis prophetis qui per fide uicerunt regna operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum. extinxerunt impetum ignis. effugauerunt aciem gladii conualuerunt de infirmitate fortes facti sunt in bello. Castra uerterunt exterorum. acceperunt mulieres de resurrectione

Augustinus de ciuitate dei.

augustinus

ciceronis

augustinus de questionibus euangeliorum

augustinus in libro de genesi ad litteram

mortuos suos. Alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem. ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti insuper et vincula et carceres. Lapidati sunt secti sunt temptati sunt in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis. egentes. angustiati. afflicti. quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes. et in montibus et speluncis et in cavernis terre. Et hii omnes testimonio fidei probati inventi. non acceperunt repromissionem deo pro nobis aliquid melius providente ut non sine nobis consummarentur.

Ideoque et nos tantam habentes inpositam nobis nubem testium deponentes omne pondus.

ñ intelligat alius largitor eterne felicitatis que ad veterem hominem pertinet. In xpo autem novo
homine novius nova promittit. i. eterna. Unde ipse in conspectu inimicorum voluit pati irrisionis mo
rtem tamquam delictorum auctor. ut nigra novum commendaret qua discerent aliam querere felicitatem que non est in isti
de peccati venit in spe. Sed resurrectionem suam non alius sed contestis ubi discerent quis speraret.
Ut exemplo sue carnis exhortaretur fideles. temporalem felicitatem pro eterna contempnere usque
ad mortem protulit persequentes ac sevientes in quibus victo in ipso superbe illudentes. Quod vero carnem
suam resuscitavit in discipulorum contactibus et aspectibus reddidit eisque videntibus in celum
ascendit ipsos edificavit. in quod expectare deberent et predicare evidentissima veritate monstra
vit. Unde et iacobus in epistola in novo testamento dispensationem dividens. sustinentiam inquit iob audistis
et finem domini vidistis. Quasi diceret. Mala temporalia patiamini ut iob sed pro hac sustinentia non temporalia
bona sperate que illi aucta reddidit sed eterna potius que in xpo precessit. Sequitur. Alii autem.
Ecce supra dictum est quanta per fidem fecerunt in domino quanta per fidem passi sunt. Alii distenti sunt.
in eculeo et aliis in tormentis non suscipientes redemptionem. i. evasionem presentem de manu ini
micorum. ut invenirent resurrectionem. i. vitam eternam meliorem illa redemptione. i. liberatione. Ut in libro
regum. dato melius quanto magis patiebantur. Quanto magis enim quis patitur tanto gloriosius coronabitur. Alii vero ludibria et verbera experti sunt insuper et vincula et carceres. per hoc dicit insuper notat
hec in eisdem personis fuisse. Lapidati sunt. ut ieremias in egypto. ezechiel in babylone.
secti sunt ut ysayas. temptati sunt promissionibus. in occisione gladii. i. gladio facta mortui sunt. ut urias. iosias. Precipue hoc patet quod in illis patribus veteris testamenti quam multa fuerunt tamen usque ad mortem exempla pacientie a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie quorum sanguinem dicit dominus ab eis exigendum. qui in patrum suorum aquos illi occisi sunt iniquitate persisterent. Et in novo testamento nec defuit nec deest bonorum fidelium multitudo que in ista temporali felicitate prepolleat et ea largitoris dei bonitate magnamque exspirant. Deinde adhuc subdit. alia antiquorum pacientie exempla dicens. Circuierunt multa loca mundi in melotis. Melota vestis est de pilis camelorum. Vel melus est animal quod et taxus dicitur. cuius pellis melota dicitur et est valde hispida in pellibus caprinis. ut helias et alii sequentes. egentes necessariis angustiati cura non afflicti laboribus; quibus. i. quorum conversatione dignus non erat mundus. i. amatores mundi vero nequales habent isti per tribulationibus. Vel quibus digni non erat mundus. i. adeo erant viles hominibus quia non erant digni habitare inter eos. Sequitur. In solitudinibus errantes. ut mathathias et sequaces eius et antea helias et filii prophetarum sub iezabel. in montibus et in speluncis et in cavernis terre. Distingue. Spelunce sunt que naturales cavernae quo aliquo casu fiunt. Et hii. Tanta per fidem antiqui fideles operati sunt ut passi per fidem. et tamen hii omnes probati testimonio fidei. i. quos fides dehis perhibuit non adhuc acceperunt repromissionem. i. plenam corporis et anime beatitudinem. i. duas stolas sed singulas deo pro nobis aliquid melius providente. ut non consummarentur. i. perficerentur sine nobis. ut in communi gaudio omnium maius fieret gaudium singulorum. Et si enim singulas acceperunt non tamen geminam stolam habebunt usque ad communem resurrectionem ut omnium consummatio fidelium simul fiat. Vel illi priores non acceperunt statim repromissionem. i. promissam vitam usque ad xpi adventum non deo providente pro nobis aliquid melius. sed ut naturam nostram assumeret et gloriosius eos nobiscum exaltaret. Unde addit. Ut non sine nobis consummarentur. i. requiem visionis dei fruerentur. Et si illi tenuerunt fidem qui tamdiu expectaverunt requiem. multo magis nos teneamus qui statim accipimus. Ideoque post fidei commendationem ad illud quod repetat redit. exhortans eos ad pacientiam pluribus minis et precipue ipsius xpi exemplo. Quia alii sustinuerunt. Ideoque et nos propter hanc causam sicut et illi propter alias et nos habentes tantam nubem testium. i. tantam multitudinem sanctorum quasi testes fidei que nubes exemplo sui in estu tribulationum nos refrigerant et doctrinis compluunt. inpositam nobis in exemplum fidei et operum. deponentes prius omne pondus. peccatorum quod est in peccatorum circumstantias nos. i. peccatorum quod circumstat et innititur nobis et fundum in sui. Vel depo. o. p. i. tedium quod fit per tribulationes ut sic iam non tedeat pati. et pec. cir. n. i. renuntiantes peccatis que undique circumveniunt. per pacientiam succincti atque expediti curramus.

csolt.

aug de gra no. test.

XII.

sine dubitatione ad certamen martyrii quod est propositum nobis. curramus dico aspicientes in auctorem fidei
ipsum scilicet et in ihesum consummatorem nostri in futuro. A. Quia tantus est dator fidei curre
re debemus et quia ipse consummat plena beatitudine et quia ipse passus est. Unde subdit.
Qui eterno gaudio ad quod per passionem iit sibi proposito sustinuit crucem confusione contempta
id est neglecta verecundia humana sicut nos eterno gaudio proposito nobis post habita
confusione debemus currere. Vel proposito sibi gaudio temporalis regni potius sustinuit crucem confusione
contempta quia voluerunt eum turbe rapere ut facerent regem quod noluit quia erat
Aug. in libro de cathezizandis rudibus. via humilitatis. Omnia enim bona terrena contempsit homo Christus ut contempnenda mon
straret et omnia terrena mala sustinuit que sustinenda precipiebat ut nec illa
quereretur felicitas nec ista timeretur infelicitas. Natus enim de matre que quamvis
a viro intacta concepit semperque intacta permansit fabro tamen desponsata e
rat omnem carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Natus etiam in civitate bethleem que inter
omnes iudee civitates erat exigua noluit tamquam de terrene civitatis sublimitate
gloriari. Pauper factus est cuius omnia ne de terrenis divitiis quisque extolleret. Noluit
Aug. item rex ab hominibus fieri quia humilitatis viam ostendebat miseris. Esurivit qui omnes
pascit. sitivit qui est fons sitientium. fatigatus est ex itinere qui viam fecit nobis in
celum. obmutuit et obsurduit per quem mutus locutus est et surdus audivit
vinctus est qui infirmitatum vincula solvit. Mortuus est qui mortuos suscitavit.
Aug. item A morte itaque eius similia patiamur. Tunc enim lex impletur dum non cupiditate rerum
temporalium sed caritate illius quod precepit fiunt quecumque precepit. Recogitate eum. A.
Quod ita sustinuit crucem debetis vos animare quia habet et minus quod contradictionem. A. Aspi
cite ihesum qui sustinuit crucem recogitate eum ut sequamini eum qui sustinuit
non dico in membris suis sed adversus semetipsum id est in sua persona propria talem id est tam vehementem
contradictionem in omnibus adversis etiam a peccatoribus quod valde indignum est. Recogitate
dico ut sic attendentes non fatigemini quibuslibet adversis deficientes animis vestris
quia et si corpus deficit animus stat. Deficere est timore tribulationis fidem negare.
Perfectior in hac vita dilectio nulla est ea ad quam sancti martyres pervenerunt qui contra peccatum usque ad sanguinem certaverunt. Unde et iniuria est pro martyre in ecclesia orare. cuius debemus orationibus commendari. Pro aliis autem defunctis oratur.
Nondum enim. A. Et non debetis deficere nondum enim restitistis usque ad sanguinem
id est ad effusionem sanguinis et si vitam amisistis vos dico adversus peccatum id est
infidelitatem. vel alia quibus peccata repugnantes quod bonum est. Et ita ideo non de
betis deficere sed adhuc facere id. Et id est quia estis vos obliti consolationis id est
que in scriptura consolantis. A. Non debetis oblivisci que consolatio id est que
consolator loquitur vobis tamquam filiis suis. id est que quo fit consolatio. loquitur
inquam dicens. Fili mi. Hec sunt verba que in proverbiis salomonis. Noli negligere disc
iplinam domini id est tribulationes quibus eruditis a domino neque fatigeris usque ad effectum
dum argueris ab eo. qui purgat peccata. Et non debes fatigari dum argueris
Quem enim diligit dominus ut coronet castigat id est castum facit corripiendo.
flagellat autem. quolibet modo filium quem recipit id est quem recepturus est in
Aug. in libro de pastoribus. hereditatem eternam. addit. omnem. et unicum et qui sine peccato est omnium.
Si ergo exceptus es a passione flagellorum exceptus es a numero filiorum. Unicus
ille de patris substantia natus equalis patri in forma dei ubi verbum quo facta sunt omnia
non habebat ubi flagellaretur. Ad hoc autem carne indutus est ut sine flagello
non esset. Qui ergo flagellat unicum sine peccato relinquit adoptatum qui est cum peccato?
Unicus sine peccato non tamen sine flagello exemplum nobis proposuit in passionibus suis.
Aug. ipso loco. Non ergo turbari debemus cum aliquis sanctus gravia et indigna perpetitur.
si obliti non sumus que pertulerit iustus iustorum sanctusque sanctorum. Et attende hic
iusticiam et misericordiam dei. Iusticia est in eo quod flagellat misericordia in eo quod recipit
[illegible] Attende etiam quod non ait omnis qui flagellatur filius sed omnis filius flagellatur
Alius enim nullus recipitur. Et quia flagellat omnem filium ideo perseverate usque
in finem in disciplina patienter ferendo. et debetis quia inde quod disciplinam
dat. offert se tamquam filiis. id est patrem se esse ostendit. Quod probat per similitudinem humanam subdens. Quis enim filius est

et circumstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum certamen aspicientes in auctorem fidei et consummatorem ihesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta atque in dextra sedis dei sedet. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes. et obliti estis consolationis que vobis tamquam filiis loquitur dicens. Fili mi noli negligere disciplinam domini neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseverate tamquam filiis vobis se offert

deus. Quis enim filius quem non
corripit pater? Quod si extra
disciplinam estis cuius parti-
cipes facti sunt omnes, ergo
adulteri et non filii estis. Deinde
patres quidem carnis nostrae
habuimus eruditores et reve-
rebamur eos, non multo magis
obtemperabimus patri spirituum
et vivemus? Et illi quidem
in tempore paucorum dierum
secundum voluntatem suam eru-
diebant nos. Hic autem ad id quod
utile est in recipiendo sanctifica-
tionem eius. Omnis autem
disciplina in presenti quidem
videtur non esse gaudii sed me-
roris; postea autem fructum pa-
catissimum exercitatis per eam
reddet iusticie. Propter quod
remissas manus et soluta ge-
nua erigite et gressus rectos
facite pedibus vestris, ut non
claudicans quis erret, magis
autem sanetur. Pacem sequimini
ut pacem et cum tribulatoribus vestris habeatis quae est dilectio

quem non corripit pater. id est cui non dedit disciplinam pater eius. Dat disciplinam ut in-
ferat iniuriam, cedit contumaciae ut reddat hereditatem. Si promissa patris bona ag-
novisti, timeas flagellari sed exheredari. Curre sub manu patris flagellantis
quia dum flagellat erudit ad hereditatem. Noli esse in quo sensu puerili
ut dicas: plus amat pater meus fratrem meum cui permittit facere quicquid vult quam me,
quia si me moveo contra iussionem eius flagella invenio. Potius gaude sub
flagellis quia tibi servatur hereditas. Illis ad tempus parcit quos in eternum dampnabit.
Quod si extra. a. Vos filii estis tantum in disciplina, quod si extra disciplinam estis
cuius disciplinae participes facti sunt omnes filii dei, ergo estis adulteri id est adulterini fi-
lii et non legitimi. Vel adulteri id est diaboli possessio et non filii dei. Nota minime
vocari patrem qui ex adulterio genuit quia ab eo geniti non dicuntur filii legitimi.
Deinde. Item hic ostenditur quare esse debent in disciplina. a. Ex premissis
patet quod in disciplina debetis perseverare. Deinde id est ex his quae sequuntur
id potest intelligi scilicet quod habuimus quod patres carnis nostrae non animae eruditores
habuimus et reverebamur eos. Reverentia est cum timore honorem impendere. Si non
ergo multo magis obtemperabimus patri spirituum id est animarum quae non sunt de materia
ut corpora ex patribus et vivemus. a. Item ideo debemus obtemperare quia
per eum vivemus in eternum. vivemus. Item alia ratione hic ostendit quare obtemperandum est
deo. Et id est quia illi quidem scilicet patres carnis in tempore paucorum dierum erudiebant nos
